Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

APPARATUS

CRITICUS ET EXEGETICUS

IN

AESCHYLI TRAGOEDIAS.

VOLUMEN I.

CONTINENS

STANLEII COMMENTARIUM.

HALIS SAXONUM,
IN BIBLIOPOLIO GEBAUERIO.
1832.

THOMAE STANLEII

COMMENTARIUS

IN

AESCHYLI TRAGOEDIAS

EX

SCHEDIS AUCTORIS MSS. MULTO AUCTIOR

AB

SAMUELE BUTLERO

EDITUS.

ACCEDUNT

CAROLI REISIGII

EMENDATIONES IN PROMETHEUM.

HALIS SAXONUM,
IN BIBLIOPOLIO GEBAUERIO.
1832.

Ja 9.655

[illegible] 25.
[illegible] Fund.
[illegible] + 1/8 + Binding [illegible] .24 =
$3.13.
2 vols.

EX

SAM. BUTLERI PRAEFATIONE

VOLUMINI VIII. PRAEMISSA, p. XI. sqq.

(DE EDITIONE STANLEIANA.)

„*Αἰσχύλου τραγῳδίαι ἑπτά.* Aeschyli tragoediae septem cum Scholiis Graecis omnibus, deperditorum dramatum fragmentis, versione et commentario Thomae Stanleii. Londini typis Iacobi Flesher: prostant vero apud Cornelium Bee sub insignibus regalibus in vico vulgo dicto Little Britain, MDCLXIII." Fol. Dedicatione carent omnia quae inspexi huius anni exemplaria, sed repetitae sunt anno insequente apud Io. Hart plagulae initiales ad finem saltem Promethei, prioribus vel consulto vel fortuito incendio absumptis, quod et editionis totius exemplaribus nondum venditis postea contigit in memorabili illo incendio Londinensi anno 1666.

Multa quidem in versione Latina inter imprimendum a Stanleio videntur fuisse mutata, nam e tribus, quae mihi pervolvere contigit, exemplaribus, nullum cum altero convenit. Quae anno 1664. apud Io. Hart prodierunt, plagulas habent singulas, ad finem usque Promethei, ita ab editione prioris anni discrepantes, ut nihil dubii sit quin fuerint iterum typis mandatae. Sed et ipsa editio anni 1663. notabilem habet discrepantiam, quamvis non adeo insignem, ut non interventu forte auctoris inter imprimen-

dum acciderit. Numeri scilicet marginales singulis versibus choricis in Prometheo, v. 866. sqq. in altero exemplari anni 1663. praeponuntur, in altero non item. In versione v. 867. ubi *cluere* est in altero exemplari, in altero est *audire;* v. 891. in altero *cerdoni*, in altero est *pauperi;* v. 895. in altero est *cupiam*, in altero *cuipiam;* v. 908. 909. in altero est *mente* pervicaci (sit) *tales* (enim) *nubere*, in altero, *mente pervicaci quales nubere.* Atque hoc nobis specimen sufficiat, quo demonstremus secundum hoc exemplar auctoris *δευτέρας φροντίσιν* emendatum esse, omnes enim mutationes in melius factae sunt. In exemplaribus anni 1664, quae, ut dixi, plagulas initiales saltem ad finem Promethei denuo impressas habent, additur dedicatio, quam in editionibus anni 1663. mihi videre non contigit:

D. HENRICO PUCKERING

(*ALIAS NEWTONO*)

EQUITI AC BARONETTO.

Vir Illustrissime,

Tuis iam prodeat auspiciis tragicorum antiquissimus; ut illum φιλέλληνες pro meritis potuerint nocturna versare manu, versare diurna. Est quidem Homero tam dignitate quam aetate proximus: grandiloquus, sed castigate et quasi ad pondus: cothurni auctor primus, sed et perfectissimus; qui characteris tragici maiestatem caeteris praeripuit. Pollet etiam tacita quadam, Pythagoricae affini, sapientia. Patrocinio hic prodeat tuo: Cuinam potius donetur Aeschylus, qui et pugnans pro patria, utramque Palladis laurum, pariter atque fecisti ipse, reportavit? Cuinam potius ego donem, qui necessitudinis officio, quod maximae mihi duco gloriae, Tibi devinctus sim? Caetera in me beneficia commemorare supersedeo; lubenter praestas, non lubenter audis: neque est quod negotiis Te

districtum publicis diutius interpellem. Perge, Vir illustrissime, virtutibus tuis θρέπτρα patriae rependere: perge etiam amare,

Tui observantissimum,
THOMAM STANLEIUM.

Sequitur deinde praefatio,

LECTORI.

Aeschyli tragoedias prae manibus habes, caeterasque eius relliquias, quae invidiam temporis evaserunt; ulterius vero ne tende, obsecro, donec quid in hac editione praestitum sit, paucis praemoneam.

Primum omnium Aldus Manutius sex tragoedias (Prometheum, Septem contra Thebas, Persas, Agamemnonem, Eumenides et Supplices), publici iuris fecit Venetiis anno 1518.

Post quem Adrianus Turnebus excudit, adiectis ad calcem variis aliquot lectionibus quas in aliis exemplaribus repererat, Parisiis anno 1552.

Eodem anno Venetiis Aeschyli tragoedias septem (Prometheum, Septem contra Thebas, Persas, Agamemnonem, Choephoras, Eumenides et Supplices) edidit Franciscus Robortellus: quibus suas, et Michaelis Sophiani coniecturas praemiserat. Edidit etiam in omnes tragoedias scholia ex antiquis exemplaribus collecta.

Haud multo post Aeschyli tragoediae septem, omnes multo quam antea castigatiores, tum vero Agamemnon integra, quae mutila et decurtata prius erat, Scholia itidem in easdem plurimis in locis locupletata et emendata, Petri Victorii cura, prodierunt ex officina Hen. Stephani, qui observationes suas subiunxit, anno 1557.

Denique has septem tragoedias, infinitis mendis sublatis, et carminum ratione tunc primum proditas vulgavit Gulielmus Canterus Antverpiae anno 1580.

Hactenus de editionibus Graecis. Quod ad interpretationem Latinam spectat, Aeschyli tragoedias Latinitate donavit Ioannes Sauromannus ex officina Oporini; si modo interpretatio dicenda est, in qua vix ullibi reperiatur sensus; nemo qui legerit dicet secus. Prometheum postea Mattheus Garbitius, oratione soluta, Septem-Thebanam stylo veteri tragico Septimius Florens Christianus felicissime reddidit; idem etiam eodem stylo Prometheum Desmotam reddiderat, ut et Iosephus Scaliger Eumenides, cuius meminit in Varronem p. 111., *neutra tamen, quod sciam, lucem vidit. Interpretationem Aeschyli* [*aggrediebatur, quantum ex epistola eius ad Ioannem Oporinum Sophocli affixa coniicere est, Ioachimus Camerarius*] *molitus est Gulielmus Canterus, prout in Prolegomenis monet; at coepto defuit, morte, opinor, praeventus. Aeschylum etiam, post Victorium et Stephanum, edere et illustrare voluit vir incomparabilis Isaacus Casaubonus, ipso teste ad Strabonem paginis* 18, *et* 104.; *sed vel nihil praestitit, vel quod praestiterat, non nisi magna rei literariae iactura intercidit.*

Haec de aliorum editionibus, de nostra paucis accipe. Textum Aeschyli Graecum e Canteriana editione, Scholia e Victoriana depromsimus; et ne quid desiderari posse videatur, reliquis cum Canteriana collatis, lectiones variantes, epistolas, praefationes, coniecturas et observationes omnium apposuimus. Ad haec tragoedias priores cum duobus Codd. MSS. contulimus; quorum unus inter κειμήλια *Barocciana in bibliotheca Oxoniensi conservatur; alterum e bibliotheca Arundeliana communicavit magnus noster Seldenus. Prioris ope Scholiastem vulgarem in tres primas tragoedias locupletavimus; posterioris Scholiastem alium hactenus inedi-tum, exhibuimus: variantes itidem horum Codd. MSS. lectiones, illis quae ex impressis depromptae fuerant interseruimus. Carminis rationem, ubi Canteriana haud*

satis nobis probatur, restituimus; Fragmenta collegimus, omnia Latine reddidimus, et commentario illustravimus. Vale.

Hactenus de sua editione Stanleius, quae et pulcherrima est et praestantissima, prioribus longe ornatior. Quid in ea praestiterit pro sua verecundia leviter tantum attigit. Primus autem versionem adiecit Latinam, et commentarium omnium laudibus merito semper cumulatum, multaque et recondita doctrina refertissimum. Felicem quidem illam in syllabis perpendendis diligentiam, quae hodie unice in pretio est apud eos qui se aliquid esse volunt, non ita sectatus est, ut omnem scientiam in ea exercenda atque in fragmentis veterum atque obscurorum auctorum emendandis positam esse iudicaret, neque tamen illam aut ignoravit, aut prorsus neglexit, sed inter doctrinae subsidia habuit, nec unam quidem portiunculam pro tota excolendam sibi proposuit, nec ostentandi causa aliorum errores studiose persecutus est. Non enim quicquid aliis detrahere potuisset sibi continuo additum existimavit, nec in malignam cavillationem viro liberali indignissimam unquam delapsus est. Aequum scilicet criticum agebat, qui neminem suis laudibus privare voluit, aut aequalium suorum famam malevole ac tecte laedere. Igitur ad digladiationes istas criticas, quae rem literariam dehonestant, nunquam descendit; in phrasibus ac sententiis expediendis, in antiquitate explicanda, in poetae, quem sibi edendum sumserat, mente atque consilio illustrando, in veterum vita, moribus, institutis describendis, satis largam sibi materiem invenit, quam nemo, nisi cum fructu consulet. Itaque labores eius, ut par erat, magno doctorum consensu sunt approbati, ipseque inter aequales suos, non spernendos viros, magni semper habitus est, quorum quaedam testimonia quae secundae Aeschyli editioni, a Stanleio adornatae, illustrandae inserviant, ex ipsius MStis hic afferre in rem erit.

NOBILISSIMO VIRO

TH. STANLEIO

IS. VOSSIUS

S. P.

Si quis me de proposito tuo in adornanda nova Aeschyli editione certiorem fecisset, vir nobilissime, utique non defuissem muneri meo, libentissimeque transmisissem quae habeo huius tragici exemplaria, ac item illa quae ex diversis alienis olim collegi codicibus. Verum cum non eorum sequaris exemplum qui semper promittunt, et nunquam praestant, sed opus perfeceris priusquam ullus tui ad nos laboris sensus aut fama perveniret, ex animo doleo non potuisse me privato officio anticipare id quod publico contulisti beneficium, simulque molestiam eripere per appendicem praestandi id quod iunctim et continenti opera perficere potuisses. Quandoquidem tamen tibi libet istum exantlare laborem, non praetermittam simul ac ad meos fuero reversus, pleraque quae habeo Aeschyli exemplaria colligere et ad te transmittere. Gaudebis opinor ubi videris tam multas tuas coniecturas auctoritate codicum firmari, multaque praeterea alia loca, quae nullum humanum ingenium valeat emendare, feliciter admodum exinde posse restitui. In Prometheo quatuor versus desiderari verum est, sed quod de Χοηφόρων initio significavit tibi Dom. Pearson, id male intellectum, quippe in omnibus quos vidi MStis exemplaribus Agamèmnonis et Χοηφόρων tragoediae in unam coaluere, deestque omnino et Agamemnonis finis et principium alterius tragoediae, quia nempe in illo codice unde reliqua exemplaria permanarunt unum et aliud forsan folium perierat. Porro et si in aliis poetarum Graeciae monumentis, quae ut audio emendatiora luci tradere meditaris, nostra tibi prodesse possint scrinia, aeque illa ac noster tibi patebit animus, et pro arbitrio utrisque frui licebit. Londini, 1664, Feb. 11.

VIRO ILLUSTRISSIMO

D. ISAACO VOSSIO

THOMAS STANLEIUS

S.

Literas quas ad Sherburneum meum dedisti, ipse mecum communicavit, in quibus de Manilii sive Manlii ut tu statuis nomine, et saeculo in quo floruit docte sane et χριτικωτάτως disseruisti. Illud autem imprimis mihi placet, quod in iis honorificam de me mentionem fecisti, quodque promissorum memor de depromptis ad Aeschylum e vetustis exemplaribus variis lectionibus et scholiis nondum editis, ais te nisi impediissent infelicia et funesta tempora, mihi iamdudum transmissurum. Amplector hanc tuam humanitatem, et gratulor paci per quam liceat solvere quod pollicitus es; expecto itaque, et noris velim haec tua honoraria officia quibus me prosequeris pergrata semper esse et futura, eoque magis quo maturius ad manus meas pervenerint Aeschyli editionem secundam iam molientis, quam spero (nam magnam partem prioris fatali metropoleως incendio consumptam, cum matre Thressa flammis me peperisse sentio) melioribus auspiciis te obstetricante, et auctiorem in lucem prodituram. Quin et quaecunque tua χειμήλια mihi commiseris, me optima fide restituturum recipio. Vale. XII Feb. $16\frac{70}{69}$.

VIRO NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO

THOMAE STANLEIO

S. P. D.

IOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

Expectationem Aeschyli tui magnam concitaverat Mericus Casaubonus sed postquam ille lucem adspexit, longe superavit spem et existimationem nostram. Nihil

enim in hoc genere hac aetate prodiit limatius et elegantius. Debent tibi quotquot literarum politiorum antiquaeque sapientiae studiis censentur tantum quantum exsolvendo non sunt. Nam et poetae obscurissimi locis infinitis facem praeluxisti, et plurimas quibus obsitus erat labes ei abstersisti, ne nunc dicam de interprete vetusto, quem princeps publicasti, cum magno rei literariae fructu. Hinc simul ac scriptorem illum praestantissimum vidi et evolvi, te amare coepi et magni facere, huiusque mei in te studii ac voluntatis interpretem ad te ablegavi ante hos binos annos meum Hesiodum; sed eventum non respondisse meis votis ac voluntati non ita pridem ex doctissimi Merici literis cognovi; ad hunc enim per nostros vestrosque bibliopolas curari iusseram fasciculum, in quem aliquot Hesiodi exempla erant coniecta, qui nescio quorum hominum perfidia interciderit. Nunc huic quae inopino se dat, occasioni serviendum existimavi; nam cum ad vos contendat iuvenis insignis Ioannes Crucius, I.U.D. Abrahami Hoidani theologiae professoris in academia Lugdunensi excellentissimi ac disertissimi ex filia nepos, qui te iam pridem colit et admiratur, coramque venerari desiderat, literis etiam politioribus strenuam diu navavit operam, et etiam nunc navat, eius fidei commisi aliud Hesiodi exemplar tibi tradendum, cuius adieci Luciani Pseudosophistam in quem animadversionum et notarum nonnihil scripseram. Erubescunt quidem hi libelli tuos subire oculos; sed missi alio nomine non sunt, quam ut editoris studium cultumque quo te prosequitur, testatum faciam. Si prolixam etiam eius voluntatem bene de praeclaris artibus nostris merendi tibi probaverint, functos se officio, et auspicato iam in lucem prodiisse putabunt. Sin vero et tuam benevolentiam ei promovere poterunt, tum vero non solum spe, sed et votis maiora consequentur. In Homero recensendo nunc totus eram; sed me retardarunt Elzevirii, qui tundendo effecerunt ut passus sim mihi imponi opus recensendi Ciceronis, cuius editionem novam adornant. Id nunc studeo, ne inemendatior sit aliis quae antehac prodierunt, et ut interpre-

tum doctissimorum annotationibus ornetur. Si esset antiquorum MStorum copia, forsan aliis prodiret melior et cultior. Vos ex veteribus bibliothecis si quid potestis conferre, quod utriusque auctoris, qui in sua quisque lingua princeps est, editioni illustrandae inservire possit, et praeclare de publica re literaria merebitis et laudes vestrae pleno ore decantabuntur. Vale vir nobilissime, et me, si mereor, ama. Traiecti ad Rhenum Non. Febr. 1669.

EXTRAIT DU JOURNAL DES SÇAVANS.

Aeschyli Tragoediae septem cum Schol. Graecis, versione et commentario Tho. Stanleii, in fol. Londini. Il se trouve a Paris chez Fred. Leonard rüe St. Jacques.

Il y a tres belles choses dans ce poete, et c'est un des anciens tragiques qui a eu le plus de reputation parmy les Grecs. Toutes les editions qui nous en avions estoient tres imparfaites. Celle-cy à esté faite avec beaucoup de soin, et de diligence; et elle doit estre mise dans les bibliotheques; les autres n'y pouvent pas faire figure.

Mericus Casaubonus in Dissertatione de nupera Homeri editione Hackiana, p. 168.:

In exultationis et gratiarum actionis significatione usurpat (vocem sc. ὁλολυγμός) vetus poeta tragicus, Aeschylus, cuius praestantissimam editionem Londini curatam viro cl. D. Thomae Stanleio debebit aliquando posteritas.

Atque hactenus de primae Stanleianae editionis testimoniis. Secundam autem cum moliretur, ad eamque satis amplam supellectilem comparasset, annum agens tricesimum quartum magno cum literarum dispendio immatura morte praereptus est. Quem vero apparatum editionis secundae iam instruxisset, eum nos in hac nostra editione protulimus. Ad singulas scilicet tragoedias, vitam ac fragmenta, commentarium suum aequa parte auxerat.

Versionem item Latinam, e versione Casauboni ad marg nem editionis Stephanianae adscripta, in choricis emen daverat, coniecturas adhibuerat nonnullas cum Casaubo tum Ioannis Pearsoni Episcopi Cestriensis *), quae forte Merico Casaubono vel a Pearsono cum ipso communicat sunt, et nonnullas aliorum hominum eruditorum parci hic illic adnotatas. Sin aliqui fuerint qui Stanleium m lae fidei insimulent, quod has coniecturas non ubique veros auctores retulerit, nae isti ex suopte ingenio poti quam aequa ac liberali mente de illo iudicium faciunt. quis eum ita infima doctorum in plebe delituisse existim ita parum de Aeschylo, de Aeliano, de ipsa deniq quanta sit Graecorum philosophia meritum, ut mise lam sibi gloriolam unius atque alterius coniecturae su reptione sibi quaereret, ac non potius inter primor sui saeculi viros suis meritis ac doctrina emituisse? Qu non aequius iudicabit istiusmodi crimen ad incuriam, i firmitatem humanam, festinationem vel memoriae lapsu quam fraudem ac malam fidem referre. Praesertim cu Stanleius priusquam editionem secundam, ex qua hoc cr men maxima ex parte ei obiicitur, aut in lucem protuli set, aut etiam praefatione qua subsidia sua doceret suum cuique redderet, adornasset, morte praereptus e Absit illud profecto, ut viris ingenio, humanitate, d ctrina illustribus, post mortem calumniemur. Nec meu ita comparatum sit ingenium, ut aliquid ingenuis lium niorum artium ac literarum cultoribus detrahere studeam cum vivis sine odio atque invidia ita versari velim, ut berum atque ab iisdem studiis haud alienum decet, mortuis silere malim, quam maledicere, atque ut viv ubi fert occasio, plaudere, ita SEPULTIS PARCERE.

Editionem Stanleianam Hagae Comitum an MDCCXLV. duobus tomis forma quadrata repetiit Ioa nes Cornelius de Pauw, adiectis etiam suis, hoc est a dacissimis, saepe etiam inanissimis adnotationibus. Sua

---

(*) De his vide quae Needhami et post eum Askevii verbis Butle retulit deinceps, p. XXX. sqq.) (XV. sqq.)

ipse sententiam, tanquam e cathedra, semper pronuntiat, Stanleio, Stephano, aliisque literarum principibus viris, se longe longeque praestantioribus, passim obloquitur, seipso, ut mos est hominum imperitorum ac iactantium, unice delectatus; coniecturas tamen profert aliquando melioris frugi, quae tamen an ipsius fuerint valde dubitari solet; plerumque infelicissime rem gerit, et vel maxime perspicua obscurat dum aliis oculatior videri cupit, Graecitatis ac rei metricae, quamvis Hephaestionem ediderit, iuxta ignarissimus. Sed typorum nitori satis consuluit.

Repetita est etiam editio Stanleii, sine notis, Glasguae anno 1746. forma quadrata minore ac 12mo.

EX EADEM BUTLERI PRAEFAT.

p. XXX. sqq.

Casaub. et Cas. Coniecturae quaedam desumptae ex margine libri quo continetur Agamemnon cum versione et notis marginalibus sane multis ad grammaticam praecipue spectantibus Isaaco Casaubono adscriptis sed tanto viro nequaquam dignis, quem Lutetiae ad me transmisit Ioannes de Burigny.

Iacob. et Iac. Pearson. et Pears. Rawl. et Raw. Coniecturae quaedam desumptae e margine libri per H. Stephanum impressi, quae, ut plurimum, ut videtur, ab Henrico Iacob Collegii Mertonensis olim socio, et clariss. Io. Pearsono episcopo Cestriensi profluxerunt; quem mihi mutuo dedit Tho. Rawlinson RSS. olim fuit Th. Stanleii ut manus eius abunde testatur. Vid. eius notam in Agam. p. 789. C. (v. 214.) et Ant. Wood Athen. Oxon. Vol. 2. Col. 160. (Col. 158. seq.)

Ex his prior liber, nempe *Casaub. et Cas.*, est ille cuius specimen dedit Vauvilliers in Notitia et Excerptis Codicum Parisiensium Tom. I. p. 324. Alter autem, *Iacob. et Iac. etc.*, nunc est inter codices bibliothecae Cantabrigiensis D. IV. 38. nomenque Is. Casauboni in titulo

sibi praefert, et passim ipsius et Pearsoni manu notati interdum etiam alia, quam non Stanleii sed Henrici Jaco fuisse crediderim. Certe ductus literarum a manu Sta leii, mihi ex octo eius voluminibus MStis satis cogni abhorret, neque nomen eius ullibi deprehendere pot De Spanhemii, et Falkenburgii emendationibus nihil h beo, quod dicam, sed cur caeteris uberiores iudicent causam video nullam. Quas emendationes Grotii comm morat Askevius, eae videntur esse Casauboni a Grotio marginem forte libri sui adscriptae, semper enim *Cas. Gro.* consentiunt. Obiter autem monendum est, libru illum CAS. in Bibliotheca Parisiensi a Vauvillerio mem ratum, non ipsius autographum habendum esse, sed ta tum codicem, a quodam eius auditore descriptum, noti que ac variis lectionibus cum Casauboni tum aliorum tes Vauvillerio partim bonae frugi, saepius plane puerilib instructum. Ipse autem liber quo Casaubonus in prael ctionibus suis usus et videtur fuisse alter illo modo m moratus *).

*) Haec cum scripsissem, venit mihi in manus responsio Boissona ad amicum doctum, qui ad illum literas super hac re dedisset, ho tatu summi atque amicissimi viri Samuelis Parr. Haec coniectu nostras plane confirmat, et crimen nimis temere Stanleio obiectu manifeste refutat. Sunt igitur huiusmodi.

„Demum transeo ad Aeschylea de quibus me consulit tuis ve bis vir reverendissimus Dr. Parrius. Codex fuit olim Puteani nempe Iac. Puteani, Cl. fil. Vauvillerius in Notitiis MStor. p. 8 T. 1. hunc hominem Gallice vocat *Jacques Pitou*: saltem scribe debuit *Pithou*. Sed Puteanus est *Du Puy*, non Pithou. Pithou L tine dicitur Pithoeus. Et haec erat Vauvillerii eruditio literaria, q in Notitiis T. I. p. 800. de Corinthio Gregorio verba faciens, Ko nianam editionem ne fando quidem audierat. Quae de hoc codi scribit Vauvillerius longiora sunt quam ut facile possint hic describ Faehsii descriptio p. XXIV. codicis Casauboniani sumpta est ex in presso catalogo Bibliothecae Regiae *αὐτολεξεί*. Post *redemtus es* Faehsius omisit vel typographus: *erat tum illius possessor.* Po *Theologus* verba *haec scripsit* quid sibi velint nescio. Forte et hi

perierunt verba, Catalogi impressi auctor, vel alia in hunc sensum. Vauvillerius p. 324. describens notam quandam titulo codicis adpictam eo modo effert, *observationibus eruditissimis*, ipsa nota, quam ipse vidi, et nunc etiam video *observationibus erud.* Sed hoc est levissimum. Codex duarum manuum vestigia fert manifesta. Utraque videtur antiquior anno 1663. quo publica facta est Stanleiana editio. Nitidior dicitur Vauvillerio esse Casauboni, altera forte Iac. Puteani. Verba quae leguntur p. 96. „absolvit Is. Casaub. 5 Cal. Mart. 1610." non statim litem dirimunt. Vidi manum indubiam Casauboni, et nullo modo illi similem reperi, quae in hoc codice nitidior est, et Casauboni esse dicitur; similior esset alteri quam Puteani Vauvillerius esse putat. Notarum puerilis plerumque futilitas et quas nunquam Casaubonus ille potuisset publici iuris facere, mihi suspicionem iniicit fuisse descriptam hanc fabulam ab auditore aliquo Casauboni et „absolvit Casaubonus" sic intelligere deberi, absolvit *interpretationem* fabulae, non autem descriptionem. Caeterum parum huic opinioni tribuo, nam vix credo circa annum 1610. Casaubonum adhuc Professoris munere fungi. Quicquid sit, si manus Casauboni altera duarum est, crediderim Casaubonianam esse, quae est pulchra minus, lectu difficilior, atramento atro magis usa, et circa notas tantum et appendices versata. Altera nitidior quae textum, versionem interlinearem, et margiuales annotatiunculas fecit, vix Casauboni esse potest, cum indidem scripserit *ex emendatione Casauboni*, *ex Casaubono* etc. Tibi notas omnes huius codicis describere res esset infiniti laboris, et non mei quod nunc fere nullum est, otii. Faebsius paucissima tantum excerpsit. Vauvillerius non dicit Stanleium Casaubonianas notas suas fecisse. Miratur quidem prodigiosum multis locis consensum, sed tamen Stanleium furem fuisse non pronunciat. „Cette conformité," inquit ille, „qu'on remarque en un grand nombre d'articles ne suffit pas neanmoins pour faire prononcer un plagiat: deux hommes tels que Casaubon et Stanley ont du necessairement se recontrer quelquefois; et si Stanley eut connu le Manuscrit de Casaubon, il en eut profité plus souvent," et inferius p. 338. „ce que confirme je crois, ce que j'ai dit qu'il ne paroit pas avoir connu le MS. de Casaubon." **)

**) Postquam hanc praefationem typis mandaveram, ipse Casauboni codicem Parisiis inspexi. Ac primo quidem neutram manum Casauboni esse credidi. Sed cum alia eius scripta indubiae fidei ibidem

Denique has septem tragoedias, infinitis mendis sublatis, et carminum ratione tunc primum proditas vulgavit Gulielmus Canterus Antverpiae anno 1580.

Hactenus de editionibus Graecis. Quod ad interpretationem Latinam spectat, Aeschyli tragoedias Latinitate donavit Ioannes Sauromannus ex officina Oporini; si modo interpretatio dicenda est, in qua vix ullibi reperiatur sensus; nemo qui legerit dicet secus. Prometheum postea Mattheus Garbitius, oratione soluta, Septem-Thebanam stylo veteri tragico Septimius Florens Christianus felicissime reddidit; idem etiam eodem stylo Prometheum Desmotam reddiderat, ut et Iosephus Scaliger Eumenides, cuius meminit in Varronem p. 111., *neutra tamen, quod sciam, lucem vidit. Interpretationem Aeschyli* [*aggrediebatur, quantum ex epistola eius ad Ioannem Oporinum Sophocli affixa coniicere est, Ioachimus Camerarius*] *molitus est Gulielmus Canterus, prout in Prolegomenis monet; at coepto defuit, morte, opinor, praeventus. Aeschylum etiam, post Victorium et Stephanum, edere et illustrare voluit vir incomparabilis Isaacus Casaubonus, ipso teste ad Strabonem paginis* 18, *et* 104.; *sed vel nihil praestitit, vel quod praestiterat, non nisi magna rei literariae iactura intercidit.*

Haec de aliorum editionibus, de nostra paucis accipe. Textum Aeschyli Graecum e Canteriana editione, Scholia e Victoriana depromsimus; et ne quid desiderari posse videatur, reliquis cum Canteriana collatis, lectiones variantes, epistolas, praefationes, coniecturas et observationes omnium apposuimus. Ad haec tragoedias priores cum duobus Codd. MSS. contulimus; quorum unus inter χειμήλια Barocciana in bibliotheca Oxoniensi conservatur; alterum e bibliotheca Arundeliana communicavit magnus noster Seldenus. Prioris ope Scholiastem vulgarem in tres primas tragoedias locupletavimus; posterioris Scholiastem alium hactenus ineditum, exhibuimus: variantes itidem horum Codd. MSS. lectiones, illis quae ex impressis depromptae fuerant interseruimus. Carminis rationem, ubi Canteriana haud

satis nobis probatur, restituimus; Fragmenta collegimus, omnia Latine reddidimus, et commentario illustravimus. Vale.

Hactenus de sua editione Stanleius, quae et pulcherrima est et praestantissima, prioribus longe ornatior. Quid in ea praestiterit pro sua verecundia leviter tantum attigit. Primus autem versionem adiecit Latinam, et commentarium omnium laudibus merito semper cumulatum, multaque et recondita doctrina refertissimum. Felicem quidem illam in syllabis perpendendis diligentiam, quae hodie unice in pretio est apud eos qui se aliquid esse volunt, non ita sectatus est, ut omnem scientiam in ea exercenda atque in fragmentis veterum atque obscurorum auctorum emendandis positam esse iudicaret, neque tamen illam aut ignoravit, aut prorsus neglexit, sed inter doctrinae subsidia habuit, nec unam quidem portiunculam pro tota excolendam sibi proposuit, nec ostentandi causa aliorum errores studiose persecutus est. Non enim quicquid aliis detrahere potuisset sibi continuo additum existimavit, nec in malignam cavillationem viro liberali indignissimam unquam delapsus est. Aequum scilicet criticum agebat, qui neminem suis laudibus privare voluit, aut aequalium suorum famam malevole ac tecte laedere. Igitur ad digladiationes istas criticas, quae rem literariam dehonestant, nunquam descendit; in phrasibus ac sententiis expediendis, in antiquitate explicanda, in poetae, quem sibi edendum sumserat, mente atque consilio illustrando, in veterum vita, moribus, institutis describendis, satis largam sibi materiem invenit, quam nemo, nisi cum fructu consulet. Itaque labores eius, ut par erat, magno doctorum consensu sunt approbati, ipseque inter aequales suos, non spernendos viros, magni semper habitus est, quorum quaedam testimonia quae secundae Aeschyli editioni, a Stanleio adornatae, illustrandae inserviant, ex ipsius MStis hic afferre in rem erit.

NOBILISSIMO VIRO

TH. STANLEIO

IS. VOSSIUS

S. P.

Si quis me de proposito tuo in adornanda nova Aeschyli editione certiorem fecisset, vir nobilissime, utique non defuissem muneri meo, libentissimeque transmisissem quae habeo huius tragici exemplaria, ac item illa quae ex diversis alienis olim collegi codicibus. Verum cum non eorum sequaris exemplum qui semper promittunt, et nunquam praestant, sed opus perfeceris priusquam ullus tui ad nos laboris sensus aut fama perveniret, ex animo doleo non potuisse me privato officio anticipare id quod publico contulisti beneficium, simulque molestiam eripere per appendicem praestandi id quod iunctim et continenti opera perficere potuisses. Quandoquidem tamen tibi libet istum exantlare laborem, non praetermittam simul ac ad meos fuero reversus, pleraque quae habeo Aeschyli exemplaria colligere et ad te transmittere. Gaudebis opinor ubi videris tam multas tuas coniecturas auctoritate codicum firmari, multaque praeterea alia loca, quae nullum humanum ingenium valeat emendare, feliciter admodum exinde posse restitui. In Prometheo quatuor versus desiderari verum est, sed quod de Χοηφόρων initio significavit tibi Dom. Pearson, id male intellectum, quippe in omnibus quos vidi MStis exemplaribus Agamèmnonis et Χοηφόρων tragoediae in unam coaluere, deestque omnino et Agamemnonis finis et principium alterius tragoediae, quia nempe in illo codice unde reliqua exemplaria permanarunt unum et aliud forsan folium perierat. Porro et si in aliis poetarum Graeciae monumentis, quae ut audio emendatiora luci tradere meditaris, nostra tibi prodesse possint scrinia, aeque illa ac noster tibi patebit animus, et pro arbitrio utrisque frui licebit. Londini, 1664, Feb. 11.

VIRO ILLUSTRISSIMO

D. ISAACO VOSSIO

THOMAS STANLEIUS

S.

Literas quas ad Sherburneum meum dedisti, ipse mecum communicavit, in quibus de Manilii sive Manlii ut tu statuis nomine, et saeculo in quo floruit docte sane et χριτικωτάτως disseruisti. Illud autem imprimis mihi placet, quod in iis honorificam de me mentionem fecisti, quodque promissorum memor de depromptis ad Aeschylum e vetustis exemplaribus variis lectionibus et scholiis nondum editis, ais te nisi impediissent infelicia et funesta tempora, mihi iamdudum transmissurum. Amplector hanc tuam humanitatem, et gratulor paci per quam liceat solvere quod pollicitus es; expecto itaque, et noris velim haec tua honoraria officia quibus me prosequeris pergrata semper esse et futura, eoque magis quo maturius ad manus meas pervenerint Aeschyli editionem secundam iam molientis, quam spero (nam magnam partem prioris fatali metropoleως incendio consumptam, cum matre Thressa flammis me peperisse sentio) melioribus auspiciis te obstetricante, et auctiorem in lucem prodituram. Quin et quaecunque tua χειμήλια mihi commiseris, me optima fide restituturum recipio. Vale. XII Feb. $16\frac{70}{69}$.

VIRO NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO

THOMAE STANLEIO

S. P. D.

IOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

Expectationem Aeschyli tui magnam concitaverat Mericus Casaubonus sed postquam ille lucem adspexit, longe superavit spem et existimationem nostram. Nihil

enim in hoc genere hac aetate prodiit limatius et elegantius. Debent tibi quotquot literarum politiorum antiquaeque sapientiae studiis censentur tantum quantum exsolvendo non sunt. Nam et poetae obscurissimi locis infinitis facem praeluxisti, et plurimas quibus obsitus erat labes ei abstersisti, ne nunc dicam de interprete vetusto, quem princeps publicasti, cum magno rei literariae fructu. Hinc simul ac scriptorem illum praestantissimum vidi et evolvi, te amare coepi et magni facere, huiusque mei in te studii ac voluntatis interpretem ad te ablegavi ante hos binos annos meum Hesiodum; sed eventum non respondisse meis votis ac voluntati non ita pridem ex doctissimi Merici literis cognovi; ad hunc enim per nostros vestrosque bibliopolas curari iusseram fasciculum, in quem aliquot Hesiodi exempla erant coniecta, qui nescio quorum hominum perfidia interciderit. Nunc huic quae inopino se dat, occasioni serviendum existimavi; nam cum ad vos contendat iuvenis insignis Ioannes Crucius, I.U.D. Abrahami Hoidani theologiae professoris in academia Lugdunensi excellentissimi ac disertissimi ex filia nepos, qui te iam pridem colit et admiratur, coramque venerari desiderat, literis etiam politioribus strenuam diu navavit operam, et etiam nunc navat, eius fidei commisi aliud Hesiodi exemplar tibi tradendum, cuius adieci Luciani Pseudosophistam in quem animadversionum et notarum nonnihil scripseram. Erubescunt quidem hi libelli tuos subire oculos; sed missi alio nomine non sunt, quam ut editoris studium cultumque quo te prosequitur, testatum faciam. Si prolixam etiam eius voluntatem bene de praeclaris artibus nostris merendi tibi probaverint, functos se officio, et auspicato iam in lucem prodiisse putabunt. Sin vero et tuam benevolentiam ei promovere poterunt, tum vero non solum spe, sed et votis maiora consequentur. In Homero recensendo nunc totus eram; sed me retardarunt Elzevirii, qui tundendo effecerunt ut passus sim mihi imponi opus recensendi Ciceronis, cuius editionem novam adornant. Id nunc studeo, ne inemendatior sit aliis quae antehac prodierunt, et ut interpre-

tum doctissimorum annotationibus ornetur. Si esset antiquorum MStorum copia, forsan aliis prodiret melior et cultior. Vos ex veteribus bibliothecis si quid potestis conferre, quod utriusque auctoris, qui in sua quisque lingua princeps est, editioni illustrandae inservire possit, et praeclare de publica re literaria merebitis et laudes vestrae pleno ore decantabuntur. Vale vir nobilissime, et me, si mereor, ama. Traiecti ad Rhenum Non. Febr. 1669.

EXTRAIT DU JOURNAL DES SÇAVANS.

Aeschyli Tragoediae septem cum Schol. Graecis, versione et commentario Tho. Stanleii, in fol. Londini. Il se trouve a Paris chez Fred. Leonard rüe St. Jacques.

Il y a tres belles choses dans ce poete, et c'est un des anciens tragiques qui a eu le plus de reputation parmy les Grecs. Toutes les editions qui nous en avions estoient tres imparfaites. Celle-cy à esté faite avec beaucoup de soin, et de diligence; et elle doit estre mise dans les bibliotheques; les autres n'y pouvent pas faire figure.

Mericus Casaubonus in Dissertatione de nupera Homeri editione Hackiana, p. 168.:

In exultationis et gratiarum actionis significatione usurpat (vocem sc. ὁλολυγμός) vetus poeta tragicus, Aeschylus, cuius praestantissimam editionem Londini curatam viro cl. D. Thomae Stanleio debebit aliquando posteritas.

Atque hactenus de primae Stanleianae editionis testimoniis. Secundam autem cum moliretur, ad eamque satis amplam supellectilem comparasset, annum agens tricesimum quartum magno cum literarum dispendio immatura morte praereptus est. Quem vero apparatum editionis secundae iam instruxisset, eum nos in hac nostra editione protulimus. Ad singulas scilicet tragoedias, vitam ac fragmenta, commentarium suum aequa parte auxerat.

Versionem item Latinam, e versione Casauboni ad marg nem editionis Stephanianae adscripta, in choricis emen daverat, coniecturas adhibuerat nonnullas cum Casaubo tum Ioannis Pearsoni Episcopi Cestriensis *), quae forte Merico Casaubono vel a Pearsono cum ipso communicat sunt, et nonnullas aliorum hominum eruditorum parci hic illic adnotatas. Sin aliqui fuerint qui Stanleium m lae fidei insimulent, quod has coniecturas non ubique a veros auctores retulerit, nae isti ex suopte ingenio potiu quam aequa ac liberali mente de illo iudicium faciunt. A quis eum ita infima doctorum in plebe delituisse existima ita parum de Aeschylo, de Aeliano, de ipsa deniqu quanta sit Graecorum philosophia meritum, ut mise lam sibi gloriolam unius atque alterius coniecturae su reptione sibi quaereret, ac non potius inter primor sui saeculi viros suis meritis ac doctrina emituisse? Qu non aequius iudicabit istiusmodi crimen ad incuriam, i firmitatem humanam, festinationem vel memoriae lapsu quam fraudem ac malam fidem referre. Praesertim cu Stanleius priusquam editionem secundam, ex qua hoc cr men maxima ex parte ei obiicitur, aut in lucem protuli set, aut etiam praefatione qua subsidia sua doceret suum cuique redderet, adornasset, morte praereptus e Absit illud profecto, ut viris ingenio, humanitate, d ctrina illustribus, post mortem calumniemur. Nec meu ita comparatum sit ingenium, ut aliquid ingenuis hum niorum artium ac literarum cultoribus detrahere studeam cum vivis sine odio atque invidia ita versari velim, ut l berum atque ab iisdem studiis haud alienum decet, mortuis silere malim, quam maledicere, atque ut vivi ubi fert occasio, plaudere, ita SEPULTIS PARCERE.

Editionem Stanleianam Hagae Comitum an MDCCXLV. duobus tomis forma quadrata repetiit Ioa nes Cornelius de Pauw, adiectis etiam suis, hoc est a dacissimis, saepe etiam inanissimis adnotationibus. Sua

---

(*) De his vide quae Needhami et post eum Askevii verbis Butler retulit deinceps, p. XXX. sqq.) (XV. sqq.)

ipse sententiam, tanquam e cathedra, semper pronuntiat, Stanleio, Stephano, aliisque literarum principibus viris, se longe longeque praestantioribus, passim obloquitur, seipso, ut mos est hominum imperitorum ac iactantium, unice delectatus; coniecturas tamen profert aliquando melioris frugi, quae tamen an ipsius fuerint valde dubitari solet; plerumque infelicissime rem gerit, et vel maxime perspicua obscurat dum aliis oculatior videri cupit, Graecitatis ac rei metricae, quamvis Hephaestionem ediderit, iuxta ignarissimus. Sed typorum nitori satis consuluit.

Repetita est etiam editio Stanleii, sine notis, Glasguae anno 1746. forma quadrata minore ac 12mo.

EX EADEM BUTLERI PRAEFAT.

p. XXX. sqq.

Casaub. et Cas. Coniecturae quaedam desumptae ex margine libri quo continetur Agamemnon cum versione et notis marginalibus sane multis ad grammaticam praecipue spectantibus Isaaco Casaubono adscriptis sed tanto viro nequaquam dignis, quem Lutetiae ad me transmisit Ioannes de Burigny.

Iacob. et Iac. Pearson. et Pears. Rawl. et Raw. Coniecturae quaedam desumptae e margine libri per H. Stephanum impressi, quae, ut plurimum, ut videtur, ab Henrico Iacob Collegii Mertonensis olim socio, et clariss. Io. Pearsono episcopo Cestriensi profluxerunt; quem mihi mutuo dedit Tho. Rawlinson RSS. olim fuit Th. Stanleii ut manus eius abunde testatur. Vid. eius notam in Agam. p. 789. C. (v. 214.) et Ant. Wood Athen. Oxon. Vol. 2. Col. 160. (Col. 158. seq.)

Ex his prior liber, nempe *Casaub. et Cas.*, est ille cuius specimen dedit Vauvilliers in Notitia et Excerptis Codicum Parisiensium Tom. I. p. 324. Alter autem, *Iacob. et Iac. etc.*, nunc est inter codices bibliothecae Cantabrigiensis D. IV. 38. nomenque Is. Casauboni in titulo

sibi praefert, et passim ipsius et Pearsoni manu notat interdum etiam alia, quam non Stanleii sed Henrici Jac fuisse crediderim. Certe ductus literarum a manu Sta leii, mihi ex octo eius voluminibus MStis satis cogni abhorret, neque nomen eius ullibi deprehendere pot De Spanhemii, et Falkenburgii emendationibus nihil h beo, quod dicam, sed cur caeteris uberiores iudicent causam video nullam. Quas emendationes Grotii comm morat Askevius, eae videntur esse Casauboni a Grotio marginem forte libri sui adscriptae, semper enim *Cas. Gro.* consentiunt. Obiter autem monendum est, libr illum CAS. in Bibliotheca Parisiensi a Vauvillerio mem ratum, non ipsius autographum habendum esse, sed ta tum codicem, a quodam eius auditore descriptum, not que ac variis lectionibus cum Casauboni tum aliorum te Vauvillerio partim bonae frugi, saepius plane puerilib instructum. Ipse autem liber quo Casaubonus in prae ctionibus suis usus et videtur fuisse alter illo modo m moratus *).

*) Haec cum scripsissem, venit mihi in manus responsio Boissona ad amicum doctum, qui ad illum literas super hac re dedisset, h tatu summi atque amicissimi viri Samuelis Parr. Haec coniectu nostras plane confirmat, et crimen nimis temere Stanleio obiect manifeste refutat. Sunt igitur huiusmodi.

„Demum transeo ad Aeschylea de quibus me consulit tuis v bis vir reverendissimus Dr. Parrius. Codex fuit olim Putean nempe Iac. Puteani, Cl. fil. Vauvillerius in Notitiis MStor. p. 8 T. 1. hunc hominem Gallice vocat *Jacques Pitou*: saltem scrib debuit *Pithou*. Sed Puteanus est *Du Puy*, non Pithou. Pithou l tine dicitur Pithoeus. Et haec erat Vauvillerii eruditio literaria, in Notitiis T. I. p. 300. de Corinthio Gregorio verba faciens, Ke nianam editionem ne fando quidem audierat. Quae de hoc codi scribit Vauvillerius longiora sunt quam ut facile possint hic descri Fachsii descriptio p. XXIV. codicis Casauboniani sumpta est ex in presso catalogo Bibliothecae Regiae *αὐτολεξεί*. Post *redemtus e* Fachsius omisit vel typographus: *erat tum illius possessor.* P *Theologus* verba *haec scripsit* quid sibi velint nescio. Forte et h

pereunt verba, Catalogi impressi auctor, vel alia in hunc sensum. Vauvillerius p. 324. describens notam quandam titulo codicis adpictam eo modo effert, *observationibus eruditissimis*, ipsa nota, quam ipse vidi, et nunc etiam video *observationibus erud.* Sed hoc est levissimum. Codex duarum manuum vestigia fert manifesta. Utraque videtur antiquior anno 1663. quo publica facta est Stanleiana editio. Nitidior dicitur Vauvillerio esse Casauboni, altera forte Iac. Puteani. Verba quae leguntur p. 96. „absolvit Is. Casaub. 5 Cal. Mart. 1610." non statim litem dirimunt. Vidi manum indubiam Casauboni, et nullo modo illi similem reperi, quae in hoc codice nitidior est, et Casauboni esse dicitur; similior esset alteri quam Puteani Vauvillerius esse putat. Notarum puerilis plerumque futilitas et quas nunquam Casaubonus ille potuisset publici iuris facere, mihi suspicionem iniicit fuisse descriptam hanc fabulam ab auditore aliquo Casauboni et „absolvit Casaubonus" sic intelligere deberi, absolvit *interpretationem* fabulae, non autem descriptionem. Caeterum parum huic opinioni tribuo, nam vix credo circa annum 1610. Casaubonum adhuc Professoris munere fungi. Quicquid sit, si manus Casauboni altera duarum est, crediderim Casaubonianam esse, quae est pulchra minus, lectu difficilior, atramento atro magis usa, et circa notas tantum et appendices versata. Altera nitidior quae textum, versionem interlinearem, et marginales annotatiunculas fecit, vix Casauboni esse potest, cum indidem scripserit *ex emendatione Casauboni*, *ex Casaubono* etc. Tibi notas omnes huius codicis describere res esset infiniti laboris, et non mei quod nunc fere nullum est, otii. Faehsius paucissima tantum excerpsit. Vauvillerius non dicit Stanleium Casaubonianas notas suas fecisse. Miratur quidem prodigiosum multis locis consensum, sed tamen Stanleium furem fuisse non pronunciat. „Cette conformité," inquit ille, „qu'on remarque en un grand nombre d'articles ne suffit pas neanmoins pour faire prononcer un plagiat: deux hommes tels que Casaubon et Stanley ont du necessairement se recontrer quelquefois; et si Stanley eut connu le Manuscrit de Casaubon, il en eut profité plus souvent," et inferius p. 338. „ce que confirme je crois, ce que j'ai dit qu'il ne paroit pas avoir connu le MS. de Casaubon." **)

**) Postquam hanc praefationem typis mandaveram, ipse Casauboni codicem Parisiis inspexi. Ac primo quidem neutram manum Casauboni esse credidi. Sed cum alia eius scripta indubiae fidei ibidem

evolvissem duplici ac plane diverso charactere eum in scribendo usum fuisse reperi. Atque in librum eiusdem Bibliothecae No. 8451. incidi, cum hoc, de quo agitur, plane gemellum. Continet vero Aristophanis Equites et quaedam ex Anthologia a Casaubono descripta cum versione interlineari ac notulis manu quidem pulchriori quam qua festinanter uti solebat vir magnus exaratis, sed huic tam simili ut ovum non sit ovo similius.

CAROLI REISIGII

EMENDATIONES

IN AESCHYLI PROMETHEUM.

CAROLI REISIGII
EMENDATIONES
IN PROMETHEUM *).

V. 1. scribe τηλοῦρον pro vulgato τηλουρὸν. Nominum enim in ουρος terminatorum oxytona sunt, quae ducuntur ab ὁρᾶν, ut οἰκουρός, κηπουρός: contra quae ab nominibus, barytona. Ergo σκίουρος notandum et Ἄρκτουρος, ab οὐρά: item ἄγχουρος, πρόσουρος, ὅμουρος, ab ὅρος. Quemadmodum autem πρόσουρος est pro πρόσορος; ita primitus et ionice fuit τηλέορος = τηλοῦρος. Utrumque huius vocis accentum, tum pravum tum verum, novit Hesychius.

V. 49. Stanleii quidem ἐπαχθῆ mirere placere doctis hominibus potuisse. Offensioni est ignotum tragicis vocabulum, quibus usitatum ἀχθεινός. Sed gravius hoc, quod irridendi ista acerbitas nec cadit in Roboris ferreum pectus, et vero aliena est ab nexu sermonum. Irridenti enim Robori non est cur non potuerit respondere Vulcanus: at οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχει. Extremum aliquod argumentum erat proferendum, quod expugnari non liceret. Tale autem hoc est:

ἅπαντ' ἐχράνθη, πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν **)

---

*) Selectae sunt eae, quae nec alibi essent ab ipso Reisigio propositae, nec in solis scripturae discrepantiis editorumque sententiis diiudicandis versarentur. Harum igitur brevem indiculum subiecimus sine rationum expositione, obelo reprobatas scripturas, probatas asterisco notantes. Versuum numeri sunt Stanleiani.

**) Eandem in sententiam Toepelmannus vertit Comm. de Aesch. Prom. p. 85.:

Bestimmt ist Alles auſser'm Götterregiment.

Vertit autem ἐτάχθη.

χραίνειν de fati necessitate, de Iovis decretis habes apud Euripidem, Electr. 1248. Frequens autem veteribus monitum, cuius vim nullum superaret argumentum, *στέργειν τὰ χρανθέντα*, ut est Eur. Orest. 1021. Sed ne quis ex scholiastae notatione *πάντα ἐκ μοιρῶν δέδοται* perfectum tempus coniiciat fuisse positum, consimilem discrepantiam animadvertat v. 651. *τέθαλπται*] *ἐξεκαύθη*. Aoristus autem est narrantis, ut post debellatos Titanas a Iove cuncta sint disposita ac constituta.

V. 66. *αἱαῖ* coniunge.

V. 155. Rationibus in censura editionis Wellauerianae expositis consentanea est haec emendatio: *ὡς μή τις θεὸς τοῖσδ' ἐπεγηθεῖ*.

V. 188. Coniicere licet sic scriptum antiquitus fuisse:

τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς. ἀλλ' ἔμπας
οἵῳ πάλιν αὖ μαλαχογνώμων —:

quod non nimium recedit ab vicinis syllabis.

V. 248. Victorii *θνητούς τ' ἔπαυσα*, quo spectat etiam *γ'* aliquot librorum prorsus ineptum, sic potest defendi, ut continuare Prometheus orationem eis voluisse statuatur, quae propter interiectam chori interrogationem libera oratione subiiciuntur v. 253., hunc fere in modum: *αὐτοῖς τε πῦρ ὤπασα*.

V. 252. *μέν τοι* disiunctim scribendum.

V. 265. aut *τὸν κακῶς πράσσοντ'* scribendum cum Stanleio, quoniam qua nota $\overline{\alpha\varsigma}$ terminatio saepe significatur a librariis, non dissimilis ea est apostropho: aut de glossemate in proximis cogitandum. Non enim in huiusmodi transitu requiritur *δέ* particulae ligamentum:

πράσσοντας· αὐτὸς ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην.

Quod Elmsleius coniecit, *ἐν δὲ ταῦθ'* —, non satisfacit; personae enim significatio exspectatur.

V. 343. non contemnendum est *θέλοις*, quod apud Robortellum et quibusdam in codicibus legitur: ita enim sententia nexa ex solo loquentis arbitratu est, plane ut *εἰ καί* particulae positae sunt Platonis Phaedr. §. 143.

V. 347—372. Non sunt prioribus continuanda tanquam Promethei verba: ab Oceano potius proferuntur eo consilio, ut si fieri possit Atlantis et Typhonis exemplis mitigetur inexorabilis adhuc Promethei atrocitas. Documento autem illa exempla sunt eorum, quae dixerat v. 318. 319. Quodsi cum verbis Oceani: *τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ὑψηγόρου γλώσσης τἀπίχειρα γίγνεται* — haec conferuntur (v. 360): *ὃς*

κἀὸν ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων κομπασμάτων, dubitari nequit, quin Prometheï *ὑψηγορία* notetur: quod si secus esset, in semet ipse inveheretur Prometheus. Nec animi ista commotio nisi in Oceano misericordia tacto satis intelligeretur, nec fervens adeo et imaginibus redundans orationis genus, maxime a v. 367., in Prometheum conveniret, cui iam non est otium aliena mala lamentandi. Vaticinium autem illud quidni Oceanus potuerit a *matre* comperire? Praeterea mirum, qui ex incitatissimo impetu placidum subito ac sedatum v. 372. exeat orationis flumen. Atqui si verum fateamur, ne si Oceano quidem priora tribuuntur, ut sunt tribuenda, satis apte versu 372. oratio insistitur: desideratur enim cohortatio quaedam, cuius quidem caussa protulerit ille fratris et Typhonis exempla. Quodsi ea, quae intercidisse ante v. 373. videntur, velut ab his inciperent:

σὺ δ' οὖν —

proclivis erat ad verba *σὺ δ' οὐκ* e. q. s. aberratio.

Ante v. 383. rursus intercidisse unum versum, quo sic fere Oceano poterat responderi: *Ὁρῶ —*, docet intermissa *στιχομυθίας* constantia.

v. 428 sqq. Fundamenti loco habendum *ὑποστενάζει*, tum propter auctoritatem librorum, tum quod de prosa oratione petitum est *ὑποβασταζει*. Ita autem *σθένος* non habet quo referatur. Quod enim Wellauerus cogitat de figura, quam *ἐν διὰ δυοῖν* dicunt, de eo multimodis fallitur: ita enim nec τέ ponere licet pro *καί*, nec praemittere attributivum nomen: deinde *βάρος* dicendum erat de caelo, non *σθένος*: praeterea ne sic quidem, quam instituerit grammaticam verborum structuram, intelligitur. Scripturae discrepantia notata nulla est, praeterquam quod *Ἄτλα θ'* reperitur apud Scholiastam. In eo autem vocabulo ipsa corruptela cernitur, emendandusque Aeschylus sic est:

Ἄτλαντος αἰὲν ὑπείροχον σθένος χραιαιόν
οὐράνιόν τε πόλον νώτοις·
ὑποστενάζει.

Quae una cum superioribus vertere licet in hunc modum:

Vorher nur sah ich schwerbedrängt allein
einen andern Titanen gebändigt
durch fesselnde Schmach der Eisen,
des Atlas stets überragende mächtige Kraft,
und des Himmels Rund auf seinen Schultern:
darunter seufzt er.

Uno vocabulo conclusa sententia eadem est vi posita, atque in Soph. Oed. Col. v. 1060. *ἁλώσεται*.

V. 431. *ξυμπίτνων* scribendum.

V. 495. *καὶ μακρὰν ὀσφύν* etsi nemini offensioni fuerunt, tamen quomodo longitudine videatur insignis esse *spina sacra* vix dicas. Certissima autem verba sunt Menandri in eadem re versantis [apud Athen. IV, p. 146. E., Fragm. p. 50. Meinek.]:

τὴν ὀσφὺν ἄκραν,

quibus via significatur ad emendanda Aeschylia. Sic enim scriptum fuit:

κνίσῃ τε κῶλα συγκαλυπτὰ χἄμ' ἄκραν
ὀσφὺν πυρώσας —.

V. 532. animum offendit *πόρον* de flumine positum simpliciter, in tanta praesertim emendandi commoditate, qua Homericum illud *ῥόον* non mediocriter commendatur. Simillima superiora v. 139. *ἀκοιμήτῳ ῥεύματι πατρὸς Ὠκεανοῦ.*

V. 545. verba *ἰδίᾳ γνώμῃ* emendaturo auxilium petendum ex scholiastae explicatione: *ἐν ἰδίᾳ γνώμῃ καὶ αὐθαιρέτως.* Quae si contenduntur cum scholiastae verbis ad Soph. Antig. 875.: *αὐτόγνωτος*] *αὐθαίρετος καὶ ἰδιογνώμων*, certa ratione ducimur ad pristinam versus formam hancce:

αὐτογνωμόνως σέβει.

αὐτογνωμόνως rite atque ordine factum ab *αὐτογνώμων* bono vocabulo nihil habet offensionis praeter correptam ante *γν* vocalem: cuius tamen licentiae exempla quaedam Aeschylia ac Sophoclia pridem notata Porsoni ad Hecub. v. 302.

V. 548. dupliciter interrogatur *ποῦ τίς ἀλκά*; Stephano placebat vel *ποῦ τις* vel *εἰπέ που τίς*: parum enim accurata Wellaueri narratio.

V. 577. ex librorum scriptura et comparatione antistrophae consequens haec est emendatio:

ἰὼ ἰώ, ποῖ ποῖ,
ἃ πόποι, πῇ μ' ἄγουσι

ποῖ et *πῇ* coniuncta habes e. c. in Eur. Hecub. v. 1066. (1047.) Cretico molossum respondere non potest demonstrari; praeterea *πῶ πῶ πῶ* coniunctio sine exemplo.

V. 600. scribe *κέντροις ἰὼ φοιταλέοισιν*, synizesi efferendum, atque in Euripidis versu apud Seidlerum de V. D. p. 38. *μανιάδος φοιταλέ—ου φεῦ φεῦ μόχθων.*

V. 607. Perpolitur versus recepto Elmsleii praeclaro invento et servata ultima *χρὴ* vocis littera:

παθεῖν, τί μῆχαρ ἢ τί φάρμακον νόσου;

Ita ad amussim respondet strophico, a Wellauero demum temere corrupto.

V. 645. diversa scriptura, etiamsi non recipienda, at quae exstitit tamen olim, latuit in *πεύσοισθε* Robortelliano, h. e. *πευσεῖσθε*, ut est infra v. 987. *πευσεῖσθαι*. Vid. Fischerum ad Well. II, p. 428. Brunckium ad Hippol. 1104.

V. 646. si terminatio probatur epica, asciendum Homeri exemplo etiam ω̄ est *πωλεύμεναι* verbi: qua quidem forma eodem poeta iure eademque utitur vi atque *εἰσοιχνεῦσι* v. 122.

V. 656. *πρός πατρὸς* notandum.

V. 678. proxime ad verum accedit Spanhemii *ἀχτήν* (ad Callim. hymn. in Pall. v. 46.) Sed ipsum verum videtur hoc esse:

Λέρνης τ' ἐς ἀχτήν —

Pindarus Ol. VII, 60.: *Λερναίας ἀπ' ἀχτᾶς.*

V. 708 sqq. Ad expediendos lus errores non satis est lacunam statui post v. 790. Manifestae enim praeterea narrationis turbae sunt inde a v. 716, si accurate comparentur v. 733. 34. Ac pro certo quidem et explorato illud habendum est, minime in Caucaso vinctum esse Prometheum Aeschylium, sed in rupibus Europaeis, ad ipsos Asiae fines. Deinde hoc est tenendum, eum esse v. 738. narrationis nexum, ut palude Maeotide separari Asia et Europa cogitentur a poeta: quocum convenit Herodoto, qui in utriusque confinio collocat Tanaim. Eadem igitur palus Maeotis significatur v. 769. *ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον*, quibus continuatur interrupta v. 754. narratio. Summa autem nunc regionum perversio oritur eo, quod prius quam permeatus sit Bosporus Cimmerius atque Maeotis palus, ad Caucasum perventura et Amazonas Io dicitur. Ne quis autem in occidentali Bospori Cimmerii parte Caucasum et Colchidem poni arbitretur: ab eiusmodi ignoratione istarum rerum non potuit poeta non alienus esse, qui verissime tum Asiae et Europae terminos constituerit, tum ab Caucaso meridiem versus Amazonas collocarit, quemque apertum est in Asia, cogitare, non in Europa situm Caucasum et Colchidem. Quoniam autem quae aliis de caussis post v. 790. statuenda est lacuna facit ut de uno codicis folio lacero vel quomodocunque corrupto cogitandum sit necessario, veri non est dissimile, alieno in loco, cum denuo compingeretur ille liber, insertum illud folium esse. In quo si ea perscripta essent, quae nunc leguntur a v. 716. ad v. 727., planissime, quo modo ex proprio loco suo huc potuerint transferri, intelligitur. Pristinus igitur ordo hic fuit:

sibi praefert, et passim ipsius et Pearsoni manu notat interdum etiam alia, quam non Stanleii sed Henrici Jac fuisse crediderim. Certe ductus literarum a manu St leii, mihi ex octo eius voluminibus MStis satis cogn abhorret, neque nomen eius ullibi deprehendere pot De Spanhemii, et Falkenburgii emendationibus nihil l beo, quod dicam, sed cur caeteris uberiores iudicen causam video nullam. Quas emendationes Grotii comm morat Askevius, eae videntur esse Casauboni a Grotio marginem forte libri sui adscriptae, semper enim *Cas. Gro.* consentiunt. Obiter autem monendum est, libru illum Cas. in Bibliotheca Parisiensi a Vauvillerio mem ratum, non ipsius autographum habendum esse, sed ta tum codicem, a quodam eius auditore descriptum, noti que ac variis lectionibus cum Casauboni tum aliorum te Vauvillerio partim bonae frugi, saepius plane puerilib instructum. Ipse autem liber quo Casaubonus in prael ctionibus suis usus et videtur fuisse alter illo modo m moratus *).

*) Haec cum scripsissem, venit mihi in manus responsio Boissona ad amicum doctum, qui ad illum literas super hac re dedisset, ho tatu summi atque amicissimi viri Samuelis Parr. Haec coniectu nostras plane confirmat, et crimen nimis temere Stanleio obiecti manifeste refutat. Sunt igitur huiusmodi.

„Demum transeo ad Aeschylea de quibus me consulit tuis ve bis vir reverendissimus Dr. Parrius. Codex fuit olim Putean nempe Iac. Puteani, Cl. fil. Vauvillerius in Notitiis MStor. p. 3 T. 1. hunc hominem Gallice vocat *Jacques Pitou*: saltem scribe debuit *Pithou*. Sed Puteanus est *Du Puy*, non Pithou. Pithou L tine dicitur Pithoeus. Et haec erat Vauvillerii eruditio literaria, q in Notitiis T. I. p. 300. de Corinthio Gregorio verba faciens, Ko nianam editionem ne fando quidem audierat. Quae de hoc codi scribit Vauvillerius longiora sunt quam ut facile possint hic descri Fachsii descriptio p. XXIV. codicis Casauboniani sumpta est ex in presso catalogo Bibliothecae Regiae *αὐτολεξεί*. Post *redemtus e* Fachsius omisit vel typographus: *erat tum illius possessor.* Po *Theologus* verba *haec scripsit* quid sibi velint nescio. Forte et h

perierunt verba, Catalogi impressi auctor, vel alia in hunc sensum. Vauvillerius p. 324. describens notam quandam titulo codicis adpictam eo modo effert, *observationibus eruditissimis*, ipsa nota, quam ipse vidi, et nunc etiam video *observationibus erud.* Sed hoc est levissimum. Codex duarum manuum vestigia fert manifesta. Utraque videtur antiquior anno 1663. quo publica facta est Stanleiana editio. Nitidior dicitur Vauvillerio esse Casauboni, altera forte Iac. Puteani. Verba quae leguntur p. 96. „absolvit Is. Casaub. 5 Cal. Mart. 1610." non statim litem dirimunt. Vidi manum indubiam Casauboni, et nullo modo illi similem reperi, quae in hoc codice nitidior est, et Casauboni esse dicitur; similior esset alteri quam Puteani Vauvillerius esse putat. Notarum puerilis plerumque futilitas et quas nunquam Casaubonus ille potuisset publici iuris facere, mihi suspicionem iniicit fuisse descriptam hanc fabulam ab auditore aliquo Casauboni et „absolvit Casaubonus" sic intelligere deberi, absolvit *interpretationem* fabulae, non autem descriptionem. Caeterum parum huic opinioni tribuo, nam vix credo circa annum 1610. Casaubonum adhuc Professoris munere fungi. Quicquid sit, si manus Casauboni altera duarum est, crediderim Casaubonianam esse, quae est pulchra minus, lectu difficilior, atramento atro magis usa, et circa notas tantum et appendices versata. Altera nitidior quae textum, versionem interlinearem, et marginales annotatiunculas fecit, vix Casauboni esse potest, cum indidem scripserit *ex emendatione Casauboni*, *ex Casaubono* etc. Tibi notas omnes huius codicis describere res esset infiniti laboris, et non mei quod nunc fere nullum est, otii. Faehsius paucissima tantum excerpsit. Vauvillerius non dicit Stanleium Casaubonianas notas suas fecisse. Miratur quidem prodigiosum multis locis consensum, sed tamen Stanleium furem fuisse non pronunciat. „Cette conformité," inquit ille, „qu'on remarque en un grand nombre d'articles ne suffit pas neanmoins pour faire prononcer un plagiat: deux hommes tels que Casaubon et Stanley ont du necessairement se recontrer quelquefois; et si Stanley eut connu le Manuscrit de Casaubon, il en eut profité plus souvent," et inferius p. 338. „ce que confirme je crois, ce que j'ai dit qu'il ne paroit pas avoir connu le MS. de Casaubon." **)

**) Postquam hanc praefationem typis mandaveram, ipse Casauboni codicem Parisiis inspexi. Ac primo quidem neutram manum Casauboni esse credidi. Sed cum alia eius scripta indubiae fidei ibidem

evolvissem duplici ac plane diverso charactere eum in scribendo usum fuisse reperi. Atque in librum eiusdem Bibliothecae No. 8451. incidi, cum hoc, de quo agitur, plane gemellum. Continet vero Aristophanis Equites et quaedam ex Anthologia a Casaubono descripta cum versione interlineari ac notulis manu quidem pulchriori quam qua festinanter uti solebat vir magnus exaratis, sed huic tam simili ut ovum non sit ovo similius.

CAROLI REISIGII

EMENDATIONES

IN AESCHYLI PROMETHEUM.

CAROLI REISIGII
EMENDATIONES
IN PROMETHEUM *).

V. 1. scribe τηλοῦρὸν pro vulgato τηλόυρὸν. Nominum enim in ουρος terminatorum oxytona sunt, quae ducuntur ab ὁρᾶν, ut οἰκουρός, κηπουρός: contra quae ab nominibus, barytona. Ergo σκίουρος notandum et Ἄρκτουρος, ab οὐρά: item ἄγχουρος, πρόσουρος, ὅμουρος, ab ὅρος. Quemadmodum autem πρόσουρος est pro πρόσορος; ita primitus et ionice fuit τηλέορος = τηλοῦρος. Utrumque huius vocis accentum, tum pravum tum verum, novit Hesychius.

V. 49. Stanleii quidem ἐπαχθῆ mirere placere doctis hominibus potuisse. Offensioni est ignotum tragicis vocabulum, quibus usitatum ἀχθεινός. Sed gravius hoc, quod irridendi ista acerbitas nec cadit in Roboris ferreum pectus, et vero aliena est ab nexu sermonum. Irridenti enim Robori non est cur non potuerit respondere Vulcanus: at οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχει. Extremum aliquod argumentum erat proferendum, quod expugnari non liceret. Tale autem hoc est:

ἅπαντ' ἐχράνθη, πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν **)

---

*) Selectae sunt eae, quae nec alibi essent ab ipso Reisigio propositae, nec in solis scripturae discrepantiis editorumque sententiis diiudicandis versarentur. Harum igitur brevem indiculum subiecimus sine rationum expositione, obelo reprobatas scripturas, probatas asterisco notantes. Versuum numeri sunt Stanleiani.

**) Eandem in sententiam Toepelmannus vertit Comm. de Aesch. Prom. p. 85.:

Bestimmt ist Alles auſser'm Götterregiment.

Vertit autem ἐκράνθη.

enim in hoc genere hac aetate prodiit limatius et elegantius. Debent tibi quotquot literarum politiorum antiquaeque sapientiae studiis censentur tantum quantum exsolvendo non sunt. Nam et poetae obscurissimi locis infinitis facem praeluxisti, et plurimas quibus obsitus erat labes ei abstersisti, ne nunc dicam de interprete vetusto, quem princeps publicasti, cum magno rei literariae fructu. Hinc simul ac scriptorem illum praestantissimum vidi et evolvi, te amare coepi et magni facere, huiusque mei in te studii ac voluntatis interpretem ad te ablegavi ante hos binos annos meum Hesiodum; sed eventum non respondisse meis votis ac voluntati non ita pridem ex doctissimi Merici literis cognovi; ad hunc enim per nostros vestrosque bibliopolas curari iusseram fasciculum, in quem aliquot Hesiodi exempla erant coniecta, qui nescio quorum hominum perfidia interciderit. Nunc huic quae inopino se dat, occasioni serviendum existimavi; nam cum ad vos contendat iuvenis insignis Ioannes Crucius, I. U. D. Abrahami Hoidani theologiae professoris in academia Lugdunensi excellentissimi ac disertissimi ex filia nepos, qui te iam pridem colit et admiratur, coramque venerari desiderat, literis etiam politioribus strenuam diu navavit operam, et etiam nunc navat, eius fidei commisi aliud Hesiodi exemplar tibi tradendum, cuius adieci Luciani Pseudosophistam in quem animadversionum et notarum nonnihil scripseram. Erubescunt quidem hi libelli tuos subire oculos; sed missi alio nomine non sunt, quam ut editoris studium cultumque quo te prosequitur, testatum faciam. Si prolixam etiam eius voluntatem bene de praeclaris artibus nostris merendi tibi probaverint, functos se officio, et auspicato iam in lucem prodiisse putabunt. Sin vero et tuam benevolentiam ei promovere poterunt, tum vero non solum spe, sed et votis maiora consequentur. In Homero recensendo nunc totus eram; sed me retardarunt Elzevirii, qui tundendo effecerunt ut passus sim mihi imponi opus recensendi Ciceronis, cuius editionem novam adornant. Id nunc studeo, ne inemendatior sit aliis quae antehac prodierunt, et ut interpre-

lum doctissimorum annotationibus ornetur. Si esset antiquorum MStorum copia, forsan aliis prodiret melior et cultior. Vos ex veteribus bibliothecis si quid potestis conferre, quod utriusque auctoris, qui in sua quisque lingua princeps est, editioni illustrandae inservire possit, et praeclare de publica re literaria merebitis et laudes vestrae pleno ore decantabuntur. Vale vir nobilissime, et me, si mereor, ama. Traiecti ad Rhenum Non. Febr. 1669.

EXTRAIT DU JOURNAL DES SÇAVANS.

Aeschyli Tragoediae septem cum Schol. Graecis, versione et commentario Tho. Stanleii, in fol. Londini. Il se trouve a Paris chez Fred. Leonard rüe St. Jacques.

Il y a tres belles choses dans ce poete, et c'est un des anciens tragiques qui a eu le plus de reputation parmy les Grecs. Toutes les editions qui nous en avions estoient tres imparfaites. Celle-cy à esté faite avec beaucoup de soin, et de diligence; et elle doit estre mise dans les bibliotheques; les autres n'y pouvent pas faire figure.

Mericus Casaubonus in Dissertatione de nupera Homeri editione Hackiana, p. 168.:

In exultationis et gratiarum actionis significatione usurpat (vocem sc. ὁλολυγμός) vetus poeta tragicus, Aeschylus, cuius praestantissimam editionem Londini curatam viro cl. D. Thomae Stanleio debebit aliquando posteritas.

Atque hactenus de primae Stanleianae editionis testimoniis. Secundam autem cum moliretur, ad eamque satis amplam supellectilem comparasset, annum agens tricesimum quartum magno cum literarum dispendio immatura morte praereptus est. Quem vero apparatum editionis secundae iam instruxisset, eum nos in hac nostra editione protulimus. Ad singulas scilicet tragoedias, vitam ac fragmenta, commentarium suum aequa parte auxerat.

Versionem item Latinam, e versione Casauboni ad marg nem editionis Stephanianae adscripta, in choricis emei daverat, coniecturas adhibuerat nonnullas cum Casaubo tum Ioannis Pearsoni Episcopi Cestriensis *), quae forte Merico Casaubono vel a Pearsono cum ipso communicat sunt, et nonnullas aliorum hominum eruditorum parci hic illic adnotatas. Sin aliqui fuerint qui Stanleium m lae fidei insimulent, quod has coniecturas non ubique a veros auctores retulerit, nae isti ex suopte ingenio poti quam aequa ac liberali mente de illo iudicium faciunt. A quis eum ita infima doctorum in plebe delituisse existim ita parum de Aeschylo, de Aeliano, de ipsa deniq quanta sit Graecorum philosophia meritum, ut mise lam sibi gloriolam unius atque alterius coniecturae su reptione sibi quaereret, ac non potius inter primor sui saeculi viros suis meritis ac doctrina emituisse? Qu non aequius iudicabit istiusmodi crimen ad incuriam, i firmitatem humanam, festinationem vel memoriae lapsu quam fraudem ac malam fidem referre. Praesertim cu Stanleius priusquam editionem secundam, ex qua hoc cr men maxima ex parte ei obiicitur, aut in lucem protuli set, aut etiam praefatione qua subsidia sua doceret suum cuique redderet, adornasset, morte praereptus e Absit illud profecto, ut viris ingenio, humanitate, d ctrina illustribus, post mortem calumniemur. Nec meu ita comparatum sit ingenium, ut aliquid ingenuis hum niorum artium ac literarum cultoribus detrahere studear cum vivis sine odio atque invidia ita versari velim, ut berum atque ab iisdem studiis haud alienum decet, mortuis silere malim, quam maledicere, atque ut viv ubi fert occasio, plaudere, ita SEPULTIS PARCERE.

Editionem Stanleianam Hagae Comitum an MDCCXLV. duobus tomis forma quadrata repetiit Ioa nes Cornelius de Pauw, adiectis etiam suis, hoc est a dacissimis, saepe etiam inanissimis adnotationibus. Sua

---

(*) De his vide quae Needhami et post eum Askevii verbis Butle retulit deinceps, p. XXX. sqq.) (XV. sqq.)

ipse sententiam, tanquam e cathedra, semper pronuntiat, Stanleio, Stephano, aliisque literarum principibus viris, se longe longeque praestantioribus, passim obloquitur, seipso, ut mos est hominum imperitorum ac iactantium, unice delectatus; coniecturas tamen profert aliquando melioris frugi, quae tamen an ipsius fuerint valde dubitari solet; plerumque infelicissime rem gerit, et vel maxime perspicua obscurat dum aliis oculatior videri cupit, Graecitatis ac rei metricae, quamvis Hephaestionem ediderit, iuxta ignarissimus. Sed typorum nitori satis consuluit.

Repetita est etiam editio Stanleii, sine notis, Glasguae anno 1746. forma quadrata minore ac 12mo.

EX EADEM BUTLERI PRAEFAT.

p. XXX. sqq.

Casaub. et Cas. Coniecturae quaedam desumptae ex margine libri quo continetur Agamemnon cum versione et notis marginalibus sane multis ad grammaticam praecipue spectantibus Isaaco Casaubono adscriptis sed tanto viro nequaquam dignis, quem Lutetiae ad me transmisit Ioannes de Burigny.

Iacob. et Iac. Pearson. et Pears. Rawl. et Raw. Coniecturae quaedam desumptae e margine libri per H. Stephanum impressi, quae, ut plurimum, ut videtur, ab Henrico Iacob Collegii Mertonensis olim socio, et clariss. Io. Pearsono episcopo Cestriensi profluxerunt; quem mihi mutuo dedit Tho. Rawlinson RSS. olim fuit Th. Stanleii ut manus eius abunde testatur. Vid. eius notam in Agam. p. 789. C. (v. 214.) et Ant. Wood Athen. Oxon. Vol. 2. Col. 160. (Col. 158. seq.)

Ex his prior liber, nempe *Casaub. et Cas.*, est ille cuius specimen dedit Vauvilliers in Notitia et Excerptis Codicum Parisiensium Tom. I. p. 324. Alter autem, *Iacob. et Iac. etc.*, nunc est inter codices bibliothecae Cantabrigiensis D. IV. 38. nomenque Is. Casauboni in titulo

dum acciderit. Numeri scilicet marginales singulis versibus choricis in Prometheo, v. 866. sqq. in altero exemplari anni 1663. praeponuntur, in altero non item. In versione v. 867. ubi *cluere* est in altero exemplari, in altero est *audire;* v. 891. in altero *cerdoni*, in altero est *pauperi;* v. 895. in altero est *cupiam*, in altero *cuipiam;* v. 908. 909. in altero est *mente* pervicaci (sit) *tales* (enim) *nubere*, in altero, *mente pervicaci quales nubere.* Atque hoc nobis specimen sufficiat, quo demonstremus secundum hoc exemplar auctoris *δευτέρας φροντίσιν* emendatum esse, omnes enim mutationes in melius factae sunt. In exemplaribus anni 1664, quae, ut dixi, plagulas initiales saltem ad finem Promethei denuo impressas habent, additur dedicatio, quam in editionibus anni 1663. mihi videre non contigit:

D. HENRICO PUCKERING

(*ALIAS NEWTONO*)

EQUITI AC BARONETTO.

Vir Illustrissime,

Tuis iam prodeat auspiciis tragicorum antiquissimus; ut illum φιλέλληνες pro meritis potuerint nocturna versare manu, versare diurna. Est quidem Homero tam dignitate quam aetate proximus: grandiloquus, sed castigate et quasi ad pondus: cothurni auctor primus, sed et perfectissimus; qui characteris tragici maiestatem caeteris praeripuit. Pollet etiam tacita quadam, Pythagoricae affini, sapientia. Patrocinio hic prodeat tuo: Cuinam potius donetur Aeschylus, qui et pugnans pro patria, utramque Palladis laurum, pariter atque fecisti ipse, reportavit? Cuinam potius ego donem, qui necessitudinis officio, quod maximae mihi duco gloriae, Tibi devinctus sim? Caetera in me beneficia commemorare supersedeo; lubenter praestas, non lubenter audis: neque est quod negotiis Te

districtum publicis diutius interpellem. Perge, Vir illustrissime, virtutibus tuis θρέπτρα patriae rependere: perge etiam amare,

Tui observantissimum,
THOMAM STANLEIUM.

Sequitur deinde praefatio.

LECTORI.

Aeschyli tragoedias prae manibus habes, caeterasque eius relliquias, quae invidiam temporis evaserunt; ulterius vero ne tende, obsecro, donec quid in hac editione praestitum sit, paucis praemoneam.

Primum omnium Aldus Manutius sex tragoedias (Prometheum, Septem contra Thebas, Persas, Agamemnonem, Eumenides et Supplices), publici iuris fecit Venetiis anno 1518.

Post quem Adrianus Turnebus excudit, adiectis ad calcem variis aliquot lectionibus quas in aliis exemplaribus repererat, Parisiis anno 1552.

Eodem anno Venetiis Aeschyli tragoedias septem (Prometheum, Septem contra Thebas, Persas, Agamemnonem, Choephoras, Eumenides et Supplices) edidit Franciscus Robortellus: quibus suas, et Michaelis Sophiani coniecturas praemiserat. Edidit etiam in omnes tragoedias scholia ex antiquis exemplaribus collecta.

Haud multo post Aeschyli tragoediae septem, omnes multo quam antea castigatiores, tum vero Agamemnon integra, quae mutila et decurtata prius erat, Scholia itidem in easdem plurimis in locis locupletata et emendata, Petri Victorii cura, prodierunt ex officina Hen. Stephani, qui observationes suas subiunxit, anno 1557.

Denique has septem tragoedias, infinitis mendis sublatis, et carminum ratione tunc primum proditas vulgavit Gulielmus Canterus Antverpiae anno 1580.

Hactenus de editionibus Graecis. Quod ad interpretationem Latinam spectat, Aeschyli tragoedias Latinitate donavit Ioannes Sauromannus ex officina Oporini; si modo interpretatio dicenda est, in qua vix ullibi reperiatur sensus; nemo qui legerit dicet secus. Prometheum postea Mattheus Garbitius, oratione soluta, Septem-Thebanam stylo veteri tragico Septimius Florens Christianus felicissime reddidit; idem etiam eodem stylo Prometheum Desmotam reddiderat, ut et Iosephus Scaliger Eumenides, cuius meminit in Varronem p. 111., *neutra tamen, quod sciam, lucem vidit. Interpretationem Aeschyli* [*aggrediebatur, quantum ex epistola eius ad Ioannem Oporinum Sophocli affixa coniicere est, Ioachimus Camerarius*] *molitus est Gulielmus Canterus, prout in Prolegomenis monet; at coepto defuit, morte, opinor, praeventus. Aeschylum etiam, post Victorium et Stephanum, edere et illustrare voluit vir incomparabilis Isaacus Casaubonus, ipso teste ad Strabonem paginis* 18, *et* 104.; *sed vel nihil praestitit, vel quod praestiterat, non nisi magna rei literariae iactura intercidit.*

Haec de aliorum editionibus, de nostra paucis accipe. Textum Aeschyli Graecum e Canteriana editione, Scholia e Victoriana depromsimus; et ne quid desiderari posse videatur, reliquis cum Canteriana collatis, lectiones variantes, epistolas, praefationes, coniecturas et observationes omnium apposuimus. Ad haec tragoedias priores cum duobus Codd. MSS. contulimus; quorum unus inter χειμήλια Barocciana in bibliotheca Oxoniensi conservatur; alterum e bibliotheca Arundeliana communicavit magnus noster Seldenus. Prioris ope Scholiastem vulgarem in tres primas tragoedias locupletavimus; posterioris Scholiastem alium hactenus ineditum, exhibuimus: variantes itidem horum Codd. MSS. lectiones, illis quae ex impressis depromptae fuerant interseruimus. Carminis rationem, ubi Canteriana haud

satis nobis probatur, restituimus; Fragmenta collegimus, omnia Latine reddidimus, et commentario illustravimus. Vale.

Hactenus de sua editione Stanleius, quae et pulcherrima est et praestantissima, prioribus longe ornatior. Quid in ea praestiterit pro sua verecundia leviter tantum attigit. Primus autem versionem adiecit Latinam, et commentarium omnium laudibus merito semper cumulatum, multaque et recondita doctrina refertissimum. Felicem quidem illam in syllabis perpendendis diligentiam, quae hodie unice in pretio est apud eos qui se aliquid esse volunt, non ita sectatus est, ut omnem scientiam in ea exercenda atque in fragmentis veterum atque obscurorum auctorum emendandis positam esse iudicaret, neque tamen illam aut ignoravit, aut prorsus neglexit, sed inter doctrinae subsidia habuit, nec unam quidem portiunculam pro tota excolendam sibi proposuit, nec ostentandi causa aliorum errores studiose persecutus est. Non enim quicquid aliis detrahere potuisset sibi continuo additum existimavit, nec in malignam cavillationem viro liberali indignissimam unquam delapsus est. Aequum scilicet criticum agebat, qui neminem suis laudibus privare voluit, aut aequalium suorum famam malevole ac tecte laedere. Igitur ad digladiationes istas criticas, quae rem literariam dehonestant, nunquam descendit; in phrasibus ac sententiis expediendis, in antiquitate explicanda, in poetae, quem sibi edendum sumserat, mente atque consilio illustrando, in veterum vita, moribus, institutis describendis, satis largam sibi materiem invenit, quam nemo, nisi cum fructu consulet. Itaque labores eius, ut par erat, magno doctorum consensu sunt approbati, ipseque inter aequales suos, non spernendos viros, magni semper habitus est, quorum quaedam testimonia quae secundae Aeschyli editioni, a Stanleio adornatae, illustrandae inserviant, ex ipsius MStis hic afferre in rem erit.

NOBILISSIMO VIRO

TH. STANLEIO

IS. VOSSIUS

S. P.

Si quis me de proposito tuo in adornanda nova Aeschyli editione certiorem fecisset, vir nobilissime, utique non defuissem muneri meo, libentissimeque transmisissem quae habeo huius tragici exemplaria, ac item illa quae ex diversis alienis olim collegi codicibus. Verum cum non eorum sequaris exemplum qui semper promittunt, et nunquam praestant, sed opus perfeceris priusquam ullus tui ad nos laboris sensus aut fama perveniret, ex animo doleo non potuisse me privato officio anticipare id quod publico contulisti beneficium, simulque molestiam eripere per appendicem praestandi id quod iunctim et continenti opera perficere potuisses. Quandoquidem tamen tibi libet istum exantlare laborem, non praetermittam simul ac ad meos fuero reversus, pleraque quae habeo Aeschyli exemplaria colligere et ad te transmittere. Gaudebis opinor ubi videris tam multas tuas coniecturas auctoritate codicum firmari, multaque praeterea alia loca, quae nullum humanum ingenium valeat emendare, feliciter admodum exinde posse restitui. In Prometheo quatuor versus desiderari verum est, sed quod de Χορηγὸν initio significavit tibi Dom. Pearson, id male intellectum, quippe in omnibus quos vidi MStis exemplaribus Agamemnonis et Χορηγὸν tragoediae in unam coaluere, desuntque omnino et Agamemnonis finis et principium alterius tragoediae, quia nempe in illo codice unde reliqua exemplaria permanarunt unum et alium forsan folium perierat. Porro et si in aliis portarum Graeciae monumentis, quae ut audio emendatiora luci tradere meditaris, nostra tibi prodesse possint scrinia, usque illa ac nostri tibi patebit animus, et pro arbitrio utriusque frui licebit. Londini, 1664. Feb. 11.

VIRO ILLUSTRISSIMO

D. ISAACO VOSSIO

THOMAS STANLEIUS

S.

Literas quas ad Sherburneum meum dedisti, ipse mecum communicavit, in quibus de Manilii sive Manlii ut tu statuis nomine, et saeculo in quo floruit docte sane et χριτικωτάτως disseruisti. Illud autem imprimis mihi placet, quod in iis honorificam de me mentionem fecisti, quodque promissorum memor de depromptis ad Aeschylum e vetustis exemplaribus variis lectionibus et scholiis nondum editis, ais te nisi impediissent infelicia et funesta tempora, mihi iamdudum transmissurum. Amplector hanc tuam humanitatem, et gratulor paci per quam liceat solvere quod pollicitus es; expecto itaque, et noris velim haec tua honoraria officia quibus me prosequeris pergrata semper esse et futura, eoque magis quo maturius ad manus meas pervenerint Aeschyli editionem secundam iam molientis, quam spero (nam magnam partem prioris fatali metropoleως incendio consumptam, cum matre Thressa flammis me peperisse sentio) melioribus auspiciis te obstetricante, et auctiorem in lucem prodituram. Quin et quaecunque tua χειμήλια mihi commiseris, me optima fide restituturum recipio. Vale. XII Feb. $16\frac{70}{69}$.

VIRO NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO

THOMAE STANLEIO

S. P. D.

IOANNES GEORGIUS GRAEVIUS.

Expectationem Aeschyli tui magnam concitaverat Mericus Casaubonus sed postquam ille lucem adspexit, longe superavit spem et existimationem nostram. Nihil

enim in hoc genere hac aetate prodiit limatius et elegantius. Debent tibi quotquot literarum politiorum antiquaeque sapientiae studiis censentur tantum quantum exsolvendo non sunt. Nam et poetae obscurissimi locis infinitis facem praeluxisti, et plurimas quibus obsitus erat labes ei abstersisti, ne nunc dicam de interprete vetusto, quem princeps publicasti, cum magno rei literariae fructu. Hinc simul ac scriptorem illum praestantissimum vidi et evolvi, te amare coepi et magni facere, huiusque mei in te studii ac voluntatis interpretem ad te ablegavi ante hos binos annos meum Hesiodum; sed eventum non respondisse meis votis ac voluntati non ita pridem ex doctissimi Merici literis cognovi; ad hunc enim per nostros vestrosque bibliopolas curari iusseram fasciculum, in quem aliquot Hesiodi exempla erant coniecta, qui nescio quorum hominum perfidia interciderit. Nunc huic quae inopino se dat, occasioni serviendum existimavi; nam cum ad vos contendat iuvenis insignis Ioannes Crucius, I. U. D. Abrahami Hoidani theologiae professoris in academia Lugdunensi excellentissimi ac disertissimi ex filia nepos, qui te iam pridem colit et admiratur, coramque venerari desiderat, literis etiam politioribus strenuam diu navavit operam, et etiam nunc navat, eius fidei commisi aliud Hesiodi exemplar tibi tradendum, cuius adieci Luciani Pseudosophistam in quem animadversionum et notarum nonnihil scripseram. Erubescunt quidem hi libelli tuos subire oculos; sed missi alio nomine non sunt, quam ut editoris studium cultumque quo te prosequitur, testatum faciam. Si prolixam etiam eius voluntatem bene de praeclaris artibus nostris merendi tibi probaverint, functos se officio, et auspicato iam in lucem prodiisse putabunt. Sin vero et tuam benevolentiam ei promovere poterunt, tum vero non solum spe, sed et votis maiora consequentur. In Homero recensendo nunc totus eram; sed me retardarunt Elzevirii, qui tundendo effecerunt ut passus sim mihi imponi opus recensendi Ciceronis, cuius editionem novam adornant. Id nunc studeo, ne inemendatior sit aliis quae antehac prodierunt, et ut interpre-

um doctissimorum annotationibus ornetur. Si esset ntiquorum MStorum copia, forsan aliis prodiret melior et cultior. Vos ex veteribus bibliothecis si quid potestis conferre, quod utriusque auctoris, qui in sua quisque lingua princeps est, editioni illustrandae inservire possit, et praeclare de publica re literaria merebitis et laudes vestrae pleno ore decantabuntur. Vale vir nobilissime, et me, si mereor, ama. Traiecti ad Rhenum Non. Febr. 1669.

EXTRAIT DU JOURNAL DES SÇAVANS.

Aeschyli Tragoediae septem cum Schol. Graecis, versione et commentario Tho. Stanleii, in fol. Londini. Il se trouve a Paris chez Fred. Leonard rüe St. Jacques.

Il y a tres belles choses dans ce poete, et c'est un des anciens tragiques qui a eu le plus de reputation parmy les Grecs. Toutes les editions qui nous en avions estoient tres imparfaites. Celle-cy à esté faite avec beaucoup de soin, et de diligence; et elle doit estre mise dans les bibliotheques; les autres n'y pouvent pas faire figure.

Mericus Casaubonus in Dissertatione de nupera Homeri editione Hackiana, p. 168.:

In exultationis et gratiarum actionis significatione usurpat (vocem sc. ὁλολυγμός) vetus poeta tragicus, Aeschylus, cuius praestantissimam editionem Londini curatam viro cl. D. Thomae Stanleio debebit aliquando posteritas.

Atque hactenus de primae Stanleianae editionis testimoniis. Secundam autem cum moliretur, ad eamque satis amplam supellectilem comparasset, annum agens tricesimum quartum magno cum literarum dispendio immatura morte praereptus est. Quem vero apparatum editionis secundae iam instruxisset, eum nos in hac nostra editione protulimus. Ad singulas scilicet tragoedias, vitam ac fragmenta, commentarium suum aequa parte auxerat.

Versionem item Latinam, e versione Casauboni ad marg
nem editionis Stephanianae adscripta, in chorics emen
daverat, coniecturas adhibuerat nonnullas cum Casaubo
tum Ioannis Pearsoni Episcopi Cestriensis *), quae forte
Merico Casaubono vel a Pearsono cum ipso communicat
sunt, et nonnullas aliorum hominum eruditorum parci
hic illic adnotatas. Sin aliqui fuerint qui Stanleium m
lae fidei insimulent, quod has coniecturas non ubique
veros auctores retulerit, nae isti ex suopte ingenio poti
quam aequa ac liberali mente de illo iudicium faciunt. A
quis eum ita infima doctorum in plebe delituisse existim
ita parum de Aeschylo, de Aeliano, de ipsa deniq
quanta sit Graecorum philosophia meritum, ut mise
lam sibi gloriolam unius atque alterius coniecturae su
reptione sibi quaereret, ac non potius inter primor
sui saeculi viros suis meritis ac doctrina emituisse? Qu
non aequius iudicabit istiusmodi crimen ad incuriam, i
firmitatem humanam, festinationem vel memoriae lapsu
quam fraudem ac malam fidem referre. Praesertim cu
Stanleius priusquam editionem secundam, ex qua hoc cr
men maxima ex parte ei obiicitur, aut in lucem protuli
set, aut etiam praefatione qua subsidia sua doceret
suum cuique redderet, adornasset, morte praereptus e
Absit illud profecto, ut viris ingenio, humanitate, d
ctrina illustribus, post mortem calumniemur. Nec meu
ita comparatum sit ingenium, ut aliquid ingenuis hum
niorum artium ac literarum cultoribus detrahere studea
cum vivis sine odio atque invidia ita versari velim, ut
berum atque ab iisdem studiis haud alienum decet,
mortuis silere malim, quam maledicere, atque ut viv
ubi fert occasio, plaudere, ita SEPULTIS PARCERE.

Editionem Stanleianam Hagae Comitum an
MDCCXLV. duobus tomis forma quadrata repetiit Ioa
nes Cornelius de Pauw, adiectis etiam suis, hoc est a
dacissimis, saepe etiam inanissimis adnotationibus. Sua

(*) De his vide quae Needhami et post eum Askevii verbis Butle
retulit deinceps, p. XXX. sqq.) (XV. sqq.)

ipse sententiam, tanquam e cathedra, semper pronuntiat, Stanleio, Stephano, aliisque literarum principibus viris, se longe longeque praestantioribus, passim obloquitur, seipso, ut mos est hominum imperitorum ac iactantium, unice delectatus; coniecturas tamen profert aliquando melioris frugi, quae tamen an ipsius fuerint valde dubitari solet; plerumque infelicissime rem gerit, et vel maxime perspicua obscurat dum aliis oculatior videri cupit, Graecitatis ac rei metricae, quamvis Hephaestionem ediderit, inxta ignarissimus. Sed typorum nitori satis consuluit.

Repetita est etiam editio Stanleii, sine notis, Glasguae anno 1746. forma quadrata minore ac 12mo.

EX EADEM BUTLERI PRAEFAT.

p. XXX. sqq.

Casaub. et Cas. Coniecturae quaedam desumptae ex margine libri quo continetur Agamemnon cum versione et notis marginalibus sane multis ad grammaticam praecipue spectantibus Isaaco Casaubono adscriptis sed tanto viro nequaquam dignis, quem Lutetiae ad me transmisit Ioannes de Burigny.

Iacob. et Iac. Pearson. et Pears. Rawl. et Raw. Coniecturae quaedam desumptae e margine libri per H. Stephanum impressi, quae, ut plurimum, ut videtur, ab Henrico Iacob Collegii Mertonensis olim socio, et clariss. Io. Pearsono episcopo Cestriensi profluxerunt; quem mihi mutuo dedit Tho. Rawlinson RSS. olim fuit Th. Stanleii ut manus eius abunde testatur. Vid. eius notam in Agam. p. 789. C. (v. 214.) et Ant. Wood Athen. Oxon. Vol. 2. Col. 160. (Col. 158. seq.)

Ex his prior liber, nempe *Casaub. et Cas.*, est ille cuius specimen dedit Vauvilliers in Notitia et Excerptis Codicum Parisiensium Tom. I. p. 324. Alter autem, *Iacob. et Iac. etc.*, nunc est inter codices bibliothecae Cantabrigiensis D. IV. 38. nomenque Is. Casauboni in titulo

sibi praefert, et passim ipsius et Pearsoni manu not interdum etiam alia, quam non Stanleii sed Henrici L fuisse crediderim. Certe ductus literarum a manu S leii, mihi ex octo eius voluminibus MStis satis cog abhorret, neque nomen eius ullibi deprehendere p De Spanhemii, et Falkenburgii emendationibus nihil beo, quod dicam, sed cur caeteris uberiores iudice causam video nullam. Quas emendationes Grotii com morat Askevius, eae videntur esse Casauboni a Grotii marginem forte libri sui adscriptae, semper enim *Ca Gro.* consentiunt. Obiter autem monendum est, lib illum Cas. in Bibliotheca Parisiensi a Vauvillerio me ratum, non ipsius autographum habendum esse, sed tum codicem, a quodam eius auditore descriptum, n que ac variis lectionibus cum Casauboni tum aliorum Vauvillerio partim bonae frugi, saepius plane puerili instructum. Ipse autem liber quo Casaubonus in prae ctionibus suis usus et videtur fuisse alter illo modo moratus *).

*) Haec cum scripsissem, venit mihi in manus responsio Boisson ad amicum doctum, qui ad illum literas super hac re dedisset, tatu summi atque amicissimi viri Samuelis Parr. Haec coniectu nostras plane confirmat, et crimen nimis temere Stanleio obiec manifeste refutat. Sunt igitur huiusmodi.

„Demum transeo ad Aeschylea de quibus me consulit tuis bis vir reverendissimus Dr. Parrius. Codex fuit olim Putea nempe Iac. Puteani, Cl. fil. Vauvillerius in Notitiis MStor. p. T. 1. hunc hominem Gallice vocat *Jacques Pitou*: saltem scril debuit *Pithou*. Sed Puteanus est *Du Puy*, non Pithou. Pithou tine dicitur Pithoeus. Et haec erat Vauvillerii eruditio literaria, in Notitiis T. I. p. 800. de Corinthio Gregorio verba faciens, K nianam editionem ne fando quidem audierat. Quae de hoc co scribit Vauvillerius longiora sunt quam ut facile possint hic desc Fachsii descriptio p. XXIV. codicis Casauboniani sumpta est ex presso catalogo Bibliothecae Regiae *αὐτολεξεί*. Post *redemtus* Fachsius omisit vel typographus: *erat tum illius possessor.* *Theologus* verba *haec scripsit* quid sibi velint nescio. Forte et

periennt verba, Catalogi impressi auctor, vel alia in hunc sensum. Vauvillerius p. 324. describens notam quandam titulo codicis adpictam eo modo effert, *observationibus eruditissimis*, ipsa nota, quam ipse vidi, et nunc etiam video *observationibus erud.* Sed hoc est levissimum. Codex duarum manuum vestigia fert manifesta. Utraque videtur antiquior anno 1663. quo publica facta est Stanleiana editio. Nitidior dicitur Vauvillerio esse Casauboni, altera forte Iac. Puteani. Verba quae leguntur p. 96. „absolvit Is. Casaub. 5 Cal. Mart. 1610." non statim litem dirimunt. Vidi manum indubiam Casauboni, et nullo modo illi similem reperi, quae in hoc codice nitidior est, et Casauboni esse dicitur; similior esset alteri quam Puteani Vauvillerius esse putat. Notarum puerilis plerumque futilitas et quas nunquam Casaubonus ille potuisset publici iuris facere, mihi suspicionem iniicit fuisse descriptam hanc fabulam ab auditore aliquo Casauboni et „absolvit Casaubonus" sic intelligere deberi, absolvit *interpretationem* fabulae, non autem descriptionem. Caeterum parum huic opinioni tribuo, nam vix credo circa annum 1610. Casaubonum adhuc Professoris munere fungi. Quicquid sit, si manus Casauboni altera duarum est, crediderim Casaubonianam esse, quae est pulchra minus, lectu difficilior, atramento atro magis usa, et circa notas tantum et appendices versata. Altera nitidior quae textum, versionem interlinearem, et marginales annotatiunculas fecit, vix Casauboni esse potest, cum indidem scripserit *ex emendatione Casauboni*, *ex Casaubono* etc. Tibi notas omnes huius codicis describere res esset infiniti laboris, et non mei quod nunc fere nullum est, otii. Faehsius paucissima tantum excerpsit. Vauvillerius non dicit Stanleium Casaubonianas notas suas fecisse. Miratur quidem prodigiosum multis locis consensum, sed tamen Stanleium furem fuisse non pronunciat. „Cette conformité," inquit ille, „qu'on remarque en un grand nombre d'articles ne suffit pas neanmoins pour faire prononcer un plagiat: deux hommes tels que Casaubon et Stanley ont du necessairement se recontrer quelquefois; et si Stanley eut connu le Manuscrit de Casaubon, il en eut profité plus souvent," et inferius p. 338. „ce que confirme je crois, ce que j'ai dit qu'il ne paroit pas avoir connu le MS. de Casaubon." **)

**) Postquam hanc praefationem typis mandaveram, ipse Casauboni codicem Parisiis inspexi. Ac primo quidem neutram manum Casauboni esse credidi. Sed cum alia eius scripta indubiae fidei ibidem

evolvissem duplici ac plane diverso charactere eum in scribendo usum fuisse reperi. Atque in librum ejusdem Bibliothecae No. 8451. incidi, cum hoc, de quo agitur, plane gemellum. Continet vero Aristophanis Equites et quaedam ex Anthologia a Casaubono descripta, cum versione interlineari ac notulis manu quidem pulchriori quam qua festinanter uti solebat vir magnus exaratis, sed huic tam simili ut ovum non sit ovo similius.

CAROLI REISIGII

EMENDATIONES

IN AESCHYLI PROMETHEUM.

CAROLI REISIGII
EMENDATIONES
IN PROMETHEUM *).

V. 1. scribe τηλοῦρον pro vulgato τηλουρὸν. Nominum enim in ουρος terminatorum oxytona sunt, quae ducuntur ab ὁρᾶν, ut οἰκουρός, κηπουρός: contra quae ab nominibus, barytona. Ergo σκίουρος notandum et Ἄρκτουρος, ab οὐρά: item ἄγχουρος, πρόσουρος, ὅμουρος, ab ὅρος. Quemadmodum autem πρόσουρος est pro πρόσορος; ita primitus et ionice fuit τηλέορος = τηλοῦρος. Utrumque huius vocis accentum, tum pravum tum verum, novit Hesychius.

V. 49. Stanleii quidem ἐπαχθῆ mirere placere doctis hominibus potuisse. Offensioni est ignotum tragicis vocabulum, quibus usitatum ἀχθεινός. Sed gravius hoc, quod irridendi ista acerbitas nec cadit in Roboris ferreum pectus, et vero aliena est ab nexu sermonum. Irridenti enim Robori non est cur non potuerit respondere Vulcanus: at οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχει. Extremum aliquod argumentum erat proferendum, quod expugnari non liceret. Tale autem hoc est:

ἅπαντ' ἐχρᾶν θη, πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν **)

---

*) Selectae sunt eae, quae nec alibi essent ab ipso Reisigio propositae, nec in solis scripturae discrepantiis editorumque sententiis diiudicandis versarentur. Harum igitur brevem indiculum subiecimus sine rationum expositione, obelo reprobatas scripturas, probatas asterisco notantes. Versuum numeri sunt Stanleiani.

**) Eandem in sententiam Toepelmannus vertit Comm. de Aesch. Prom. p. 85.:

Bestimmt ist Alles ausser'm Götterregiment.

Vertit autem ἐκάχθη.

χραίνειν de fati necessitate, de Iovis decretis habes apud Euripidem, Electr. 1248. Frequens autem veteribus monitum, cuius vim nullum superaret argumentum, *στέργειν τὰ χρανθέντα*, ut est Eur. Orest. 1021. Sed ne quis ex scholiastae notatione *πάντα ἐκ μοιρῶν δέδοται* perfectum tempus coniiciat fuisse positum, consimilem discrepantiam animadvertat v. 651. *τέθαλπται*] *ἐξεκαύθη*. Aoristus autem est narrantis, ut post debellatos Titanas a Iove cuncta sint disposita ac constituta.

V. 66. *αἱαῖ* coniunge.

V. 155. Rationibus in censura editionis Wellauerianae expositis consentanea est haec emendatio: *ὡς μή τις θεὸς τοῖσδ' ἐπεγηθεῖ*.

V. 188. Coniicere licet sic scriptum antiquitus fuisse:

τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς. ἀλλ' ἔμπας
οἵῳ πάλιν αὖ μαλαχογνώμων —:

quod non nimium recedit ab vicinis syllabis.

V. 248. Victorii *θνητούς τ' ἔπαυσα*, quo spectat etiam *γ'* aliquot librorum prorsus ineptum, sic potest defendi, ut continuare Prometheus orationem eis voluisse statuatur, quae propter interiectam chori interrogationem libera oratione subiiciuntur v. 253., hunc fere in modum: *αὐτοῖς τε πρῶτα ἔπαυσα*.

V. 252. *μέν τοι* disiunctim scribendum.

V. 265. aut *τὸν κακῶς πράσσοντ'* scribendum cum Stanleio, quoniam qua nota $\overline{\alpha\varsigma}$ terminatio saepe significatur a librariis, non dissimilis ea est apostropho: aut de glossemate in proximis cogitandum. Non enim in huiusmodi transitu requiritur *δὲ* particulae ligamentum:

πράσσοντας· αὐτὸς ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην.

Quod Elmsleius coniecit, *ἐὼν δὲ ταῦθ'* —, non satisfacit; personae enim significatio exspectatur.

V. 343. non contemnendum est *θέλοις*, quod apud Robortellum et quibusdam in codicibus legitur: ita enim sententia nexa ex solo loquentis arbitratu est, plane ut *εἰ καί* particulae positae sunt Platonis Phaedr. §. 143.

V. 347—372. Non sunt prioribus continuanda tanquam Promethei verba: ab Oceano potius proferuntur eo consilio, ut si fieri possit Atlantis et Typhonis exemplis mitigetur inexorabilis adhuc Promethei atrocitas. Documento autem illa exempla sunt eorum, quae dixerat v. 318. 319. Quodsi cum verbis Oceani: *τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ὑψηγόρου γλώσσης τἀπίχειρα γίγνεται* — haec conferuntur (v. 360): *ὃς*

αὐτὸν ἐξέλιξε τῶν ὑψηγόρων κομπασμάτων, dubitari nequit, quin Promethei ὑψηγορία notetur: quod si secus esset, in semet ipse inveheretur Prometheus. Nec animi ista commotio nisi in Oceano misericordia tacto satis intelligeretur, nec fervens adeo et imaginibus redundans orationis genus, maxime a v. 367., in Prometheum conveniret, cui iam non est otium aliena mala lamentandi. Vaticinium autem illud quidni Oceanus potuerit a *matre* comperire? Praeterea mirum, qui ex incitatissimo impetu placidum subito ac sedatum v. 372. exeat orationis flumen. Atqui si verum fateamur, ne si Oceano quidem priora tribuuntur, ut sunt tribuenda, satis apte versu 372. oratio insistitur: desideratur enim cohortatio quaedam, cuius quidem caussa protulerit ille fratris et Typhonis exempla. Quodsi ea, quae intercidisse ante v. 373. videntur, velut ab his inciperent:

σὺ δ' οὖν —

proclivis erat ad verba σὺ δ' οὐκ e. q. s. aberratio.

Ante v. 383. rursus intercidisse unum versum, quo sic fere Oceano poterat responderi: Ὁρῶ —, docet intermissa στιχομυθίας constantia.

v. 428 sqq. Fundamenti loco habendum ὑποστενάζει, tum propter auctoritatem librorum, tum quod de prosa oratione petitum est ὑποβαστάζει. Ita autem σθένος non habet quo referatur. Quod enim Wellauerus cogitat de figura, quam ἓν διὰ δυοῖν dicunt, de eo multimodis fallitur: ita enim nec τέ ponere licet pro καί, nec praemittere attributivum nomen: deinde βάρος dicendum erat de caelo, non σθένος: praeterea ne sic quidem, quam instituerit grammaticam verborum structuram, intelligitur. Scripturae discrepantia notata nulla est, praeterquam quod Ἄτλα θ' reperitur apud Scholiastam. In eo autem vocabulo ipsa corruptela cernitur, emendandusque Aeschylus sic est:

Ἄτλαντος αἰὲν ὑπείροχον σθένος χραιτιόν
οὐράνιόν τε πόλον νώτοις·
ὑποστενάζει.

Quae una cum superioribus vertere licet in hunc modum:

Vorher nur sah ich schwerbedrängt allein
einen andern Titanen gebändigt
durch fesselnde Schmach der Eisen,
des Atlas stets überragende mächtige Kraft,
und des Himmels Rund auf seinen Schultern:
darunter seufzt er.

Uno vocabulo conclusa sententia eadem est vi posita, atque in Soph. Oed. Col. v 1060. ἁλώσεται.

V. 431. *ξυμπίτνων* scribendum.

V. 495. *καὶ μακρὰν ὀσφύν* etsi nemini offensioni fuerunt, tamen quomodo longitudine videatur insignis esse *spina sacra* vix dicas. Certissima autem verba sunt Menandri in eadem re versantis [apud Athen. IV, p. 146. E., Fragm. p. 50. Meinek.]:

τὴν ὀσφὺν ἄκραν,

quibus via significatur ad emendanda Aeschylia. Sic enim scriptum fuit:

κνίσῃ τε κῶλα συγκαλυπτὰ χἄμ' ἄκραν
ὀσφὺν πυρώσας —.

V. 532. animum offendit *πόρον* de flumine positum simpliciter, in tanta praesertim emendandi commoditate, qua Homericum illud *ῥόον* non mediocriter commendatur. Simillima superiora v. 139. *ἀκοιμήτῳ ῥεύματι πατρὸς Ὠκεανοῦ.*

Schol. Aristoph. Avibus [k]). *Αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς πάνας ἔχουσι*, quanquam vela etiam pro alis sunt. Unde et naves appellat Aeschylus Prom. Vinct. *λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα*, h. e. *τὰ ἔχοντα τὰ ἄρμενα ὡς πτερά*, ut et recte exponit Scholiastes. Et *velivolum mare* post Lucretium [l]) dixit Virgilius [m]). Idem et Mercurium volare *remigio alarum* [n]). Haec igitur *κατ' ἀντιστροφήν* dicuntur, remi sunt alae navium et alae sunt remi avium." Hactenus vir doctissimus.]

Ibid. *ΝΑΥΤΙΛΩΝ ΟΧΗΜΑΤΑ.* Ex Homero adumbratum, Od. *Δ'*. 708.

Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαινέμεν, αἵθ' ἁλὸς ἵπποι
Ἀνδράσι γίγνονται. ——

Ita Cicero Argo appellavit *novum vehiculum Argonautarum*, de Nat. Deor. II. 25. et Catullus de eadem, Carm. LXV. 9.

Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.

[v. 472. (473.) *ΚΑΚΟΣ Δ' ΙΑΤΡΟΣ.* Quomodo dicitur

Ἄλλων ἰατρός, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.
Aliis medicus, ipse ulceribus scatens.

Laudat Plutarchus in libello de utilitate ab inimicis capienda, p. 80. et Michael Apostolius [o]) *ἐκ τοῦ τραγῳδοῦ* desumptum esse monet. Paroemiam vocat Gregorius Nazianzen in apologia de fuga sua [p]): *Ἢ τῆς παροιμίας πόῤῥω ϑέωμεν ἄλλοις ἰατρεύειν ἐπιχειροῦντες, αὐτοὶ βρύοντες ἕλκεσι. Aut proverbium procul fugimus, aliis mederi parantes, ipsi scatentes ulceribus.* Huic affinis proverbialis etiam locutio (parabolam vocat Dominus noster) *ἰατρέ, ϑεράπευσον σεαυτόν. Medice cura te ipsum.* D. Luc. IV. 23. Demosthenes Orat. I. contr

---

e) Od. IV, 708.
f) ad Od. IV. p. 1515, 32.
g) imo Clius cap. 216.
h) Odyss. XI, 125. XXIII, 272.
i) Op. et D. 626.
k) ad v. 1203.
l) V, 1441.
m) Aen. I, 223.
n) Aen. I, 300. VI, 19.
o) II, 58.
p) Orat. I. p. 7. B. ed. Colon. (*μὴ πόῤῥω ϑέωμεν.*)

Aristogeit. q) *Τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι, αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ. Epilepsia laborantes praedicat se sanaturum, cum ipse omni improbitate laboret.* Homer. Iliad. Λ. 834.

Τὸν μὲν ἐνὶ κλισίῃσιν ὀΐομαι ἕλκος ἔχοντα
Χρηίζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος.
Eum in tentoriis puto vulnus habentem
Indigere et ipsum perito medico.

Philemon r);

—— τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγὼ
Ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν εὖ σφόδρα
Πάντας λαλοῦντας, εἶτ', ἐπὰν πταίωσί τι,
Αὐτοὺς ποιοῦντας πάνθ' ὅσ' οὐκ εἴων τότε.]

v. 476. *ΔΟΛΟΥΣ ΕΜΗΣΑΜΗΝ. Δόλος* ut et *dolus μέσον.* vid. Cicer. Offic. III. 14. *ἐμήσατο* Hesych. interpretatur *ἐμηχανήσατο.* [Choeph. v. 991.

Ἥτις δ' ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος.]

v. 479. *ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΝ.* Euripid. Hippol. v. 516.

Πότερα δὲ χριστὸν ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον;

Porphyrius de Abstin. I. 27. *Εἴτ' ὀσφραντόν, εἴτ' ἐπίχριστον, εἴτε ποτὸν ἢ βρωτὸν προσάγειν φάρμακον.*

Ibid. *ΟΥΔΕ ΠΙΣΤΟΝ.* Gilb. Gaulminus: *Prorsus legendum οὐ χριστόν, οὐδὲ παστόν.* et ad verba Scholiast. *Τοῦτο δηλοῖ τὸ πιστόν: quantum se torquet ut ineptiat! ἀπὸ τοῦ πίω, πίσω ῥήματος. qua analogia? quicquid agat, nunquam πιστόν in ullo auctore ἀντὶ ποτοῦ reperiet: sed verius est ignorasse eum linguam suam.* Haec ille; sed quanto verius est eum nimis incaute censuram tulisse, cum frequenti in usu fuisse ex veteribus Grammaticis discimus? Usus est Scholiastes Aristophanis in Plut. s) *ἔστιν οὖν παστὸν τὸ πασσόμενον, πλαστὸν τὸ πλασσόμενον, καὶ πιστὸν τὸ πινόμενον.* Quin et apud Aeschylum nihil mutandum esse ex Eustathio discere potuit, p. 464. l. 35. *Τρεῖς φαρμάκων ἰδέαι παρ' Ὁμήρῳ: ἐπίπαστα ὡς νῦν ἐπὶ Μενελάῳ, ἅπερ ἤπια φάρμακα εἰδὼς πάσσεν ὁ Μαχάων· καὶ χριστά, οἷον ἰοὺς χρίεσθαι· καὶ πιστὰ κατὰ τὸν Αἰσχύλον, τουτέστι ποτὰ ἢ πότιμα, ὡς ἐπὶ Ἑλένης ἐν Ὀδυσσείᾳ τῷ κρατῆρι ἀναμιγνύσης φάρμακα.* Nec possum quin mirer de analogia dubitasse virum eruditum, cum eadem ratione, qua *χριστός* a *χρίω κέχρισται* et *παστός* a *πάω πέπασται*, etiam *πιστός* a *πίω πέπισται* deductum sit,

---

q) p. 794. init.
r) vid. not. r) ad v. 335.
s) v. 717.

quod verbum frequenter usurpatum comperimus. Pind. Isthm. Od. VI. in fine [t]),

—— *πίσω σφε Δίρκης*
ἁγνὸν ὕδωρ. ——

ubi Schol. *πίσαι δὲ τὸ ποτίσαι, καὶ ποτίστρας δὲ πίσας ἔλεγον.* Hesych. *Πιστήριον, ποτιστήριον· πίσαι γὰρ τὸ ποτίσαι, καὶ πίστραι αἱ ποτίστραι· cl. Ἔμπισον, πότισον.* Id. *Ὑπέπισα, ὑποπότισα.*

v. 480. (481.) *ΚΑΤΕΣΚΕΛΛΟΝΤΟ.* Hesych. *Κατασκελεῖν· κατασκελετεύειν, τὰς σάρκας κατάφασμα. f καταφαγεῖν.*

Ibid. *ΠΡΙΝ ΕΓΩ ΣΦΙΣΙΝ.* De medicina Plinius VII. 56. *Medicinam Aegyptii apud ipsos volunt repertam, alii per Arabum Babylonis et Apollinis filium: herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio.* Ad ipsum Apollinem referunt alii. Callim. hymn. II. 45.

—— *ἐκ δέ νυ Φοίβου*
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.

Ovid. Met. I. 521.

Inventum medicina meum est; opiferque per orbem
Dicor, et herbarum subiecta potentia nobis.

v. 483. *ΤΡΟΠΟΥΣ ΔΕ ΠΟΛΛΟΥΣ.* Claudian. in Eutrop. II. 492.

—— quoscunque Prometheus
Excoluit, multoque intexuit aethera limo,
Hi longe ventura notant, dubiisque parati
Casibus occurrunt. ——

v. 484. *ΕΞ ΟΝΕΙΡΑΤΩΝ Α ΧΡΗ ΥΠΑΡ ΓΕΝΕΣΘΑΙ.* Hom. Odyss. *T'*. 547.

Οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὃ τοι τετελεσμένον ἔσται.

Synesius de Insomniis p. 132. *Εἰ δέ εἰσιν ὕπνοι προφῆται, καὶ τὰ ὄναρ θεάματα τοῖς ἀνθρώποις ὀρέγουσι τῶν ὕπαρ ἐσομένων αἰνίγματα.* [Etymolog. [u]): *Ὕπαρ, ἀληθῶς· παρὰ τὸ ὑπάρχειν, ὅτι μόνα τὰ ἀληθῆ ὑπάρχουσι.* Mosch. Idyll. II. 17.

—— *τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον.*

Ubi V. Cl. Bonaventura Vulcanius: „Opponuntur inter se ὄναρ et ὕπαρ, ut apud Homerum, *Ὀδυσσ. T.*

Οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὃ καὶ [τοι] τετελεσμένον ἔσται.

Neque aliud est ὕπαρ quam *ὀπτασία ἀληθῶς ὑπάρχουσα* et, ut vult Hesychius, *μεθ' ἡμέρας ἐναργῶς ἀληθής.*" Haec ille. Artem vero oneirocriticam inter Chaldaeos viguisse, vel ipse

---

t) Isthm. V, 71. Bkh. (107.) u) p. 777, 28.

Graeci fatentur; Diodorus Siculus, II. 30. *Ἐννυπίων τε καὶ τεράτων ἐξηγήσεις ἀποφαίνονται.* Daniel. II. 4. *Responderunt-que Chaldaei regi Syriace: Rex in sempiternum vive; dic somnium servis tuis, et interpretationem eius indicabimus.* Philo Iudaeus x) hoc inventum Abramo adscribit.]

v. 485. (486.) *ΚΛΗΙΔΟΝΑΣ ΤΕ ΔΥΣΚΡΙΤΟΥΣ.* Suidas, *Κληδών· φήμη, μαντεία. Καὶ κληδονισμοί, αἱ διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις.* Tale illud iuveni oblatum Mitylenaeo, Pittacum de coniugio consulenti. Callim. epigr. II. y) Tibullus, Eleg. I. 3.

> Illa sacras pueri sortes ter sustulit, illi
> Rettulit e triviis omina certa puer.

[Alcinous de doctrina Platonica, c. 15. *ἀφ' ὧν* (nempe a daemonibus) *κληδόνες καὶ ὄπτειαι καὶ ὀνείρατα καὶ χρησμοὶ καὶ ὅσα κατὰ μαντείαν ἀπὸ ἐνητῶν τεχνιτεύεται.*]

v. 486. *ΕΝΟΔΙΟΥΣ ΤΕ ΣΥΜΒΟΛΟΥΣ.* Obvia signa quae fausta aut infausta in itinere occurrunt; quale Xerxi de equa leporem pariente, et Agamemnoni de aquilis leporem vorantibus, in Agam. v. 120. Inter species *οἰωνιστικῆς* numeratur *ἐνόδιον, ὅταν ἐξηγήσεται τὰ ἐν τῇ ὁδῷ ὑπαντῶντα.*

[v. 487. *ΓΑΜΨΩΝΥΧΩΝ ΤΕ ΠΤΗΣΙΝ.* Suidas Telegonum augurandi scientiam invenisse tradit; Plinius VII. 56. ait esse inventum eius Caris, a quo Caria nomen acceperit. Alii in Etruria repertam volunt, auctoremque extitisse Tagen. Ovid. Met. XV. 558. Quin de Chaldaeis (a quibus ad Lydos, a Lydis ad Etruscos videtur defluxisse) Diodorus Siculus II. 29. *Ἐμπειρίαν δ' ἔχουσι καὶ τῆς διὰ τῶν οἰωνῶν μαντικῆς.*]

[v. 488. *ΟΙΤΙΝΕΣ ΤΕ ΔΕΞΙΟΙ.* Callimachus de Tiresia vate, Hymn. V. 126.

> *Γνώσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται*
> *Ἥλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.*]

[v. 489. *ΔΙΑΙΤΑΝ.* *Δίαιτα* est vivendi ratio, prout transtulimus, seu edendi modus, institutum. Significat etiam domicilium, habitationem et coenaculum, quod in eo *per diem edatur*, si Varroni z) fides. Hinc *Τιμώνειος δίαιτα* proverbialiter usurpatur de solitaria. Nempe sic nominavit M. Antonius, debellatus pugna Actiaca, maritimam illam coenationem, de qua Strabo XVII. a) et Plutarch. in Antonio b). Hinc et adagium, *Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα· ἐπὶ τῶν ἐπ' ἀμείνονα βίον μεταβαλλόντων. Alia vita, alia diaeta; de iis qui ad meliorem sese vitam conferunt. Nunc haec dies aliam vitam ad-*

---

x) Leg. Allegor. p. 51. interpr. lat. Basil. a. 1561.
y) epigr. I.
z) vid. Vossii Etymolog.
a) p. 546. Cas.
b) p. 949. cap. 71.

Hom. de Bellerophonte, Il. Z'. [f])

Ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Hoc est, interprete Cicerone [g]),

Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

Horat. Epist. II. 1. [g])

—— si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum.

Phocyl. [h])

Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μενύθης φίλον ἦτορ.

Aristoph. Vesp. [i]) *Ἐγὼ τοῦτον — ποιήσω δακεῖν τὴν καρδίαν.* Et hinc fluxit symbolum illud Pythag. *Καρδίαν μὴ ἐσθίειν*, vel ut est apud Iamblichum, *Καρδίαν μὴ τρῶγε*, quod et ille aliter exponit, plerique vero cum Lilio Giraldo sic explicant, *non animum angoribus cruciandum*, nec doloribus subinde affligendum, quod et prohibet Thetis apud Homerum." Haec ille.]

v. 437. (438.) *ΠΡΟΣΕΛΟΥΜΕΝΟΝ.* Ita legit Etymologici auctor [k]). *Προσέληνοι· προυσελλεῖν λέγουσι τὸ ὑβρίζειν· καὶ οἱ Ἀρκάδες ἐπειδὴ λοιδορητικοί εἰσιν· οὕτως ἐν ὑπομνήματι Προμηθέως δεσμῶν.* Hesych. *Προσέλει, προπηλακίζει.* Schol. Aristoph. in Ran. v. 742. *Προσελοῦμεν· προπηλακίζομεν, ἐλαύνομεν, ἐκβάλλομεν.* Alii *προσσιλλούμενον*, a σιλλός. Stephanus et Garbitius legunt *προσηλούμενον*, quod melius: legendum vero omnino e Scholiaste *προσηλώμενον· προσηλωμένους ἀντὶ τοῦ ἥλοις πεπαρμένους.* Hesych. *Προσήλωσαν· προσέπηξαν, ἔτρωσαν.* Apollodorus I. 7. *ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτοῦ προσηλῶσαι*, et mox, *ἐν δὲ τούτῳ προσηλωθεὶς Προμηθεὺς πολλῶν ἐτῶν ἀριθμὸν ἐδέδετο.* [Inde metaphorice D. Chrysostomus, *τοὺς τῇ μέθῃ προσηλωμένους*, et *βιωτικαῖς προσηλωμένος φροντίσιν.* Iulius Pollux. Onomast. II. 4. *Ἱπποκράτης δὲ ὀφθαλμὸν ἰλλαίνειν φησὶ τὸν διάστροφον γενόμενον, καὶ ἀνίλλωμα τὸ ἀνάβλεμμα. Οἱ δέ, καὶ ἴλλους τοὺς ὀφθαλμοὺς Ἰωνικῶς ὠνόμασαν· σιλλαίνειν δὲ τὸ ἐπὶ χλευασμῷ σείειν τοὺς ὀφθαλμούς, ὅθεν καὶ τὸ χλευαστικὸν ποίημα, σίλλος.* *Hippocrates vero oculum ἰλλαίνειν dixit, qui detorquetur; et respectus ἀνίλλωμα dicitur. Hi vero Ionico more oculos ἴλλους vocaverunt. Σιλλαίνειν vero est subsannando oculos vibrare, unde etiam irrisorium quoddam poema Sillus dictum est.*]

v. 442. (443.) *ΝΗΠΙΟΥΣ ΟΝΤΑΣ ΤΟ ΠΡΙΝ, ΕΝΝΟΥΣ ΕΘΗΚΑ.* D. August. Civit. Dei XVIII. 8. *Quem propterea*

---

f) VI, 202. vid. ant.
g) Ep. II, 1, 39.
h) Phocyl. v. 91.
i) Vesp. v. 373.
k) p. 690, 12.

ferunt de luto formasse homines, quia optimus sapientiae doctor fuisse perhiberetur: nec tamen ostenditur qui eius temporibus fuerint sapientes.

[v. 443. *ΦΡΕΝΩΝ ΕΠΗΒΟΛΟΥΣ.* Miror quid voluerit vir doctissimus, qui in notis ad Psellum p. 169. ait: „*Σαθροὶ τὰς φρένας.* Legebatur *σαυροί*, reposui *σαθροὶ τὰς φρένας· φρενοπληγεῖς.* Menand. in *ἐκλ. φρενοβλαβεῖς, φρενῶν ἐπήβολοι.* Aeschyl." Sic ille.]

v. 449. *ΕΦΥΡΟΝ.* Hesych. *Ἔφυρον· ἔβρεχον, ἐμόλυνον.*

Ibid. *ΚΟΥΤΕ ΠΛΙΝΘΥΦΕΙΣ.* Haec omnia e nostro transtulit Moschio [l]),

Ἦν γάρ ποτ' αἰὼν κεῖνος, ἦν, ὀπηνίκα
Θηραὶν διαίτας εἶχον ἐμφερεῖς βροτοί,
Ὀρειγενῆ σπήλαια καὶ δυσηλίους
Φάραγγας ἐνναίοντες· οἰδέπω γὰρ ἦν
Οὔτε στεγήρης οἶκος, οὔτε λαΐνοις
Εὐρεῖα πύργοις ὠχυρωμένη πόλις.

Et mox [m]),

Εἶτ' οὖν μέριμναν τὴν Προμηθέως σπάσας,
Εἶτ' οὖν ἀνάγκην, κ. τ. λ.

Vitruv. II. 1. primos homines sine sermonis articulati usu diu in cavernis terrae ferarum instar habitasse scribit.

Ibid. *ΠΛΙΝΘΥΦΕΙΣ.* Plinius VII. 56. *Laterarias* [ac] *domos constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis, antea specus erant pro domibus.*

v. 450. *ΔΟΜΟΥΣ ΠΡΟΣΗΛΟΥΣ.* Alii *προσείλους*: ita et Etymologicum [n]), *Πρόσειλος οἰκία, ἡ πρὸς τὴν ἕλην τετραμμένη· ἕλη γὰρ ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή· ἐξ οὗ πρόελος καὶ πρόσειλος.* [Hesychius, *Ἄειλα· πεδία ἀνήλια· εἴλη γὰρ ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή.* Etymolog. [o]) *Εὔειλος, ὁ εὐαερὴς* *) *τόπος· παρὰ τὸ εἴλη, ὃ σημαίνει τὴν θερμασίαν.* Vir doctissimus Cl. Salmasius in Solinum p. 990. „Graeci," inquit, „veteres, *εὔειλα* et *πρόσειλα* vocarunt eiusmodi loca modico calore tepentia et soli opportune aperta. Theophrastus *ἡ εὔειλος καὶ ἁπλῶς εὐδιεινή*, ubi perperam scribitur *εὔηλος*, quod ratione caret, nec enim formari potest *ἀπὸ τοῦ ἡλίου.*" Haec ille, quem suadeo videas.]

Ibid. *ΞΥΛΟΥΡΓΙΑΝ.* At secundum Plinium *fabricam materiariam Daedalus* invenit, VII. 56.

v. 451. *ΚΑΤΩΡΥΧΕΣ.* Hesych. *Κατώρυχες, κατωρυγμένοι.*

Ibid. *ΑΕΙΣΥΡΟΙ ΜΥΡΜΗΚΕΣ.* Ovidio *frugilegae*, Metam. VII. 624. Horat. Sat. I. 1. [p])

Ore trahit quodcunque potest, ——

---

l) *m*) ap. Stob. Ecl. Phys. I, 38. p. 240. Heer. (XI, p. 145. Grot.)
n) p. 690, 15.
o) p. 390, 31.
p) Sat. I, 1, 33.
*) εὐδερος Sylb., sed corr. εὔθερος.

Habent alia exemplaria ἀήσυροι· *agiles, expeditae*: et ita legit Eustathius, p. 1500. l. 27. ἀπὸ τοῦ ἄω, τὸ πνέω, οὐ μόνον ἀήτης ἐπὶ ἀνέμου, καὶ ἄησυρον κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὸ κοῦφον, ὅθεν καὶ ἀήσυροι μύρμηκες παρ' Αἰσχύλῳ. Hesych. Ἀήσυρον· κοῦφον, ἐλαφρόν. Tryphiodorus, v. 348.

Ἔδραμεν ἠΰτε πόρτις ἀήσυρος, ἥτε τυπεῖσα
Κέντρον δ' ἂν ἐποίησε βοοῤῥαίτας μύωπος.

Lege ἥντε τυπεῖσαν Κέντρον ἀνεπτοίησε.

v. 453. (454.) *ΤΕΚΜΑΡ.* Garbit. *terminus.*

v. 456. *ΕΣ ΤΕ ΔΗ ΣΦΙΝ ΑΝΤΟΛΑΣ ΕΓΩ.* [De Hippone, Centauri filia, idem refert Euripides q), Clementi Alexandrino laudatus, Strom. I. 15. r)

Ἡ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προὐμαντεύσατο
Χρησμοῖσιν ἢ δι' ἀστέρων ἐπαντολάς.]

Cic. Tusc. Quaest. V. 3. *Nec vero Atlas sustinere coelum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi coelestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset.* Servius ad Virg. Eclog. VI. 43. *Hic* (Prometheus) *primus astrologiam Assyriis indicavit, quam residens in monte altissimo Caucaso nimia cura et sollicitudine deprehenderat: hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus paene sideribus, unde etiam maiora astra demonstrat, et diligenter eorum ortus occasusque significat.* Hoc vero inventum Palamedi tribuit Sophocles, Fragm. apud Achill. Tat. s)

Ἐφεῦρε δ' ἄστρων μέτρα καὶ περιστροφάς,
Τάξεις τε ταύτας, οὐρανιά τε σήματα.

[v. 457. *ΔΥΣΕΙΣ.* Adde hic tres versus ex MS.

Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων
Βίον διῴκησ', ὄντα πρὶν πεφυρμένον
Θηρσὶν δ' ὅμοιον· πρῶτα μὲν τὸν πάνσοφον
Ἀριθμὸν εὗρηκ', ἔξοχον σοφισμάτων,
Ἐξεῦρον αὐτοῖς γραμμάτων τε συνθέσεις,
Μνήμην δ' κ. τ. λ.]

v. 458. *ΚΑΙ ΜΗΝ ΑΡΙΘΜΟΝ.* Hic caecutiit interpres Graecus *A*, et qui eum secutus est Garbitius reddens: *Praeterea etiam inveni ipsis eximiam multitudinem artium.* De arithmetica omnino intelligendum, quam artium praestantissimam censebant Pythagorei, inter quos Aeschylus locum obtinuit,

---

q) Melanipp. fragm. III. p. 214. Matth. χρησμοῖσι σαφέσιν ἐστέρων ἐπ' ἀντολαῖς.

r) lib. I. p. 306. Sylb.

s) Introd. in Arat. Phaen. c. 1. (Soph. Naupl. fragm. 5.)

duplici respectu: *οὐ μόνον ὅτι ἔφαμεν αὐτὴν ἐν τῇ τοῦ τεχνίτου θεοῦ διανοίᾳ προϋποστῆναι τῶν ἄλλων ὡσανεὶ λόγον τινὰ κόσμιον καὶ παραδειγματικόν, πρὸς ὃν ἀπερειδόμενος ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ὡς πρὸς προκέντημά τι* (ita novo nomine appellare videtur antecedentes in mente divina priusquam existerent rerum notiones) *καὶ ἀρχέτυπον παράδειγμα τὰ ἐκ τῆς ὕλης ἀποκοσμεῖ καὶ τοῦ οἰκείου τέλους τυγχάνειν ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ ὅτι φύσει προγενεστέρα ὑπάρχουσα* (ita legendum) *ὅσῳ συνανείρει μὲν ἑαυτῇ τὰ λοιπά, οὐ συνανείρεται δὲ ἐκείνοις.* Nicomachus I. *Ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς.* [*Ἀριθμόν*, ut hic Prometheus *ἔξοχον σοφισμάτων*, ita ipse Pythagoras *σοφώτατον* omnium dixit. Aelian. Var. Hist. IV. 17. *Ἔλεγεν ὅτι πάντων σοφώτατον ὁ ἀριθμός· δεύτερος δέ, ὃ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος.* Omnino reiicienda est viri doctissimi [t]) importuna emendatio, qui, in Athenaeum XV. 3, legit *ὁ ἀριθμοὺς εὑρών*, approbante Scheffero. Sic enim haec *ἀκούσματα* Pythagorica prodit etiam Iamblichus, de vita Pythag. XVIII. p. 85. *Τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός· δεύτερον δὲ τὸ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα τιθέμενον.*] Quod vero ad auctorem arithmeticae spectat, sunt qui Minervam eo nomine laudant, Liv. VII. 3. *eoque Minervae templo dicatam legem, quia numerus a Minerva inventus sit:* alii Palamedem, de quo Plato: *ἦ οὐκ ἐννενόηκας ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρών;* Sophocles de eodem, Fragm. apud Achill. Tat. [u])

Οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείῳ στρατῷ,
Σταθμήν τ' ἀριθμῶν, καὶ μέτρων εὑρήματα
Κἀχεῖν' ἔτευξε.

Euripides in Phoenissis, v. 545.

Καὶ γὰρ μέτρ' ἀνθρώποισι, καὶ μέρη σταθμῶν
Ἰσότης ἔταξε, κἀριθμὸν διώρισε.

Et Manilius IV. 207.

Qui primus numeros rebus, qui nomina summis
Imposuit, certumque modum propriasque figuras.

v. 459. *ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΤΕ ΣΥΝΘΕΣΕΙΣ.* Ita Cedrenus, p. 66. *Προμηθεὺς γραμματικήν, ὥς φασιν, ἐξεῦρεν.* et Suidas, *Προμηθεὺς εὗρε πρῶτος τὴν γραμματικὴν φιλοσοφίαν.* Alii ad alios referunt. Plinius VII. 56. *Literas semper arbitror Assyrias fuisse: sed alii apud Aegyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt:* locum consule. [Servius in Aeneid. VI. 749. *Νοῦς dicitur* (Mercurius) *id est sensus, quo philosophiam, quae haec indicat, intelligimus: quia ipse etiam invenit literas.*] Euripides ad Palamedem, cuius sub persona ita loquitur, Fragm. II. [x])

---

t) Is. Casauboni.
u) vid. not. s) ad v. 456.
x) p. 246, Matth. (v. 2. *συλλαβάς τε θεὶς.*)

Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος
Ἄφωνα καὶ φωνοῦντα, συλλάβὰς τιθείς,
Ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι.

v. 460. *ΜΝΗΜΗΝ Θ'*. Num innuit *λογισμοὺς καὶ τὰς τῶν ὀνομάτων θέσεις*? haec enim Mnemosynes inventa, Diod. Sic. V. 67.

Ibid. *ΑΠΑΝΤΩΝ ΜΟΥΣΟΜΗΤΟΡ' ΕΡΓΑΤΙΝ*. Secundum Pythagoricos, hi namque *ἐπὶ πλέον ἐπειρῶντο τῇ μνήμῃ γυμνάζειν· οὐδὲν γὰρ μεῖζον πρὸς ἐπιστήμην καὶ ἐμπειρίαν καὶ φρόνησιν τοῦ δύνασθαι μνημονεύειν.* Iamblich. de vita Pythag. 29. [Mnemosynen Musarum matrem esse finxerunt poetae. Hesiod. in Theog. v. 914.

Μνημοσύνης δ' ἐξαῦθις ἐράσσατο καλλιχόμοιο,
Ἐξ ἧς αἱ Μοῦσαι χρυσάμπυκες ἐξεγένοντο.

Orpheus sive potius Onomacritus, in hymno in Musas γ), v. 1.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς ἐριγδούπoιο θύγατρες
Μοῦσαι.]

[Ibid. *ΕΡΓΑΤΙΝ*. Callimach. in Iambis, apud Schol. Pind. Isthm. II. 10.

—— οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
Τὴν μοῦσαν ὡς ὁ Χῖος ὑλλίχουν ἔπος. l. *Ὑλλίχου νέπους.*]

v. 461. (462.) *ΚΑΖΕΥΞΑ ΠΡΩΤΟΣ*. At Plinius: *bovem et aratrum Buzyges Atheniensis; ut alii, Triptolemus*, VII. 56. [Eumenid. v. 647. *Ὦ παντομισῆ κνώδαλα*. Hesych. *Κνώδαλα· κυρίως τὰ θαλάττια θηρία· κνώθαλα γάρ ἐστιν τὰ ἐν τῇ ἁλὶ κινούμενα. Ὅμηρος δὲ ἐπὶ χερσαίου φησὶ κνώδαλον, θηρίον, ἢ ζῶον μικρόν.*]

v. 462. *ΖΕΥΓΛΑΙΣΙ*. Alii *ζεύγλοισι*, quod magis proba

Ibid. *ΣΩΜΑΣΙΝ Θ'*. Tan. Faber leg. *σήμασίν θ'*, Epist. LXVII. [Fortasse vero distinguendum:

Ζεύγλαισι δουλεύοντα· σώμασίν θ' ὅπως
Θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
Γένωνθ'.]

v. 463. *ΘΝΗΤΟΙΣ ΜΕΓΙΣΤΩΝ ΔΙΑΔΟΧΟΙ ΜΟΧΘ* Quo sensu iumentum *σύνεργον ἡμῖν ζῶον* dixit D. Basilius in c. II. Esaiae. Inde nomen. Columella praefat. VI. *Iumenta nomen a re traxere, quod nostrum laborem vel onera subvectando vel arando iuvarent.* *Διάδοχοι* hic idem quod alibi *ἐκδέκτορες* ab eodem. Vid. Plut. de Fortuna p. 98. et Hierocl. Fragm. 212. [Porphyrius de Abstinentia III. 18. *Ἀρκεῖ γὰρ ὅτι μηδὲ πονεῖν δεομένοις χρώμεθα προχάμνουσι (πρὸς καμάτους) καὶ μόχθους ἵππων, ὄνων τε ὀχείαν καὶ ταύρων γονάς, ὡς Αἰσχύλος φησὶ*

γ) hymn. LXXV.

ἄνδουλα (ἀντίδουλα) καὶ πόνων ἐκδέκτορα, χειρωσάμενοι καὶ καταζεύξαντες. Aeschyli locus, quem respicit Porphyrius, extat apud Plutarchum, de Fortuna [z]). *Νῦν δέ*, inquit, *οὐκ ἀπὸ τύχης, οὐδὲ αὐτομάτως περίεσμεν αὐτῶν καὶ κρατοῦμεν, ἀλλ' ὁ Προμηθεύς, τουτέστιν ὁ λογισμός, αἴτιος,*

Ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα καὶ ταύρων γονὰς
Δοὺς ἀντίδουλα (ἀντίδουλα) καὶ πόνων ἐκδέκτορα,

κατ' Αἰσχύλον. Ita liberi dicuntur ab Hierocle apud Stobaeum, Serm. LXV. [a]) *Συμπαθεῖς δὲ ἐν τοῖς ἐναντίοις καιροῖς διάδοχοι τῶν ἀνιαρῶν.* Et noster v. 1026. *Διάδοχος τῶν σῶν πόνων.*]

v. 464. *ΥΦ ΑΡΜΑΤ' ΗΓΑΓΟΝ.* Legit Canterus ὑφ' ἅρματά τ' non necessario: mallem ἅρμα τ'. Quod vero sibi arrogat Prometheus, alii aliis tribuunt. Plin. N. H. VII. 56. *Vehiculum cum quatuor rotis Phryges.* Et postea: *Bigas primum iunxit Phrygum natio, quadrigas Erichthonius.* Virg. Georg. III. 113.

Primus Erichthonius currus et quatuor ausus
Iungere equos. ——

Euseb. Chron. num. 543. *Erichthonius primus quadrigam iunxit in Graecia, erat quippe apud alias nationes.* Et num. 447. *Trochilus primus fertur iunxisse quadrigam.* Tertullianus posteriori favet sententiae. [De Spectaculis c. 9. *Si vero Trochilus Argivus auctor est currus, primo Iunoni id opus suum dedicavit.* Ita et Theon in Aratum. *Οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν Ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον ἢ Βελλεροφόντου ἢ Τροχίλου, τῆς Καλλιθείας παιδός, τῆς πρώτης ἐν Ἄργει γενομένης ἱερείας, ἅρμα πρῶτον ἐπιζεύξαντος.*]

v. 467. (468.) *ΛΙΝΟΠΤΕΡ'.* Apposite Cassiodorus Var. Epist. V. 17. *Vela alas navium facientia, linum volatile, quidam spiritus currentium carinarum, praeluntia mercium, auxilia quieta nautarum, quorum beneficio conficiunt otiosi quod a pluribus avibus vix probatur impleri.* Nostrum secutus Ennius [b]) *naves velivolas* dixit: et Virgil. Aen. III. 520.

—— velorum pandimus alas.

[Oppianus Hal. I. 190. navem vocat *ἐΰζυγον ἅρμα θαλάσσης*, Nonnus *ἁλίδρομον ἅρμα θαλάσσης*, in Dionysiacis [c]). Plautus Homeri exemplo *equum ligneum* de navi dixit, in Rudente [d]). Homerus item Odyss. *Η'*. 36.

---

z) pag. 98. (fragm. 180. Sch.) a) LXVII, 24.
b) ap. Serv. ad Virg. Aen. I, 228.
c) imo Paraphr. Ev. Ioann. VI, 67. (Ioann. v. 17.) *νῆα δ' ἐπαίξαντες ἁλίδρομον, ἅρμα θαλάσσης.*
d) I, 5, 10.

Τῶν νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα.

Ad quem locum V. Cl. D. Iacobus Duportus in Gnomologia Homerica: „*Νέες* quaecunque *ὠκεῖαι*, unde et *ἀλὸς ἵπποι* a poeta e) vocantur ob celeritatem: *ὠκύτατον γὰρ καὶ ἵππος ἐν ζώοις.* Eustath. f) Ideoque *ἠλίῳ ἀνάκειται, ὡς ταχυτάτῳ ταχύτατος.* Herod. Euterpe g) postremis verbis." Mox, paucis praemissis: „Naves, aves quibus remi pro alis. — *εὑήρεϊ ἔρετμα, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται*, ut poeta alibi h), et Hesiod. i)

—— νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο.

Schol. Aristoph. Avibus k). *Αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς πάπους ἔχουσι*, quanquam vela etiam pro alis sunt. Unde et naves appellat Aeschylus Prom. Vinct. *λινόπτερα ναυτίλων ὀχήματα*, h. e. *τὰ ἔχοντα τὰ ἄρμενα ὡς πτερά*, ut et recte exponit Scholiastes. Et *velivolum mare* post Lucretium l) dixit Virgilius m). Idem et Mercurium volare *remigio alarum* n). Haec igitur *κατ' ἀντιστροφήν* dicuntur, remi sunt alae navium et alae sunt remi avium." Hactenus vir doctissimus.]

Ibid. *ΝΑΥΤΙΛΩΝ ΟΧΗΜΑΤΑ.* Ex Homero adumbratum, Od. *Δ'*. 708.

Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαινέμεν, αἵθ' ἁλὸς ἵπποι
Ἀνδράσι γίγνονται. ——

Ita Cicero Argo appellavit *novum vehiculum Argonautarum*, de Nat. Deor. II. 25. et Catullus de eadem, Carm. LXV. 9.

Ipsa levi fecit volitantem flamine currum.

[v. 472. (473.) *ΚΑΚΟΣ Δ' ΙΑΤΡΟΣ.* Quomodo dicitur

Ἄλλων ἰατρός, αὐτὸς ἕλκεσι βρύων.
Aliis medicus, ipse ulceribus scatens.

Laudat Plutarchus in libello de utilitate ab inimicis capienda, p. 80. et Michael Apostolius o) *ἐκ τοῦ τραγῳδοῦ* desumptum esse monet. Paroemiam vocat Gregorius Nazianzen in apologia de fuga sua p): *Ἡ τῆς παροιμίας πόρρω ϑέωμεν· ἄλλοις ἰατρεύειν ἐπιχειροῦντες, αὐτοὶ βρύοντες ἕλκεσι.* *Aut proverbium procul fugimus, aliis mederi parantes, ipsi scatentes ulceribus.* Huic affinis proverbialis etiam locutio (parabolam vocat Dominus noster) *ἰατρέ, ϑεράπευσον σεαυτόν.* *Medice cura te ipsum.* D. Luc. IV. 23. Demosthenes Orat. I. contr

---

e) Od. IV, 708.
f) ad Od. IV. p. 1515, 32.
g) imo Clius cap. 216.
h) Odyss. XI, 125. XXIII, 272.
i) Op. et D. 626.
k) ad v. 1203.
l) V, 1441.
m) Aen. I, 223.
n) Aen. I, 300. VI, 19.
o) II, 58.
p) Orat. I. p. 7. B. ed. Colon. (*μὴ πόρρω ϑέωμεν.*)

Aristogeit. q) *Τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι, αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ. Epilepsia laborantes praedicat se sanaturum, cum ipse omni improbitate laboret.* Homer. Iliad. *Λ*. 834.

Τὸν μὲν ἐνὶ κλισίῃσιν ὀΐομαι ἕλκος ἔχοντα
Χρηίζοντα καὶ αὐτὸν ἀμύμονος ἰητῆρος.
Eum in tentoriis puto vulnus habentem
Indigere et ipsum perito medico.

Philemon r);

—— τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγὼ
Ὑπὲρ ἐγκρατείας τοῖς νοσοῦσιν εὖ σφόδρα
Πάντας λαλοῦντας, εἶτ', ἐπὰν πταίωσί τι,
Λύτοὺς ποιοῦντας πάνθ' ὅσ' οὐκ εἴων τότε.]

v. 476. *ΔΟΛΟΥΣ ΕΜΗΣΑΜΗΝ. Δόλος* ut et *dolus μέσον.* vid. Cicer. Offic. III. 14. *ἐμήσατο* Hesych. interpretatur *ἐμηχανήσατο.* [Choeph. v. 991.

Ἥτις δ' ἐπ' ἀνδρὶ τοῦτ' ἐμήσατο στύγος.]

v. 479. *ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΝ.* Euripid. Hippol. v. 516.

Πότερα δὲ χριστὸν ἢ ποτὸν τὸ φάρμακον;

Porphyrius de Abstin. I. 27. *Εἴτ' ὀσφραντόν, εἴτ' ἐπίχριστον, εἴτε ποτὸν, ἢ βρωτὸν προσάγειν φάρμακον.*

Ibid. *ΟΥΔΕ ΠΙΣΤΟΝ.* Gilb. Gaulminus: *Prorsus legendum οὐ χριστόν, οὐδὲ παστόν.* et ad verba Scholiast. *Τοῦτο δηλοῖ τὸ πιστόν: quantum se torquet ut ineptiat! ἀπὸ τοῦ πίω, πίσω ῥήματος. qua analogia? quicquid agat, nunquam πιστόν in ullo auctore ἀντὶ ποτοῦ reperiet: sed verius est ignorasse eum linguam suam.* Haec ille; sed quanto verius est eum nimis incaute censuram tulisse, cum frequenti in usu fuisse ex veteribus Grammaticis discimus? Usus est Scholiastes Aristophanis in Plut. s) *ἔστιν οὖν παστὸν τὸ πασσόμενον, πλαστὸν τὸ πλασσόμενον, καὶ πιστὸν τὸ πινόμενον.* Quin et apud Aeschylum nihil mutandum esse ex Eustathio discere potuit, p. 464. l. 35. *Τρεῖς φαρμάκων ἰδέαι παρ' Ὁμήρῳ: ἐπίπαστα ὡς νῦν ἐπὶ Μενελάῳ, ὅπερ ἤπια φάρμακα εἰδὼς πάσσεν ὁ Μαχάων· καὶ χριστά, οἷον ἰοὺς χρίεσθαι· καὶ πιστὰ κατὰ τὸν Αἰσχύλον, τουτέστι ποτὰ ἢ πότιμα, ὡς ἐπὶ Ἑλένης ἐν Ὀδυσσείᾳ τῷ κρατῆρι ἀναμιγνύσης φάρμακα.* Nec possum quin mirer de analogia dubitasse virum eruditum, cum eadem ratione, qua *χριστός* a *χρίω κέχρισται* et *παστός* a *πάω πέπασται*, etiam *πιστός* a *πίω πέπισται* deductum sit,

---

q) p. 794. init.
r) vid. not. r) ad v. 355.
s) v. 717.

quod verbum frequenter usurpatum comperimus. Pind. Isthm. Od. VI. in fine [t]),

—— πίσω σφε Δίρκης
ἁγνὸν ὕδωρ. ——

ubi Schol. *πίσαι δὲ τὸ ποτίσαι, καὶ ποτίστρας δὲ πίσας ἔλεγον.* Hesych. *Πιστήριον, ποτιστήριον· πίσαι γὰρ τὸ ποτίσαι, καὶ πίστραι αἱ ποτίστραι· ϲι Ἔμπισον, πότισον.* Id. *Ὑπέπισα, ὑπεπότισα.*

v. 480. (481.) *ΚΑΤΕΣΚΕΛΛΟΝΤΟ.* Hesych. *Κατασχελεῖν· κατασχελετεύειν, τὰς σάρκας κατάφασμα.* f *καταφαγεῖν.*

Ibid. *ΠΡΙΝ ΕΓΩ ΣΦΙΣΙΝ.* De medicina Plinius VII. 56. *Medicinam Aegyptii apud ipsos volunt repertam, alii per Arabum Babylonis et Apollinis filium: herbariam et medicamentariam a Chirone Saturni et Phyllirae filio.* Ad ipsum Apollinem referunt alii. Callim. hymn. II. 45.

—— ἐκ δέ νυ Φοίβου
Ἰητροὶ δεδάασιν ἀνάβλησιν θανάτοιο.

Ovid. Met. I. 521.

Inventum medicina meum est; opiferque per orbem
Dicor, et herbarum subiecta potentia nobis.

v. 483. *ΤΡΟΠΟΥΣ ΔΕ ΠΟΛΛΟΥΣ.* Claudian. in Eutrop. II. 492.

—— quoscunque Prometheus
Excoluit, multoque intexuit aethera limo,
Hi longe ventura notant, dubiisque parati
Casibus occurrunt. ——

v. 484. *ΕΞ ΟΝΕΙΡΑΤΩΝ Α ΧΡΗ ΥΠΑΡ ΓΕΝΕΣΘΑΙ.* Hom. Odyss. *T'*. 547.

Οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ τοι τετελεσμένον ἔσται.

Synesius de Insomniis p. 132. *Εἰ δέ εἰσιν ὕπνοι προφῆται, καὶ τὰ ὄναρ θεάματα τοῖς ἀνθρώποις ὀρέγουσι τῶν ὕπαρ ἐσομένων αἰνίγματα.* [Etymolog. [u]): *Ὕπαρ, ἀληθῶς· παρὰ τὸ ὑπάρχειν, ὅτι μόνα τὰ ἀληθῆ ὑπάρχουσι.* Mosch. Idyll. II. 17.

—— τὸ γὰρ ὡς ὕπαρ εἶδεν ὄνειρον.

Ubi V. Cl. Bonaventura Vulcanius: „Opponuntur inter se ὄναρ et ὕπαρ, ut apud Homerum, *Ὀδυσσ. T.*

Οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ καὶ [τοι] τετελεσμένον ἔσται.

Neque aliud est ὕπαρ quam *ὀπτασία ἀληθῶς ὑπάρχουσα* et, ut vult Hesychius, *μεθ' ἡμέρας ἐναργῶς ἀληθής.*" Haec ille. Artem vero oneirocriticam inter Chaldaeos viguisse, vel ipsi

---

t) Isthm. V, 71. Bkh. (107.) u) p. 777, 28.

Graeci fatentur; Diodorus Siculus, II. 30. *Ἐννυπίων τε καὶ τεράτων ἐξηγήσεις ἀποφαίνονται.* Daniel. II. 4. *Responderuntque Chaldaei regi Syriace: Rex in sempiternum vive; dic somnium servis tuis, et interpretationem eius indicabimus.* Philo Iudaeus x) hoc inventum Abramo adscribit.]

v. 485. (486.) *ΚΛΗΔΟΝΑΣ ΤΕ ΔΥΣΚΡΙΤΟΥΣ.* Suidas, *Κληδών· φήμη, μαντεία. Καὶ κληδονισμοί, αἱ διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις.* Tale illud iuveni oblatum Mitylenaeo, Pittacum de coniugio consulenti. Callim. epigr. II. y) Tibullus, Eleg. I. 3.

Illa sacras pueri sortes ter sustulit, illi
Rettulit e triviis omina certa puer.

[Alcinous de doctrina Platonica, c. 15. *ἀφ' ὧν* (nempe a daemonibus) *κληδόνες καὶ ὄπτειαι καὶ ὀνείρατα καὶ χρησμοὶ καὶ ὅσα κατὰ μαντείαν ἀπὸ θνητῶν τεχνιτεύεται.*]

v. 486. *ΕΝΟΔΙΟΥΣ ΤΕ ΣΥΜΒΟΛΟΥΣ.* Obvia signa quae fausta aut infausta in itinere occurrunt; quale Xerxi de equa leporem pariente, et Agamemnoni de aquilis leporem vorantibus, in Agam. v. 120. Inter species *οἰωνιστικῆς* numeratur *ἐνόδιον, ὅταν ἐξηγήσεται τὰ ἐν τῇ ὁδῷ ὑπαντῶντα.*

[v. 487. *ΓΑΜΨΩΝΥΧΩΝ ΤΕ ΠΤΗΣΙΝ.* Suidas Telegonum augurandi scientiam invenisse tradit; Plinius VII. 56. ait esse inventum eius Caris, a quo Caria nomen acceperit. Alii in Etruria repertam volunt, auctoremque extitisse Tagen. Ovid. Met. XV. 558. Quin de Chaldaeis (a quibus ad Lydos, a Lydis ad Etruscos videtur defluxisse) Diodorus Siculus II. 29. *Ἐμπειρίαν δ' ἔχουσι καὶ τῆς διὰ τῶν οἰωνῶν μαντικῆς.*]

[v. 488. *ΟΙΤΙΝΕΣ ΤΕ ΔΕΞΙΟΙ.* Callimachus de Tiresia vate, Hymn. V. 126.

Γνωσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται
Ἥλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.]

[v. 489. *ΔΙΑΙΤΑΝ.* *Δίαιτα* est vivendi ratio, prout transtulimus, seu edendi modus, institutum. Significat etiam domicilium, habitationem et coenaculum, quod in eo *per diem edatur*, si Varroni z) fides. Hinc *Τιμώνειος δίαιτα* proverbialiter usurpatur de solitaria. Nempe sic nominavit M. Antonius, debellatus pugna Actiaca, maritimam illam coenationem, de qua Strabo XVII. a) et Plutarch. in Antonio b). Hinc et adagium, *Ἄλλος βίος, ἄλλη δίαιτα· ἐπὶ τῶν ἐπ' ἀμείνονα βίον μεταβαλλόντων. Alia vita, alia diaeta; de iis qui ad meliorem sese vitam conferunt. Nunc haec dies aliam vitam ad-*

---

x) Leg. Allegor. p. 51. interpr. lat. Basil. a. 1561.
y) epigr. I.
z) vid. Vossii Etymolog.
a) p. 546. Cas.
b) p. 949. cap. 71.

fert, alios mores postulat, Terent. in Andria. I. 2. c). Noster in Persis. v. 41.

> *Ἀβροδιαίτων δ' ἔπεται Λυδῶν*
> *Ὄχλος.*

Hesych. *Δίαιτα· θεσμός, διαγωγὴ τροφῆς, ἢ καθημερινὴ τροφή.* Martinius in Lexico Philologico: „Diaeta, *δίαιτα*, vivendi seu edendi modus, institutum, a *δαίτη*, id est, *epulum*, quod est a *δαίνυμι*, epulas do."]

[v. 492. (493.) *ΣΠΛΑΓΧΝΩΝ ΤΕ ΛΕΙΟΤΗΤΑ.* Plinius VII. 56. ad finem. *Animal occidit primus Hyperbius Martis filius, Prometheus bovem.* Nempe ad sacrificandum, prout suadet noster, et ad divinandum. Virg. Aen. IV. 64. — *spirantia consulit exta.* Servius: *Aruspices exta consulere dicuntur cum inspiciunt. Σπλαγχνοσκόποι*, extispices. V. Cl. legit ad hunc locum *τελειότητα*, sed non probo.]

v. 493. *ΠΡΟΣ ΗΔΟΝΗΝ.* Ut *πρὸς βίαν*, *πρὸς φιλίαν*, etc. supra d) *καθ' ἡδονήν*, לרצון.

[v. 494. *ΧΟΔΗΣ.* Immo a Chaldaeis primum manavit hoc divinationis genus. Ezech. XXI. 21. Rex Babylonis respexit בכבד in iecore, atque hi videntur גוזרין illi quorum facit mentionem Daniel II. 27. IV. 4. quasi sectores dicti a גזר *secuit*, quod ex victimis sectis futura praedicerent; ad quos etiam referendum esse censeo illud Diodori Siculi, II. 29, ubi de Chaldaeis agens, *οὐκ ἀσοφῶς δέ*, inquit, *καὶ τὰ περὶ τὴν ἱεροσκοπίαν* (nempe *τῶν ἱερείων*, victimarum inspectionem) *ἀκριβῶς ἐπιτυγχάνειν νομίζονται.*]

v. 496. *ΔΥΣΤΕΚΜΑΡΤΟΝ.* Hesych. *Δυστέκμαρτον, δυσχερὲς τέλος ἔχον, ἢ μὴ ἔχον τέλος.*

[v. 497. *ΦΑΟΓΩΠΑ ΣΗΜΑΤΑ.* Apollonius Argonaut. I. 145.

> *ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι,*

rerum eventus discere ab igne victimae et fumo, quod faciebant *οἱ ἐμπυροσκόποι.* Ad Virgilianum illud, Aen. X. 175.

> Tertius ille hominum Divumque interpres Asylas,
> Cui pecudum fibrae, coeli cui sidera parent,
> Et linguae volucrum, et praesagi fulminis ignes.

V. Cl. Germanus Valens Guellius: „Fortasse hoc ita accipiendum, ut *Διὸς σέλας* a Sophocl. in Colono inter omina et signa, quae de coelo hominibus dantur auspicato, recensetur, sub persona Oedipodis narrantis se Apollinis responsa secutum in Colonum appulisse, v. 93.

---

c) Andr. I, 2, 18. d) v. 353.

Σημεῖα δ' ἦξεν τῶνδέ μοι παρεγγύα,
Ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν' ἢ Διὸς σέλας.
Et confirmabant signa mihi horum eventura esse
Vel terrae motum, vel tonitru, vel Iovis fulgur.

Sunt qui putant poetam illud Apollonii respexisse, l. 144.

Δητοΐδης· αὐτὸς δὲ θεοπροπίας ἐδίδαξεν
Οἰωνούς τ' ἀλέγειν ἠδ' ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι.
Apollo: ille autem vaticinia edocuit
Auguriaque observare, atque ignita signa explorare.

Quamvis apud Platonem in legibus *ἔμπυρα σήματα* alii signa calentia et calentium victimarum interpretentur; in quam sententiam *φλὸξ ἔμπυρος* et *τὰ ἔμπυρα* a Sophocle pro victimis posita sunt, sub persona Electrae v. 406.

—— *τῷ φέρεις τάδ' ἔμπυρα;*
ΧΡ. Μήτηρ μὲ πέμπει πατρὶ τυμβεύσω χοάς.
—— quo fers ista sacra?
CHR. Mater mittit me, ut patris tumulo inferias afferam.

Et in Antig. v. 1221.

—— *ἐμπύρων ἐγευόμην*
Βωμοῖσι παμφλέκτοισιν.
—— Sacrificia tentavi
In aris flammantibus.

Quae et Aeschylus in Prometheo *φλογωπὰ σήματα* vocare videtur." Haec Guellius.]

v. 498. *ΕΞΩΜΜΑΤΩΣΑ.* Aristoph. in Plut. v. 635. ex Phineo Sophoclis [e]):

Ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας.

[Ubi Scholiastes *Ἡ δὲ λέξις ἀντὶ τοῦ ἐπιτεταμμένως ὁρᾷ. ἢ γὰρ ἐξ ἐπίτασιν δηλοῖ.* Etiam alter: *ἐξωμμάτωται γὰρ καὶ ἀντὶ τοῦ ἐκκόπτει τοὺς ὀφθαλμοὺς δύναται, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφῃρέθη τὸ κάλυμμα.* Iul. Pollux Onomast. II. 4. *Ἐξομμάτωσιν· νίψιν ὀμμάτων ῥύπου, sordium in oculis elotionem.*]

Ibid. *ΕΠΑΡΓΕΜΑ.* Hesych. *Ἐπάργεμος· ἀποκεκρυμμένος, ἢ νόσος ὀφθαλμῶν· ἐπάργεμα γὰρ λέγεται τὰ ὄμματα ὅταν ἢ τετυφλωμένα ὑπὸ λευκωμάτων· καὶ πάντα δὲ τὰ τυφλὰ καὶ ἀφώτιστα οὕτως λέγεται.* Eodem vocabulo usus est in Agamem. v. 1122.

Ἐπαργέμοισι θεσφάτοις ἀμηχανῶ.

Et in Choeph. v. 663.

Αἰδὼς γὰρ ἐν λεχθεῖσιν οὐκ ἐπαργέμους
Λόγους τίθησιν. ——

---

e) Soph. Phin. fragm. I. Brunck. cf. Schol. Aristoph. l. c.

Eustath. ad Il. Γ'. p. 427. f) ἀργόν, τὸ λευκόν, ὅθεν καὶ ἐπάργεμον πάθος ὀφθαλμοῦ τὸ κοινῶς λεγόμενον λεύκωμα, ὥς που καὶ Αἰσχύλος παραδηλοῖ. Idem ad Odyss. Β'. g) p. 1430. ἄργεμος, νόσος ὀμμάτων, ἀφ' οὗ ἄργεμα κατὰ Δίδυμον τὰ ἐπὶ ὀφθαλμῶν λευκώματα, ὧν μνήμη τῷ Αἰσχύλῳ ἐν τῷ· πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.

v 501. ΧΑΛΚΟΝ, ΣΙΔΗΡΟΝ. Alios repertores assignat Plinius VII. 56. *Ferrum Hesiodus in Creta eos qui vocati sunt Dactyli Idaei. Argentum invenit Erichthonius Atheniensis; ut alii, Aeacus. Auri metalla et conflaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem; ut alii, Thoas et Aeaclis in Panchaia, aut Sol Oceani filius.*

v. 504. ΣΥΛΛΗΒΔΗΝ. Hesych. Συλλήβδην· ὁμοῦ, συλληπτικῶς, ὡς δι' ὀλίγων πολλὰ εἰπεῖν συντόμως.

[v. 506. ΜΗ ΝΥΝ ΒΡΟΤΟΥΣ l. μή νυν βροτούς.]

[v. 508. ΕΥΕΛΠΙΣ ΕΙΜΙ ΤΩΝΔΕ Σ' ΕΚ ΔΕΣΜΩΝ. Schol. Α'. Ὡς λίαν ἐγὼ ἐλπίζω τοῖς λόγοις οἷς λέγεις, τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ εὔελπίς εἰμι τῶνδε, ἤγουν τούτων ὧν λέγεις, ὡς καὶ λυθήσῃ τῶν δεσμῶν. Ridicule, τῶν enim pertinet ad τὸ δεσμῶν.]

v. 511. ΠΕΠΡΩΤΑΙ. Hesych. Πέπρωται· τετύπωται, ὥρισται· τὸ εἱμαρμένον ζητεῖν[ζητεῖ].

v. 514. ΟΙΑΚΟΣΤΡΟΦΟΣ. Hesych. Οἰακοστρόφος, κυβερνήτης. [Noster in Persis v. 769.

Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.]

v. 515. ΜΝΗΜΟΝΕΣ Τ' ΕΡΙΝΝΥΕΣ. Eodem sensu in Agamemnone h) Ἐριννὺν ὑστερόποινον vocat, quae Sophocli i) ὑστερόπους. De sera numinis vindicta consule Plutarchum *). Virg. Aen. I. 4.

—— memorem Iunonis ob iram.

[Etymolog. k) Ἐρινύες, θεαὶ τιμωροὶ τῶν πατρικῶν ἀσεβημάτων· l) παρὰ τὸ ἐν τῇ ἐρᾷ ναίειν, ὅ ἐστιν οἰκεῖν ἐν τῇ γῇ. ἢ ἡ ἐν τῆς γῆς ἀνερχομένη, ἐρανὺς καὶ ἐρινύς· καταχθονία γὰρ ἡ δαίμων. ἢ παρὰ τὸ τὰς ἀρὰς ἀνύειν, οἱονεὶ ἀρανύς τις οὖσα καὶ ἐρινύς, ἡ τὰς ἀρὰς m) ἀνύουσα καὶ ἐκτελοῦσα. ἢ παρὰ τὸ ἐρι καὶ τὸ ἀνύειν, ἡ μεγάλως ἀνύουσα. ἢ παρὰ τὸ ἐλινύειν, τὸ ἡσυχάζειν, γέγονεν ἐλινὺς καὶ ἐρινύς, ἡ ἡσυχάζουσα, κατὰ ἀντίφρασιν, τουτέστιν ἡ μὴ ἡσυχάζουσα. Quin si admittenda sit postrema etymologia, nihil exigit ut exponatur per antiphrasin; sed potius eodem

---

f) Eustath. ad Il. III. v. 385. p. 427, 38.

g) Eustath. ad Od. XVI, v. 11.

h) Aesch. Agam, v. 58.

i) imo Orpheo Argon. v. 1169.

k) Etym. M. p. 374, 2.

l) Exciderunt haec: ἤγουν τῶν εἰς τοὺς γονεῖς ἁμαρτημάτων.

m) Inserenda ἢ τὰ αἴσια. *) Cum alibi, tum p. 564. Frcft.

sensu quo ὑστερόπους Ἐριννύς dicitur nostro in Agamemnone v. 58, et Horatio, *pede poena claudo* n). Vide et quae ad Sept. contra Theb. v. 797.]

v. 516. *ΤΟΥΤΩΝ ΑΡ' Ο ΖΕΥΣ.* Lege cum interrogatione.

v. 517. *ΟΥΚΟΥΝ ΑΝ ΕΚΦΥΓΟΙ.* Pythagoreorum opinio, qui Deum Fato subiiciebant; Deum, i. e. divinam providentiam, vel fortunam. Inde Stoici hanc partem praecipue fovebant. Adi sis Lipsii Manuduct. ad disciplin. Stoicam. Physiol Stoic. Dissert. XII. Hinc poetica verborum pompa Horat. Od. I. 35.

Te semper anteit saeva Necessitas
Clavos trabales et cuneos manu
Gestans ahena: nec severus
Uncus abest liquidumque plumbum.

Et Od. III. 24.

Si figit adamantinos
Summis verticibus dira Necessitas
Clavos, non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.

[Euripides in Hecuba leges supra Deum statuit. v. 795.

Ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι, κἀ κείνων κρατῶν
Νόμος.

Et Plato in Protagora o) Necessitati ne Deos quidem ipsos pugnare asserit.]

v. 525. *ΜΗΔΑΜ' Ο ΠΑΝΤΑ.* [Ita Herodotus plus semel, μηδαμά et οὐδαμά. Demosth. οὐδαμοί pro οὐδένες p).] Garb. *Minime Iupiter omnia administrans indat animo meo vim rebellem.* Quod vix mihi probatur; ut nec metri ratio in Editione Canteri.

[v. 527. *ΑΝΤΙΠΑΛΟΝ.* Vide quae ad Sept. Theb. v. 423.]

[v. 528. *ΕΛΙΝΥΣΑΙΜΙ.* *Cessarim* nos: sed cogita.]

[v. 530. *ΠΟΤΙΝΙΣΣΟΜΕΝΑ.* Homer. Il. Ι', 381.

Οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσσεται.]

v. 535. *ΜΗΠΟΤ' ΕΚΤΑΚΕΙΗ.* Schol. Α'. μηδέποτε πληρωθείη. Sensus videtur requirere μηδέποτε μὴ πληρωθείη.

[v. 539. *ΑΛΔΑΙΝΟΥΣΑΝ.* Hesych. Ἀλδαίνει· αὔξει. Noster Sept. Theb. v. 12.

Βλάστημον ἀλδαίνοντα σώματος πολύν.]

---

n) Horat. Carm. III, 2, 31. o) Plat. Protag. p. 818. A. Steph.
p) cf. Brunck. ad Aesch. Pers. 429. et Indic. Graec. Herod. Wessel.

v. 547. *ΑΧΑΡΙΣ ΧΑΡΙΣ.* Iulian. Aegypt. in Anthologia, p. 307. q)

Ἢ μερόπων ἀχάριστον ἀεὶ γένος, εἴγε Προμηθεὺς
Ἀντ' εὐεργεσίης ταῦθ' ὑπὸ χαλκοτύπων.

[Suidas *Ἄχαρι· χαλεπόν, κακόν. Ἀρριανός· Ὁ δὲ πίστιν ἔδωκε τοῖς κατοικοῦσι, μηδὲν ἄχαρι πείσεσθαι ἐκ βασιλέως. Καὶ αὖθις· οὐδὲν πείσεσθαι ἄχαρι πρὸς αὐτῶν.* Interpres: *Ἄχαρι, ingratum i. e. non gratum, iniucundum, molestum, malum:* Arrianus: *Ille vero fidem incolis dedit, fore, ut nihil mali a Rege paterentur.* Suidas iterum: *Ἄχαρι, λυπηρόν. Molestum, grave, malum.*]

v. 550. *ΟΛΙΓΟΔΡΑΝΙΗΝ.* Hesych. *Ὀλιγοδράνος[αντής] ὀλίγον ἰσχύων, ὀλίγον δυνάμενος.*

Ibid. *ΑΚΙΚΥΝ.* Hesych. *Ἄκικυς· ἀσθενής, ἀδύνατος.*

v. 551. *ΙΣΟΝΕΙΡΟΝ.* Eurip. de imbelli Oedipo, Phoeniss. v. 1713.

—— ὥστ' ὄνειρον ἰσχὺν ἔχων.

[Videtur Aeschylus ex Homer. Il. *X'*. 199. hanc imaginem depromsisse, quem locum sic reddit Virgil. Aen. XII. 908.

Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmur, et in mediis conatibus aegri
Succidimus, non lingua valet, non corpore notae
Sufficiunt vires, nec vox nec verba sequuntur.]

[v. 553. *ΤΑΝ ΔΙΟΣ ΑΡΜΟΝΙΑΝ.* Supplic. v. 1048.]

v. 554. *ΠΑΡΕΞΙΑΣΙ.* Garb. *praetereunt.* Quod non probo. [Nos *antevertunt:* sed cogita. Hesiod. Theogon. v. 612.

Ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον, οὐδὲ παρελθεῖν.

Noster in Supplic. v. 1056.

Διὸς οὐ παραβατά ἐστιν μεγάλα
Φρὴν ἀπέρατος.

Homer. Odyss. *E'*. 103.

Ἀλλὰ μάλ' οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο
Οὔτε παρὲξ ἐλθεῖν ἄλλον θεόν, οὔθ' ἁλιῶσαι.]

v. 557. *ΔΙΑΜΦΙΔΙΟΝ ΜΕΛΟΣ.* Hesych. *Διαμφέδιον μέλος, ἀλλοῖον, διαπαντὸς κεχωρισμένον· ἀμφὶς γὰρ χωρίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ.* [Nos: *discrepans;* cogita.]

v. 560. *ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΝ.* Garbit. *iisdem parentibus progenatam.*

[v. 561. *ΕΔΝΟΙΣ ΗΓΑΓΕΣ ΗΣΙΟΝΗΝ.* Sic Apollon. II. 237.

η) Anal. Brunck. II, 498.

Κλειοπάτρην ἔθνοισιν ἐμὸν δόμον ἦγον ἄκοιτιν.

Ἔθνον est, opinor, forsan ab אתן Ethnan, Ebraeis amoris pretium. Hesych. *Ἔθνα· φερνή, τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα.* Hesionen uxorem Promethei praeter Aeschylum nemo facit.]

IV.

v. 564. *ΕΝ ΠΕΤΡΙΝΟΙΣΙ.* Caucasus adeo petrosus ut *scopuli Caucasi* in proverbium abierint.

v. 565. *ΧΕΙΜΑΖΟΜΕΝΟΝ.* Seneca in Medea, v. 708.

Quae fert opertis hyeme perpetua iugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei.

[v. 569. *ΧΡΙΕΙ.* Hesych. *Ἔχρισεν· ἐκέντησεν.*]

v. 570. *ΓΗΓΕΝΟΥΣ, ΑΛΕΥ' Ω ΔΑ.* Deleto hypostigmate leg. *γηγενοῦς ἄλευ' ὦ δᾶ.* [*O terra spectrum Argi move.* Vult Iun, non tantum quatenus vacca erat, oestro, sed et umbra Argi caesi exagitatam. Ovid. r)

Horriferamque oculis animoque obiecit Eriunyn,
Pellicis Argolicae, stimulosque in pectore caecos
Condidit, et profugam per totum terruit orbem.

Hesych. Ἄλευε· φύλαξε[αι]. Etymolog. s) Ἀλευάδα, εἴρηται ὡς τὸ φεύδα. *Οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν γῆν δᾶν λέγουσι καὶ δίαν, ὡς καὶ τὸν γνόφον δνόφον· φεύδα οὖν, φεῦ γῆ, οὕτως οὖν καὶ τὸ ἀλευάδα, ἀλέου δᾶ, τοῦ δᾶ ἀντὶ τοῦ γῆ κειμένου.*]

[v. 571. *ΜΥΡΙΩΠΟΝ ΒΟΥΤΑΝ.* Nicephorus in Synes. de insomn. p. 402. *Βούταν δὲ καλεῖ τὸν πανόπτην Ἄργον ὁ τραγικὸς Αἰσχύλος, ἢ ὡς βούκολον, ὡς ἐπιστατοῦντα καὶ ἑπόμενον τῇ Ἰοῖ τῇ θυγατρὶ τοῦ Ἰνάχου· φέρει γὰρ αὐτὴν λέγουσαν οὕτωσί· φοβοῦμαι τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν.* Caeterum mille ei oculos tribuit Aeschylus, Ovidius non nisi centum, Metam. I. 625.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.

Ita et Claudianus, de laud. Stilich. I. 312.

Argum fama refert centeno lumine cinctum
Corporis excubiis unam servasse iuvencam.

Vide plura in Supplic.]

[v. 575. *ΚΥΝΗΓΕΤΕΙ.* Mox, v. 679.

— *πυκνοῖς*
Ὄσσοις δεδορκὼς τοὺς ἐμοὺς κατὰ στίβους.

Inde Scholiastes Homeri in Od. K'. Argum. *πολυόμματον τινα* vocat t).]

---

r) Ovid. Metam. I, 725.
s) Etymol. M. p. 60, 8.
t) Eustath. ad Il. II, 103. p. 182, 31. *πολυωπόν.*

v. 576. *ΚΗΡΟΠΛΑΣΤΟΣ ΔΟΝΑΞ.* Scholiastes *A'.* *σύριγγα* interpretatur, fide optima. Schol. *B'.* *αὐλόν*, minus recte. *Αὐλός* enim, *tibia*, unico constabat calamo, *σύριγξ*, *fistula*, vero e plurimis calamis cera iunctis: in tibia tibicen occlusis omnibus aliis foraminibus unum solum aperit, per quod spiritus efflatur; in fistula vero moderator reliquos omnes calamos liberos relinquit et apertos, et illi tantum labra admovet per quem spiritum velit emitti, semperque desultorie ab alio ad alium calamum resilit, prout musices et harmoniae ratio postulat. Syringis compositionem habemus apud Pollucem IV. 9. et Achill. Tat. Clit. et Leucip. VIII. p. 475. [Virgil. Ecl. II. 32.

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit.]

[Ibid. *ΚΗΡΟΠΛΑΣΤΟΣ.* Schol. *A'.* *Ἀλλ' οὐκ ἐμοὶ διὰ τὸ νηστεύειν.* Quid hoc? imperfectum videtur.]

[v. 578. *ΠΛΑΝΟΙ.* f. *Πλάναι*, ut postea 587.]

[v. 583. *ΠΑΡΑΚΟΠΟΝ.* Geoponicῶν Auctor XVII. 7. *Ὅτι ἔκφρονας τοὺς βοῦς οἱ μύωπες κεντοῦντες ποιοῦσιν, ἴσμεν.*]

[v. 584. *ΠΥΡΙ ΦΛΕΞΟΝ Η ΧΘΟΝΙ ΚΑΛΥΨΟΝ.* Ritus funerandi.]

v. 590. *ΚΛΥΕΙΣ ΠΡΟΣΦΘΕΓΜΑ ΤΑΣ ΒΟΥΚΕΡΩ ΠΑΡΘΕΝΟΥ.* Exigit metri ratio ut legamus

Κλύεις πρόφθεγμα βούκερω τᾶς παρθένου;

[v. 591. *ΟΙΣΤΡΟΔΙΝΗΤΟΥ.* At Supplic. v. 582. *οἰστροδόνητον* dicit. Sophocles in Electra, v. 5.

Τῆς οἰστροπλῆγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης.]

[v. 595. *ΕΜΟΥ ΠΑΤΡΟΣ.* *Ἰνάχου.* v. 592. Apollodorus II. 1. alios Iasi, alios Pirenis, tragicorum autem plurimos Inachi filiam fuisse velle, significat. *Κάστωρ δὲ ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα, καὶ πολλοὶ τῶν τραγικῶν Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσιν.*]

v. 600. *ΚΕΝΤΡΟΙΣΙ ΦΟΙΤΑΛΕΟΙΣΙ.* Moschus Idyll. II. 46. de eadem:

Φοιταλέη δὲ πόδεσσιν ἐφ' ἁλμυρὰ βαῖνε κέλευθα.

Hesych. *Φοιταλέος· παράκοπος, μανιώδης.* Nempe *ἀπὸ τοῦ φοιτᾷν*, quod inter alia *furere* significat. Idem, *Φοιτᾷ· βαδίζει, μαίνεται;* unde etiam *φοῖτος furor* est, ut veteres Grammatici notarunt. Eustath. ad Iliad. *E'.* p. 585. *Ὡς τὸ ἐνθουσιωδῶς ὁρμᾷν καὶ μαίνεσθαι φοιτᾷν ἐλέχθη, ὅθεν καὶ φοῖτος ἡ μανία, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί.* *Φοιτᾷν* igitur veteribus Graecis *furere*, et *φοῖτος furor*; unde ubi nos legimus in Septem ad Theb. v. 667.

Ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν τύφῳ φρενῶν,

legit codex Arund. *οὐν φοίτῳ*, et expositione interlineari *μανίαν* reddit. Quidni igitur *φοιταλίος furialis*, et *κέντρα φοιταλία stimuli furorem excitantes*, furibundam efficientes? Sed et ex huius significationis vera origine est quod rei praesenti illustrandae addi potest. Ideo enim *φοιταλέοι* furibundi dicti, quod, qui tales sunt, huc atque illuc frequenter ire, redire, et cum impetu soleant, quod est *φοιτᾶν*. Homerus de Marte, Iliad. *E*'. 594.

Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα,
Φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν πρόσθ' Ἕκτορος, ἄλλοτ' ὄπισθε.

Ubi notat Eustathius [u]), Homero et Hesiodo *φοιτᾶν* idem esse quod *ὁρμᾶν*, et cum furorem simul cum impetu denotet, Marti esse *οἰκειότατον*, qui adversus Graecos adeo furibunde et cum impetu ferebatur. Planius adhuc id quod volumus expressit Sophocles de Aiace, v. 59.

Ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
Ὠιζυρὸν ——

quibus verbis hominem depingit furiali more grassantem, et huc atque illuc ovium gregem persequentem; qualis Io haec. *Κέντρα* igitur *φοιταλέα* sunt *stimuli dementantes et furorem incientes*, adeoque furentium more huc atque illuc itare, procedere, regredi, grassari cogentes. Ita Lycophron *φοιτάδα* dixit v. 615.

[v. 603. *ΕΠΙΚΟΤΟΙΣΙ ΜΗΔΕΣΙ ΔΑΜΕΙΣΑ.* Sic Nicander Theriac. v. 363.

—— *τὰ δ' ἄλγεα φῶτα δαμάζει.*

Et mox, v. 382.

—— *ὑπὸ χρυμοῖο δαμέντων.*

Virg. Georg. III. 538.

—— acrior illum
Cura domat.

V. Cl. Germanus Valens Guellius in Virgilium haec annotavit.]

v. 611. *ΟΥΚ ΕΜΠΛΕΚΩΝ ΑΙΝΙΓΜΑΤΙ.* An quia prophetiae aenigmatice reddi solebant? Clem. Strom. V. p. 287. *Οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν εἶναι συνεδόκει καὶ Πλάτωνι. Ἐντεῦθεν αἱ προφητεῖαι οἵ τε χρησμοὶ λέγονται δι' αἰνιγμάτων.* Aenigma sermo obscurus, intellectu difficilis. Noster Supplic. v. 473. *αἰνιγματῶδες τοὔπος.* Hesych. *Αἰνιγματωδῶς· δυσχερῶς, ἀσυμφώνως.* Plato epist. ad Dionys. II. p. 312. *Φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν· ἵν' ἄν τι ᾖ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ.* Hinc. I. Cor.

u) Eustath. p. 585, 12.

XIII. 12. *Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι.* [Non abludit ab hoc loco Virgilianum illud Aen. I. 345.

—— longa est iniuria, longae
Ambages, sed summa sequar fastigia rerum.]

[Ibid. *ΑΠΛΩι ΛΟΓΩι.* Suidas. *Ἁπλῷ λόγῳ τῷ χωρὶς προσθήκης· καὶ ἁπλῶς παρὰ Ἀριστοτέλει λέγεται, ὃ χωρὶς προσθήκης λεγόμενον, ἀληθές ἐστιν.* Portus, Interpres: *Ἁπλῷ λόγῳ. Simplici oratione; oratione quae est sine actione*, conditionis aut rationis alicuius. *Apud Aristotelem vero ἁπλῶς, i. e. simpliciter, dicitur, quod sine adiectione dictum, est verum.* Huic opponitur *σύνθετος λόγος*, v. 687.]

v. 614. *Ω KOINON.* Garb. *O adiumentum commune hominibus declarate!*

[v. 616. *APMOI.* Citat hunc locum Tzetzes ad illum Lycophronis v. 106. *Θύσῃσιν ἁρμοῖ μηλάτων ἀπάργματα.* Hesych. *Ἁρμοῖ· ἀρτίως, ἡσυχῇ, ἐξαίφνης, προσφάτως.* Ubi Ios. Hill. „Vox Syriaca aut Dorica existimatur, quam spiritu tenui scribi contendit Theocr. Schol. Idyll. IV. 51.

Ἁρμοῖ μ' ὧδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν.
Modo hic me sauciavit sub malleolo.

Schol. *Εἰ μὲν ψιλοῦται, τὸ ἀρτίως καὶ νεωστὶ σημαίνει· εἰ δὲ δασύνεται, τὸ ἡρμοσμένως.*"]

v. 619. *EN ΦΑΡΑΓΓΙ.* Garbit. *in valle ista.* perperam.

Ibid. *ΩΧΜΑΣΕ.* Euripides apud Eustath. Il. *M.* [x] p. 904.

Μέσον μ' ὀχμάζεις ὡς βάλῃς ἐς Τάρταρον.

Hesych. *Ὀχμάζει· συνέχει, κατέχει, πιέζει.*]

v. 620. *BOYΛΕΥΜΑ.* Et in Prometheo soluto, interprete Attio, Tusc. Quaest. II. 10.

Saturnius me sic infixit Iupiter,
Iovisque numen Mulcibri adscivit manus.

Apollodor. I. 7. *Ὡς δὲ ἤσθετο Ζεύς, ἐπέταξεν Ἡφαίστῳ τῷ Καυκάσῳ ὄρει τὸ σῶμα αὐτοῦ προσηλῶσαι.*

v. 622. *TOΣOYTON.* Garb. *Tantum duntaxat tibi enarrare possum.*

[v. 625. *TO MH MAΘEIN.* Agamemn. v. 259.

Τὸ δὲ προκλύειν,
Ἐπεὶ γένοιτ' ἂν ἡ λύσις, προχαιρέτω.
Ἴσον δὲ τῷ προστένειν.
Ipsum autem praescire
Cum evitare non liceat, valeat:
Quippe idem est ac ante tempus ingemiscere.

---

x) Eustath. ad Il. XII, 258. p. 904, 6. coll. 998, 15. Eurip. Orest. 264.

Porro Epicureum esse dogma vult Scholiastes A'. quo tollitur divinatio.]

v. 626. *ΜΕΛΛΩ ΠΑΘΕΙΝ.* Phrynichus in eclog. y) p. 68. *Ἔμελλον γράψαι· ἰσχάτως βάρβαρον ἡ σύνταξις αὕτη.* et alibi, p. 60. *ἔμελλον ποιῆσαι, ἔμελλον θεῖναι· ἁμαρτήματα τῶν ἰσχάτων εἴ τις οὕτω συντάττει.* In summo igitur errore versari, et prorsus barbare loqui putat doctissimus Grammaticus, quisquis infinitivum tale, quale *γράψαι, ποιῆσαι, θεῖναι*, cum verbo *μέλλω* coniungit. Quidni igitur barbarus audiat Aeschylus noster, qui *μέλλω παθεῖν* infinitivo aoristi temporis dixit? idque contra regulam ab eo Critico clare traditam. *Τετήρηται γὰρ ἢ τῷ ἐνεστῶτι συνταττόμενον, ἢ τῷ μέλλοντι· οἷον ἔμελλον ποιεῖν, ἔμελλον ποιήσειν· τὰ δὲ συντελικὰ οὐδένα τρόπον ἁρμόσει τῷ ἔμελλον.* Post Phrynichum observavit Thomas Magister z) *μέλλω* cum aoristo etiam coniungi posse, sed non sine addita particula *ἄν*, quae facit ut praeteritum pro futuro sumatur; et cum alios, qui sine hac particula scribunt, errare doceat, Aeschylum tamen hoc loco sine ea usurpantem in hunc modum excusat, *εἰ καὶ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ διὰ τὸ μέτρον ἀναγκασθεὶς ἐπὶ παρῳχημένου ἅπαξ εἶπε, λέγων,*

Μή τι με κρύψῃς τοῦθ' ὅπερ μέλλω παθεῖν.

νουμένου ἔξωθεν τοῦ ἄν. Idem etiam observat et apud Platonem eodem modo usurpatum, quem alio modo excusare conatur, sc. ab errore transcriptorum. *Εὕρηται δὲ καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῇ τοῦ Σωκράτους ἀπολογίᾳ, Οὐδ' εἰ πολλάκις μέλλω τεθνάναι· ὅπερ μοι δοκεῖ ἁμάρτημα τῶν γραφέων εἶναι, διὰ τοῦ* (scribe *διὰ τὸ*) *μηδαμοῦ ἑτέρωθι τῶν αὐτοῦ λόγων τοῦτο εὑρίσκεσθαι.* Quod autem Aeschylum ita usurpasse velit tanquam metri necessitate coactum, est a veritate alienum, cum metri ratio constiterit, si *ὅ γ' ἄν* pro *ὅπερ* legas. Quod ad Platonem vero attinet, quem nunquam alibi ita locutum esse asserit, atque inde scribarum errorem esse tradit, aliter nos docet Lecapenus in *Ἐπιμερεσίαις* nondum editis, *μέλλω ποιεῖν, καὶ ποιήσειν· ἀλλὰ καὶ ἀορίστῳ, ὡς παρὰ Πλάτωνι, μέλλω συγγνωσθῆναι* a). Bis igitur apud Platonem habemus: apud Thucyd. semel, V. 98. *τοὺς μὲν ὑπάρχοντας πολεμίους μεγαλύνετε, τοὺς δὲ μηδὲ μελλήσοντας γενέσθαι ἄχοντας ἐπάγεσθε.* Ante hos omnes Hesiodus Theogon. v. 478.

Ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι
Ζῆνα μέγαν ——

[v. 629. *ΦΘΟΝΟΣ ΜΕΝ ΟΥΔΕΙΣ.* Sept. Theb. v. 242.

Οὔ τι φθονῶ σοι.]

---

y) Phrynich. p. 336. Lob. z) Thom. Mag. p. 606. Bern.
a) vid. Lobeck. Parerg. ad Phryn. p. 745.

[v. 630. *ΜΑΣΣΟΝ ΩΣ. Μᾶλλον ἤ.*]

v. 637. *ΚΑΣΙΓΝΗΤΑΙΣ ΠΑΤΡΟΣ.* Inachus enim Oceani filius.

v. 638. *ΩΣ ΑΠΟΔΥΡΕΣΘΑΙ.* Forsan *ὡς κἀποδύρεσθαι*, metri gratia.

[v. 641. *ΑΠΙΣΤΗΣΑΙ.* Hesych. [b]) *Ἄπιστεῖ· ἀπειθεῖ. Σοφοκλῆς Τρωΐλῳ.*]

[v. 645. *ΠΡΟΣΕΠΤΑΤΟ.* Advolavit, accidit. v. 557.

Τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα
Τόδ' ἐκεῖνό θ'.]

[v. 646. *ΟΨΕΙΣ ΕΝΝΥΧΟΙ.* Virg. Georg. I. 477.

—— Simulacra modis pallentia miris
[v. 687. *ΣΥΝΘΕΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ.* Sensu sequiori, ut Antipho de nece Herodis p. 132. *Οὗτοι ἐξ ἐπιβουλῆς συνέθεσαν ταῦτα.* Homer. Odyss. Σ'. 281.

—— *θέλγε δὲ θυμὸν*
Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα.
—— Mulcebat animum
Placidis verbis, mens autem eius alia cogitabat.

---

1) Etym. M. p. 398, 37. εὔστειπτον, εὖ πεπλυμένον e. q. s.

Ad quem locum V. Cl. D. Iacobus Duportus in Gnomolog. Homerica. „Theogn. u) *Ὅς κ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷστα, φρονέῃ δ' ἕτερα. Fistula dulce canit*, etc. Homer. Odyss. *P'*. x)

Ἐσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον.

Bona loquentes, mala autem in mente profunde cogitabant.

Haec ille.]

v. 692. *ΨΥΧΕΙΝ ΨΥΧΑΝ ΕΜΑΝ.* Eustath. de amore Ismeniae et Ismenes VII. p. 253. *Ὢ ζέσις ψυχῆς ἐκείνης τὰς ἡμετέρας ταύτας παντελῶς καταψύχουσα.* Opponitur ibid. p. 238 *Ὢ καρδίας παραψυχὴ καὶ ψυχῆς παραμύθιον.*

[Ibid. *ΨΥΧΕΙΝ ΨΥΧΑΝ. Contristare animum.* Laetantis quippe cor dilatatur, et sic spiritus cum calore moderato et blando in omne sparguntur corpus: quod et *ἰαίνεσθαι* dicitur, ab *ἰάω* calefacio, sano, sc. teporari vel intepescere laetitia. Aristot. de animalium incessu c. 8. *Ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ τῇ νοήσει καὶ τῇ φαντασίᾳ αὐτῶν θερμότης καὶ ψύξις.* Notat haec V. Cl. Ierem. Hoelzlinus in Apollon. Argonaut. II. 741.

[v. 694. *ΠΡΑΞΙΝ.* Hesych. *Πρᾶξις, βίος.* Interdum ut hic, pro molesto labore. Vide quae supra annotata sunt ad v. 49.]

[v. 697. *ΤΙ.* Cod. Arundel. *τοὶ*, quod magis probo ob metri rationem.]

v. 704. *ΣΥ Δ' ΙΝΑΧΕΙΟΝ ΣΠΕΡΜΑ.* Sophocles, in Aiace Mastigoph. v. 1402. *σπέρμα Λαρτίου*, et v. 1302. *Ἀτρεὺς δ' ὃς σ' ἔσπειρε.* Eurip. Phoeniss. v. 22. *Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα.* Hunc locum citat Stephanus Byzant. in voce *Ἰταχία*, ubi perperam legitur *Οἵ τε* pro *Σὺ δ'*.

[v. 705. *ΘΥΜΩι ΒΑΛ'*. Homericum. Virgil. Eclog. III. 54.

Sensibus haec imis, res est non parva, reponas.]

[v. 706. *ΠΡΩΤΟΝ.* Hic incipit secunda pars peregrinationis Ius. Notanda est insignis hallucinatio viri longe doctissimi Iosephi Scaligeri, in notis Eusebianis p. 258. *Ἐν τῇ βίβλῳ τῆς Σώθεως. Σῶθιν*, inquit, *τὴν Ἰὼ Ἰνάχου vocabant Aegyptii, item Σωθιακὴν περίοδον, Ἰοῦς sive Isidis peregrinationem, quae etiam refertur a Prometheo apud Aeschylum. Videtur Aegyptii annorum suorum certissimam epocham ἀπὸ τῆς Σωθιακῆς περιόδου petivisse, ut manifeste colligitur a Clemente Alexandrino; neque dubito τὴν Σωθέως βίβλον τοῦ Μανέθω eodem initio regum suorum dynastias deduxisse; apud Vettium Valentem Antiochenum Σιὴθ ex libris Petosiris non Σῶθις dicitur.* Haec ille. Sed vehementer errat vir magnus: quippe Sothiaca periodus nihil aliud est quam Cyclus canicularis

---

u) Theogn. v. 93. x) Hom. Od. XVII, 66.

Σῶθις canis stella: Porphyr. de antro Nymph. γ) Πρὸς γὰρ τῷ Καρκίνῳ ἡ Σῶθις, ἣν Κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνές φασι. Orus Apollo, c. III. Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἀστήρ, Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστροχύων. Atque hinc in veteri inscriptione apud Diod. Sic. I. 27. Isis de se ipsa ait: Ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα. Quin ut redeamus ad rem, Ioven ferebant antiqui totam τὴν οἰκουμένην peragrasse. Ovid. Metam. I. 727.

—— profugam per totum terruit orbem.

Clem. Alexandr. Strom. I. p. 139. Ἶσιν δέ, τὴν καὶ Ἰώ, φασὶν διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν διὰ πάσης τῆς γῆς πλανωμένην. Atque ita haec peregrinatio isthaec describitur Aeschylo. Ex Argis ubi degebat Inachus progressa est ad Cenchrem, v. 677, Argiae, ut Scholiastae A. placet. Inde ad Lernam fontem, v. 683, in Laconica regione Exinde in Epirum, nempe ad Molossiam, v. 828, Dodonam, v. 829, Thesprotiam, v. 830; atque hinc ad Rheae sinum, v. 836; qui ex eo tempore dictus est Ionius, v. 839. Dein retrovaga, v 887, per Illyridem progreditur (Apollodorus II. 1. διὰ τῆς Ἰλλυρίδος πορευθεῖσα), Haemum transcendit (Apollod. ibid. καὶ τὸν Αἷμον ὑπερβάλλουσα), et ad extremas Europaeas partes, versus septemtrionem, ubi vinctus erat Prometheus, v. 1, pervenit. A quo itineris quod reliquum erat edocta est, v. 705. Mox versus ortum iter deflectens, v. 706, accessit ad Scythas Nomadas, v. 708; quibus tamen, ex Promethei monitu, evitatis, v. 711, et et Chalybibus, v. 714, qui ad sinistrum habitabant, v. 713, pervenit ad Araxin Europae fl., quem tamen non est; erat enim eo loci difficilis vadatu, v. 712; do ortum pervenisset, v. 718, a quo defertur iste flu et monte transcenso versus meridiem contend ad Amazonas, v. 721. Quae postea Themiscyra gionem, ad Thermodontem fluvium, et Salmyde incoluere, v. 723. A quibus deducta, v. 727 Maeotidem et Isthmum Cimmericum tandem per angustias Maeoticas transiit, quae inde Bosporus dictae, v. 730; et ex Europa penetravit in Asiam, v. 733. Cum tra-iecisset Bosporum Cimmericum, in Scythiam Asiaticam de-lata est, ad quam omnino pertinere videtur Cisthene vel Scy-thine illa, cuius mentionem facit Aeschylus, v. 792; licet Phorcydes et Gorgones ibi collocet, v. 793 et v. 798. De hac etiam Scythia Apollodorum interpretor, qui ait, II. 1. λέγει τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον· (quod tamen falsum, nam de Bosporo Cimmerico, non Thracio, consentiunt auctores, vide quae ad v. 731.)

γ) Porph. Antr. Nymph. cap. XXIV. p. 22. v. Goens.

ἐπελθοῦσα δὲ εἰς τὴν Σκυθίαν καὶ τὴν Κιμμερίδα γῆν κ. τ. λ. Sunt enim Cimmerii, Ptolemaeo et Herodoto [z]), circa Colchidem in Scytharum regione. In Asiatica itidem Scythia degebant Arimaspi et Gryphes, a quibus Ionem ut caveret monuit Prometheus, v. 803, 804; habitantes iuxta Plutonis laticem aurifluum. Qui tamen fluvius geographis nondum innotuit. Ad Asiam minorem tandem deflexisse discimus ex alia Aeschyl fabula, nempe ad Phrygiam, Supplic. v. 557; Mysiam, v. 558 Lydiam, v. 559; Ciliciam, v. 560; Pamphyliam, v. 561; mox ad Phoeniciam, v. 564; atque ita ex Syria in Africam. In Africam perveniens ad Aethiopas contendit, Prometh. v. 807 et ad fluvium cognominem, qui Aethiops vel Niger dictus v. 808. Huius iuxta ripas progressa, donec ad ultimum cataractum pervenisset, v. 810, ubi Niger Nili nomen obtinere incipit, v. 811, iuxta Nilum contendens ad Delta pervenit v. 812; denique ad Canobum, v. 845.]

v. 707. *ΣΤΡΕΨΑΣΑ ΣΑΥΤΗΝ.* Namque ad extremas partes septentrionis pervenisse supponitur.

Ibid. *ΑΝΗΡΟΤΟΥΣ ΓΥΑΣ.* Herodotus, IV. 19. οὔτε σπείροντες οὐδέν, οὔτε ἀροῦντες.

v. 708. *ΟΙ ΠΛΕΚΤΑΣ ΣΤΕΓΑΣ ΝΑΙΟΥΣ'.* Herodotus φερεοίκους appellat, IV. 46. Strabo ἁμαξοίκους XI. p. 49 Hor. Od. III. 20. [a])

Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.

[Herodotus [b]) tamen locat Scythas νομάδας ad orientem proximos Scythis γεωργοῖς. Strabo etiam in prima Asiae parte a septentrionem ponit Σκυθῶν νομάδας τινὰς καὶ ἁμαξοίκους. Quin Nomades seu Hamaxobios in Sarmatia Europaea, non Asiatica statuit Ptolemaeus, quod cum Aeschylo nostro potissimum quadrare videtur. Mela tamen II. 1. *Sauromatae qui, quia pro sedibus plaustra habent, Hamaxobii dicti,* Maeotidem ambire affirmat. Ut in utraque Sarmatia ab eo statuantur. Porro ita describuntur Scythae Europaei ab Herodoto IV. 46. *Τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες πάντες ἔωσι ἱπποτοξόται.* Sunt autem πλεκταὶ στέγαι casae. Isidorus Origin. XV. 2. *Casa est agreste habitaculum palis, virgultis, arundinibusque contectum.* Auctor Pervigilii Veneris. v. 6.

Implicat casas virentes de flagello myrteo.]

v. 709. *ΝΑΙΟΥΣ' habitant.* Tertull. contra Marcion. I. *Gentes ferocissimae inhabitant, si tamen habitatur in plaustro.*

[Ibid. *ΟΧΟΙΣ.* Hesiodus [c]) apud Strabonem VII. p. 30

---

z) Herod. IV, 11 sq.

a) Hor. Carm. III, 24, 10.

b) Herod. IV, 19.

c) Hesiod. fragm. XVI. Gaisf. (Strab. VII. p. 456.)

Πλαστοφάγων εἰς γαῖαν, ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων.

Huc referenda proverbialis illa locutio apud Tertullianum contra Marcionem, I. 1. *Hamaxobio instabilior.* Porro et alterum illud de Scythis proverbium, de quo supra, v. 2. *Σκυθῶν ἐρημία*, huc videtur trahi a nonnullis. Mich. Apostol. XVII. 47. *Σκυθῶν ἐρημία. Παρόσον οὐκ εἰσὶ γῆς ἐγκρατεῖς, ἀλλ' ἀεὶ φεύγουσι τὴν οἰκείαν. Propterea quod dominio terram non possideant, sed semper propriam fugiant.*]

[v. 710. *ΤΟΞΟΙΣΙΝ ΕΞΗΡΤΗΜΕΝΟΙ.* Schol. *Α'. τοὺς ὤμους δηλονότι.* Suppar Hellenismus aut synecdoche, Horat. Sat. I. 6. d)

Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto.]

[v. 711. *ΑΛΙΣΤΟΝΟΙΣ. Fluctuum verberatione resonantibus.* Vox a Lexicographis praetermissa.]

[v. 713. *ΣΙΔΗΡΟΤΕΚΤΟΝΕΣ.* Apollonius Argonaut. II. 374.

—— μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν
Τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν,
Ἐργατίναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

Ubi interpres Graecus: *Οἱ δὲ Χάλυβες ἔθνος Σκυθικόν, μετὰ τὸν Θερμώδοντα, οἱ μέταλλα σιδήρου εὑρόντες μοχθοῦσι περὶ τὴν ἐργασίαν.* Apollon. Argonaut. II. 1003.

Νυκτὶ δ' ἐπιπλομένῃ Χαλύβων παρὰ γαῖαν ἵκοντο,
Τοῖσι μὲν οὔτε βοῶν ἄροτος μέλει, οὔτε τις ἄλλη
Φυταλιὴ καρποῖο μελίφρονος, οὐδὲ μὲν οἵγε
Πολμίνας ἐρσήεντι νομῷ ἔνι ποιμαίνουσιν·
Ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα ταμνόμενοι,
Ὧνον ἀμείβοντες βιοτήσιον, οὐδέ ποτέ σφιν
Ἠὼς ἀντέλλει καμάτων ἄτερ, ἀλλὰ χελαινῇ
Λιγνύϊ καὶ καπνῷ κάματον βαρὺν ὀτλεύουσι.]

v. 715. *ΑΝΗΜΕΡΟΙ.* Valer. Flaccus, Argonaut. IV, 610.

Non ita sit metuenda tibi, saevissima quamquam,
Gens Chalybum. ——

[v. 716. *ΥΒΡΙΣΤΗΝ ΠΟΤΑΜΟΝ.* Flumen hoc Araxem appellatum fuisse, utpote cui *ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν* nomen inditum, quem *ὑβριστὴν οὐ ψευδώνυμον* dicit Aeschylus, in paronomasiis valde frequens, consentiunt omnes. Cum vero Araxis nomen a veteribus varie acceptum fuerit, et diversis fluminibus attributum, quo fit ut maximam geographiae obscuritatem adtulerit, dum locis valde inter se distantibus describatur, quis sit iste Araxes quem velit Aeschylus, difficil-

---

d) Hor. Sat. I, 6, 74.

Araxi, insigni illo Armeniae fluvio, , nullo modo intelligi potest. Eustasin, v. 739. de Araxi Massagetico ac- τῶ τούτου Ἀράξου, inquit, μέμνηται καὶ καὶ ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν καλεῖσθαι etarum terminum faciunt Dionysius raxim descripsit, Herodotus e); unde m intellexerit Herodotus, licet eum guat Dionysius, observat vir doctissimus Is. Vossius in Melam, III. 5. Sed neque de Oxo, qui Bactrianam a Sogdiana dirimit, commode accipi potest Aeschylus, cum nondum in ἤπειρον Ἀσιάδα penetrasse Ionem constat ex iis quae dicuntur v. 734. Investigandum itaque erit flumen aliquod, cui nomen Araxes, cuius et fontes in Europa, et mons aliquis Europaeus cui nomen Caucasus, ex quo flumen illud oriri credebatur. Sic enim poeta:

Ἥξεις δ' ὑρμαστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,
Ὃν μὴ περάσῃς· οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν,
Πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, ὀρῶν
Ὑψιστον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος
Κροτάφων ἀπ' αὐτῶν.

Riphaeos montes ὄρεα Καυκάσια dictos fuisse constat ex Dionysio περιηγητῇ. Quippe cum Tanaim fluvium plerique veterum (Ptolemaeus, III. 5. Plin. IV. 12. Mela I. 20, etc.) putarunt ex Riphaeis montibus oriri, ille, eandem procul dubio sententiam secutus, sic expressit, v. 663.

—— πηγαὶ μὲν ἐν οὔρεσι Καυκασίοισι.

Videntur sane huius opinionis assertores Ceraunios, et reliquos omnes Sarmaticos montes, a Caucaso proprie dicto ad Riphaeos usque porrectos, sub communi Caucasiorum montium appellatione comprehendere. Sicut *Taurum Riphaeo iugis se annectere* affirmat Plinius, V. 27. et Solinus c. 41. quod de Caucaso quidem, quem Tauri partem habent, verius, « *quo orti montes longo se iugo, et donec Riphaeis coniunguntur exporrigunt*, teste Mela I, 20. et Plinio VI, 5. Habemus itaque Caucasum Europaeum, Riphaeos sc. montes; ad Araxem Europaeum quod spectat, notandum est, quod, cum Aristoteles Tanaim profluere ex Araxe, et Herodotus Araxem XL ἐκ πηγέων habere asserant, neutrum verum esse potest, nisi de Rha sive Volga fluvio intelligamus. Fontes enim huius fluminis in Hyperboreis montibus oriri credebat antiquitas inde ad Tanaim propius accedit, mox in septentrionem longo cursu regyrans post multos flexus in Caspium mare descendit. Atque hinc forsan est, quod, postquam Io ad evitandos

e) Herod. III, 36.

Scythas Nomadas et Chalybas versus meridiem descendisset, intercepta est cursu regyrante fluvii, adeo ut necesse fuerit ei versus ipsum fluminis fontem iter repetere, ubi ut angustius, ita minus profundum, et vadatu esset facilius. Enimvero Istrum ex Hyperboreis et Riphaeis montibus deferri tradit Aeschylus noster in Prometheo Soluto, cui astipulatur Apollonius, Argonaut. IV. 285.

——— *πηγαὶ γὰρ ὑπὸ πνοιῆς βορέαο*
Ῥιπαίαις ἐν ὄρεσσιν ἀπόπροθι μορμύρουσιν.

Ubi Scholiastes: *Τὸν Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι, καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρέων· οὕτω δὲ εἶπεν ἀκολουθῶν Αἰσχύλῳ ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ λέγοντι τοῦτο.* Hinc V. Cl. Caspar Barthius de Istro hic etiam intelligendum esse Aeschylum arbitratur. Verum cum ipse Aeschylus flumen illud non Araxem sed Istrum, proprio sc. nomine, in altera tragoedia appellaverit, nec apud ullum alium, quod sciam, Ister Araxis nomen sortiatur, *ἐπέχω*.]

v. 718. *ΟΡΩΝ ΥΨΙΣΤΟΝ.* De Caucasi altitudine Aristoteles Meteor. l. 13.

[v. 720. *ΚΡΟΤΑΦΩΝ.* Virg. Georg. I. 108. pari metaphora:

Ecce supercilio clivosi tramitis undam
Elicit.]

Eustath. in Iliad. *Γ*. [f]) *Ὅτι δὲ μυριαχοῦ εὑρηνται πηγαί, οὐ μόνον ἁπλῶς κατὰ πετρῶν χέουσαι ὕδωρ, ἀλλὰ καὶ κατὰ ὀρέων κορυφῶν, δῆλον· καὶ ἱστορεῖ τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ.*

Ibid. *ΑΣΤΡΟΓΕΙΤΟΝΑΣ ΔΕ ΧΡΗ ΚΟΡΥΦΑΣ.* Serv. in Virg. Ecl. VI. 43. de Caucaso verba faciens: *hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pene sideribus.* Cic. somn. Scip. c. 6. *Ex his ipsis cultis notisque terris num aut tuum aut cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc quem cernis transcendere potuit, vel illum Gangem tranare?* recte *Caucasum hunc* et *illum Gangem*, quia Caucasus, utpote mons altissimus, propior erat coelo, ubi tum degebat et unde haec dicebat Africanus, Ganges autem remotior, ut qui fluvius esset et per humiliora laberetur. [Eustath. in Odyss. *Α*'. 18. g) *Καὶ ὁ ποιητὴς δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν τῆς Σκύλλης σκόπελον οὐρανὸν ἰὼν ἱκάνειν φησὶ καὶ Αἰσχύλος δὲ ἀστρογείτονας τὰς τοῦ Καυκάσου λέγει κορυφάς.*]

[v. 722. *ΑΜΑΖΟΝΩΝ ΣΤΡΑΤΟΝ.* In Europa prope Tanaim fluvium habitasse olim Amazones testis est Sallustius. Fragm. inc. p. 135. *Dein*, inquit, *Campi Themiscyrii, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quamobrem, digressae.* Quin Caucasiorum in radicibus montium

---

f) Eustath. ad Il. IX, p. 783, 41. g) Eustath. ad Od. I, p. 1390, 20.

eas olim degisse perhibent Metrodorus et Hypsicrates, apud Strabonem XI. p. 504. *Γαργαρεῖσιν ὁμόρους αὐτάς φασιν εἶναι ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια.*]

[v. 723. *ΘΕΜΙΣΚΥΡΑΝ.* Strabo I. p. 52. *Περὶ δὲ τὸν Θερμώδοντα καὶ τὸν Ἶριν ὅλη Θεμίσκυρα τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον.* Idem XI. p. 505. *Τὴν δὲ Θεμίσκυραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη ἅπαντα Ἀμαζόνων καλοῦσι, καί φασιν ἐξελαθῆναι αὐτὰς ἐνθένδε.* Virg. Aen. IX. 659.

Quales Threiciae cum ad flumina Thermodontis
Pulsant et pictis bellantur Amazones armis.

Apollonius Argonaut. II. 370.

—— ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος
Κόλπῳ ἐν εἰδιόωντι Θεμισκύρειον ἐπ' ἄκρην
Μύρεται, εὐρείης διαειμένος ἠπείροιο.
Ἐνθάδε Δοίαντος πεδίον, σχεδόθεν δὲ πόληες
Τριτωνὶ Ἀμαζονίδων.]

v. 724. *ΚΑΤΟΙΚΙΟΥΣΙΝ.* Garbitius: *incoluerunt*, male.

v. 725. *ΣΑΛΜΥΔΗΣΣΙΑ ΓΝΑΘΟΣ.* Monet Casaubonus, quod in dextro Ponti latere Salmydessum constituit, cum Strabo hoc nomine sinistrum Ponti latus a Cyaneis ad Andriacum designari tradat, VII. p. 319. Plinius [b]) eiusdem nominis urbem in illo tractu memorat. Sunt qui fluvium esse volunt, ut Sophoclis [i]) et Lycophronis [k]) interpretes. *Γνάθον* dicit Aeschylus eodem sensu, quo Apollonius de Scylla IV. 830.

Μήπως σμερδαλέοισιν ἑπαΐξασα γένυσσιν.

[Abrahamus Ortelius in Thesauro Geographico: „*Salmydessia maxilla*, *Σαλμυδησσία γνάθος*, circa Thermodontis fluminis ostia: scopulus navigantibus infestus, est apud Aeschylum in Prometheo et Sophoclis Scholiastem in Antigonen [i]). *Salmydessum sinum* habet ibidem Stephanus." Iul. Pollux Onomast. IX. 5. *Περὶ τῶν κατὰ θάλατταν μερῶν, de partibus maritimis: Φιλοτιμουμένῳ δὲ ἔξεστιν εἰπεῖν, Σαλμιδνσός, Καφηρεύς, καὶ ὅσα ἐν θαλάττῃ δύσμικτα καὶ ἄξενα χωρία. Affectatori autem dicendum est, Salmidysus, Caphareus, et quaecumque alia in mari sunt inaccessibilia et horrenda loca.*]

v. 726. *ΕΧΘΡΟΞΕΝΟΣ ΝΑΥΤΗΣΙ.* Pontum Euxinum Strabo VII. p. 298. refert *καλεῖσθαι ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξενοθυτούντων καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δὲ Εὔξεινον κεκλῆσθαι, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλιν κτισάντων.* Lycophroni v. 1286. *κακόξενος κλυδών* dicitur.

---

h) ap. Casaub. Commentar. in Strab. p. 121. ed. Genev.

i) Schol. ad Soph. Antig. v. 969.

k) Schol. Lycophr. ad vv. 186. 1286.

v. 728. *ΙΣΘΜΟΝ Δ' ΕΠ' ΑΥΤΑΙΣ.* Tauricam Chersonesum intelligit: [intra Carcinitem fl. et Bycen paludem interclusam. Ptolem. III. 5. *Μεθ' ἃς τοῦ διορίζοντος Ἰσθμοῦ τὴν Ταυρικὴν χερσόνησον τὸ μὲν πρὸς τῷ Καρκινίτῃ κόλπῳ πέρας ἐπέχει ξ, γ, μη, γ· τὸ δὲ πρὸς τῇ βύχῃ λίμνῃ πέρας, ξ, λ, μη, λ.* Minus recte Scholiastes *A*. ipsum fretum intelligit, nempe Cimmericum Bosporum, quem mox *αὐλῶνα Μαιωτικόν* dicit Aeschylus.]

v. 730. *ΑΥΛΩΝ'*. Hesych. *Αὐλῶνες, οἱ ἐπ' εὐθείας τόποι, Αἰσχύλος.* [Idem. *Αὐλών, στενὴ ἀναφορὰ τοῦ ὕδατος.* Strabo XI. p. 494. *Αὕτη δ' ἐστὶν τοῦ Κιμμερικοῦ καλουμένου Βοσπόρου πέρας· καλεῖται δὲ οὕτως ὁ στενωπός, ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος.* Est vero angustissimus traiectus oris Maeoticae paludis, eodem auctore, XX circiter stadiorum.]

[Ibid. *ΛΙΠΟΥΣΑΝ.* Non vitando sed transeundo ulterius progrediens.]

v. 732. *ΒΟΣΠΟΡΟΣ.* Cimmericus: aliter vero Apollonii Scholiastes ad Argonaut. II. 167. *Βόσπορος*, inquit, *ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰὼ βοῦν οὖσαν διαπορεύεσθαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος διάστημα σταδίων ἐστὶ τοῦτον τὸν τόπον, * ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσαν.* Aeschylum sane in mente non habuit. Bosporus secundum Hesychium primo Scythicum designat, dein Thracium, quasi posterior ad exemplum prioris id nomen sortitus fuerit: constat enim maris et fluminum partes minus profundas et vado transeundas *βοσπόρους* vocari. [Stephanus *περὶ πόλεων. Βόσπορος· πόλις Πόντου, κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, ὡς Φίλων. Καὶ ποροθμὸς ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς καλούμενος. Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ Δεσμώτῃ,*

> *Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας*
> *Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος*
> *Κεκλήσεται.*

Aliter vero Apollodorus, qui de Bosporo Thracio hoc idem refert, II. 1. *Διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον.* Ut et Scholiastes Apollonii supra iam citatus.]

[v. 734. *ΗΠΕΙΡΟΝ ΗΞΕΙΣ ΑΣΙΑΔ'*. Hactenus igitur in Europa erraverat. Aeschylus Europam ad Phasin usque pertingere censuit. Vide quae ad v. 789.]

[v. 738. *ΓΑΜΩΝ.* · *Σεμνῶς.* Quo sensu Petronius et Apuleius saepius, *nuptias facere* [1]). Quin omnino vide chorum v. 892. et v. 898.]

v. 745. *ΠΕΛΑΓΟΣ ΑΤΗΡΑΣ ΔΥΗΣ.* Eurip. Hippol. v. 822. *κακῶν πέλαγος*, et Oreste, v. 341:

---

1) cf. Burmann. ad Petron. p. 181. P. Victor. Var. Lect. XXI, 3.

Ἄνα δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
Τινάξας δαίμων κατέκλυσε,
Δεινῶν δὲ πόνων ὡς πόντου
Λαβροῖς ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασι.

Ita distinguendum: ubi diu frustra se torsit interpres Graecus. Est vero Hebraismus. Hieremias in Threnis, II. 13. *Magna est sicut mare tribulatio tua.*

[Ibid. *ΑΤΗΡΑΣ.* Hesych. *Ἀτηρόν· βλαβερόν.*]

[v. 746. *ΤΙ ΔΗΤ' ΕΜΟΙ ΖΗΙΝ ΚΕΡΔΟΣ.* Homer. Od. *M'.* 350.

Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι,
Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.

Ex quo adumbrari videtur hic locus Aeschyli, ut ex Aeschylo ille Sophoclis [m]), apud Stobaeum Tit. CXXII.

Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον ἢ τὸ ζῆν κακῶς.

Eurip. Troad. v. 632.

Τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.

Idem in Alcestide, v. 963.

—— τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι,
Κακῶς κλύοντι καὶ κακῶς πεπραγότι;

Et in Medea, v. 145.

—— τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;

Theogn. v. 343.

Τεθναίην δ', εἰ μή τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνῶν
Εὑροίμην.

Menander apud Strabon. X. p. 486. [n])

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι, Φανία,
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς οὐ ζῇ κακῶς.

Apud Ceos quippe lex invaluit, ut senes sexagenarii cicutam biberent, utpote *οὐκέτι δυνάμενοι καλῶς ζῆν.*]

v. 749. *ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΓΑΡ ΕΙΣΑΠΑΞ.* Antigone apud Sophoclem, v. 470.

Ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς
Ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;

Claudianus, de Bell. Gildon. v. 451.

Nonne mori satius quam vitae ferre pudorem?

[V. Cl. D. Iacobus Duportus ad Homericum illud Iliad. *O'.* 511.

Βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι,
Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι —

---

m) Soph. fragm. incert. XXXI. Brunck.
n) Menand. fragm. inc. CXXXV. p. 237. Meinek.

post citatum hunc Aeschyli locum subdit et aliorum testimonia nempe Philem. apud Stob. o)

Θανεῖν ἄριστόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.

Soph. Aiace p),

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή.

Lys. Orat. II. q) *Ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι κρειττων ἀλύπως ἐστὶ, δικαστοῦ λυπουμένῳ.*]

v. 752. *ΟΤΩι ΘΑΝΕΙΝ.* Etenim Iupiter immortalitate eum donaverat, Chironis vice, cui exoptatior mortalitas. Apollodorus II. 5. [Ausonius, huc forsan respiciens, Idyll. XV. 21.

—— Sic Caucasea sub rupe Prometheus
Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat
Incusare Iovem, data quod sit vita perennis.

Virg. Aen. XII. 879.

Quo vitam dedit aeternam? cur mortis adempta est
Conditio?]

v. 759. *ΩΣ ΤΟΙΝΥΝ ΟΝΤΩΝ.* Hoc, ut et Scholiastes interpretatur, velle videtur Prometheus, quae de Iove dixerat, tam certa esse quam si iam praesentia essent; et ad fidem faciendam sufficere, quod ipse, vates, ita fore praedixisset.

[v. 760. *ΣΚΗΠΤΡΑ ΣΥΛΗΘΗΣΕΤΑΙ.* Quod *τὸ σκῆπτρα* non recti sed quarti sit casus, constat ex sequentibus:

Αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ κενοφρόνων βουλευμάτων.]

[v. 767. *ΦΕΡΤΕΡΟΝ ΠΑΤΡΟΣ.* Themis apud Pindarum Isthm. VIII. 67. r)

—— *Πεπρωμένον ἦν φέρ-*
-τερον γόνον [οἱ] ἄναχτα πατρὸς τεχεῖν.

Eadem apud Apollonium Argonaut. IV. 801.

Ὡς δή τοι πέπρωτο ἀμείνονα πατρὸς ἑοῖο
Παῖδα τεχεῖν.

Ipsa Thetis apud Nonnum, Dionys. XXXIII. 356.

Ζεύς με πατὴρ ἐδίωκε καὶ ἤθελεν ἐς γάμον ἕλκειν,
Εἰ μή μιν ποθέοντα γέρων ἀνέκοπτε Προμηθεύς,
Θεσπίζων Κρονίωνος ἀρείονα παῖδα φυτεῦσαι.

Quod argumentum erat tertiae tragoediae Aeschyleae, nempe *Προμηθέως λυομένου.*]

---

o) Stob. CXX. p. 608. Philem. fragm. inc. CIX. p. 427. Mein.
p) Soph. Aiac. v. 480.
q) Lys. Orat. contr. Andoc. p. 106, 6. (p. 230, Reisk.)
r) Pind. Isthm. VII, 33. Bkh.

Ad quem locum V. Cl. D. Iacobus Duportus in Gnomolog. Homerica. „Theogn. u) *Ὅς κ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷστα, φρονέῃ δ' ἕτερα. Fistula dulce canit*, etc. Homer. Odyss. *P'*. x)

Ἐσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον.

Bona loquentes, mala autem in mente profunde cogitabant.

Haec ille.]

v. 692. *ΨΥΧΕΙΝ ΨΥΧΑΝ ΕΜΑΝ.* Eustath. de amore Ismeniae et Ismenes VII. p. 253. *Ὦ ζέσις ψυχῆς ἐκτίτης τὰ ἡμετέρας ταύτας παντέλως καταψύχουσα.* Opponitur ibid. p. 238. *Ὦ καρδίας παραψυχὴ καὶ ψυχῆς παραμύθιον.*

[Ibid. *ΨΥΧΕΙΝ ΨΥΧΑΝ. Contristare animum.* Laetantis quippe cor dilatatur, et sic spiritus cum calore moderato et blando in omne sparguntur corpus: quod et *ἰαίνεσθαι* dicitur, ab *ἰάω* calefacio, sano, sc. teporari vel intepescere laetitia. Aristot. de animalium incessu c. 8. *Ἐξ ἀνάγκης ἀχολουθεῖ τῇ νοήσει καὶ τῇ φαντασίᾳ αὐτῶν θερμότης καὶ ψύξις.* Nota haec V. Cl. Ierem. Hoelzlinus in Apollon. Argonaut. II. 741.

[v. 694. *ΠΡΑΞΙΝ.* Hesych. *Πρᾶξις, βίος.* Interdum ut hic, pro molesto labore. Vide quae supra annotata sunt ad v. 49.]

[v. 697. *ΤΙ.* Cod. Arundel. *τοὶ*, quod magis probo ob metri rationem.]

v. 704. *ΣΥ Δ' ΙΝΑΧΕΙΟΝ ΣΠΕΡΜΑ.* Sophocles, in Aiace Mastigoph. v. 1402. *σπέρμα Λαρτίου*, et v. 1302. *Ἀτρεὺς δ' ὃς σ' ἔσπειρε.* Eurip. Phoeniss. v. 22. *Ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα*. Hunc locum citat Stephanus Byzant. in voce *Ἰναχία*, ubi perperam legitur *Οἵ τε* pro *Σὺ δ'*.

[v. 705. *ΘΥΜΩι ΒΑΛ'*. Homericum. Virgil. Eclog. III. 54.

Sensibus haec imis, res est non parva, reponas.]

[v. 706. *ΠΡΩΤΟΝ.* Hic incipit secunda pars peregrinationis Ius. Notanda est insignis hallucinatio viri longe doctissimi Iosephi Scaligeri, in notis Eusebianis p. 258. *Ex τῷ βίβλῳ τῆς Σώθεως. Σῶθιν*, inquit, *τὴν Ἰὼ Ἰνάχου vocabant Aegyptii, item Σωθιακὴν περίοδον, Ἰοῦς sive Isidis peregrinationem, quae etiam refertur a Prometheo apud Aeschylum. Videntur Aegyptii annorum suorum certissimam epocham ἀπὸ τῆς Σωθιακῆς περιόδου petivisse, ut manifeste colligitur a Clemente Alexandrino; neque dubito τὴν Σωθέως βίβλον τοῦ Μανέθων a eodem initio regum suorum dynastias deduxisse; apud Vettium Valentem Antiochenum Σήθ ex libris Petosiris non Σῶθις dicitur.* Haec ille. Sed vehementer errat vir magnus: quippe Sothiaca periodus nihil aliud est quam Cyclus canicularis

---

u) Theogn. v. 98.

x) Hom. Od. XVII, 66.

Σῶθις canis stella: Porphyr. de antro Nymph. γ) *Πρὸς γὰρ τῷ Καρκίνῳ ἡ Σῶθις, ἣν Κυνὸς ἀστέρα Ἕλληνές φασι.* Orus Apollo, c. III. *Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἀστήρ, Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστροχύων.* Atque hinc in veteri inscriptione apud Diod. Sic. I. 27. Isis de se ipsa ait: *Ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα.* Quin ut redeamus ad rem, Ionem ferebant antiqui totam *τὴν οἰκουμένην* peragrasse. Ovid. Metam. I. 727.

—— profugam per totum terruit orbem.

Clem. Alexandr. Strom. I. p. 139. *Ἶσιν δὲ, τὴν καὶ Ἰώ, φασιν διὰ τὸ ἰέναι αὐτὴν διὰ πάσης τῆς γῆς πλανωμένην.* Atque ita sane peregrinatio isthaec describitur Aeschylo. Ex Argis ubi degebat Inachus progressa est ad Cenchrem, v. 677, Argiae, ut Scholiastae A'. placet. Inde ad Lernam fontem, v. 683, in Laconica regione. Exinde in Epirum, nempe ad Molossiam, v. 828, Dodonam, v. 829, Thesprotiam, v. 830; atque hinc ad Rheae sinum, v. 836; qui ex eo tempore dictus est Ionius, v. 839. Dein retrovaga, v 887, per Illyridem progreditur (Apollodorus II. 1. *διὰ τῆς Ἰλλυρίδος πορευθεῖσα*), Haemum transcendit (Apollod. ibid. *καὶ τὸν Αἷμον ὑπερβάλλουσα*), et ad extremas Europaeas partes, versus septemtrionem, ubi vinctus erat Prometheus, v. 1, pervenit. A quo itineris quod reliquum erat edocta est, v. 705. Mox versus ortum iter deflectens, v. 706, accessit ad Scythas Nomadas, v. 708; quibus tamen, ex Promethei monitu, evitatis, v. 711, ut et Chalybibus, v. 714, qui ad sinistrum habitabant, v. 713, pervenit ad Araxin Europae fl., quem tamen non transgressa est; erat enim eo loci difficilis vadatu, v. 712; donec ad Caucasum pervenisset, v. 718, a quo defertur iste fluvius, v. 719; et monte transcenso versus meridiem contendens appulit ad Amazonas, v. 721. Quae postea Themiscyram Ponti regionem, ad Thermodontem fluvium, et Salmydessium sinum incoluere, v. 723. A quibus deducta, v. 727, ad lacum Maeotidem et Isthmum Cimmericum tandem pervenit, v. 728; angustias Maeoticas transiit, quae inde Bosporus dictae, v. 730; et ex Europa penetravit in Asiam, v. 733. Cum traiecisset Bosporum Cimmericum, in Scythiam Asiaticam delata est, ad quam omnino pertinere videtur Cisthene vel Scythine illa, cuius mentionem facit Aeschylus, v. 792; licet Phorcydes et Gorgones ibi collocet, v. 793 et v. 798. De hac etiam Scythia Apollodorum interpretor, qui ait, II. 1. *ἀίβη τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον*: (quod tamen falsum, nam de Bosporo Cimmerico, non Thracio, consentiunt auctores, vide quae ad v. 731.)

γ) Porph. Antr. Nymph. cap. XXIV. p. 22. v. Goeus.

ἐκελθοῦσα δὲ εἰς τὴν Σκυθίαν καὶ τὴν Κιμμερίδα γῆν κ. τ. λ. Sunt enim Cimmerii, Ptolemaeo et Herodoto [z]), circa Colchidem in Scytharum regione. In Asiatica itidem Scythia degebant Arimaspi et Gryphes, a quibus Ionem ut caveret monuit Prometheus, v. 803, 804; habitantes iuxta Plutonis laticem aurifluum. Qui tamen fluvius geographis nondum innotuit. Ad Asiam minorem tandem deflexisse discimus ex alia Aeschyli fabula, nempe ad Phrygiam, Supplic. v. 557; Mysiam, v. 558; Lydiam, v. 559; Ciliciam, v. 560; Pamphyliam, v. 561; mox ad Phoeniciam, v. 564; atque ita ex Syria in Africam. In Africam perveniens ad Aethiopas contendit, Prometh. v. 807; et ad fluvium cognominem, qui Aethiops vel Niger dictus, v. 808. Huius iuxta ripas progressa, donec ad ultimum cataractum pervenisset, v. 810, ubi Niger Nili nomen obtinere incipit, v. 811, iuxta Nilum contendens ad Delta pervenit, v. 812; denique ad Canobum, v. 845.]

v. 707. *ΣΤΡΕΨΑΣΑ ΣΑΥΤΗΝ.* Namque ad extremas partes septentrionis pervenisse supponitur.

Ibid. *ΑΝΗΡΟΤΟΥΣ ΓΥΑΣ.* Herodotus, IV. 19. οὔτε τι σπείροντες οὐδέν, οὔτε ἀροῦντες.

v. 708. *ΟΙ ΠΛΕΚΤΑΣ ΣΤΕΓΑΣ ΝΑΙΟΥΣ'.* Herodotus φερεοίκους appellat, IV. 46. Strabo ἁμαξοίκους XI. p. 492. Hor. Od. III. 20. [a])

Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.

[Herodotus [b]) tamen locat Scythas νομάδας ad orientem proximos Scythis γεωργοῖς. Strabo etiam in prima Asiae parte ad septentrionem ponit Σκυθῶν νομάδας τινὰς καὶ ἁμαξοίκους. Quin Nomades seu Hamaxobios in Sarmatia Europaea, non Asiatica statuit Ptolemaeus, quod cum Aeschylo nostro potissimum quadrare videtur. Mela tamen II. 1. *Sauromatas, qui, quia pro sedibus plaustra habent, Hamaxobii dicti,* Maeotidem ambire affirmat. Ut in utraque Sarmatia ab eo statuantur. Porro ita describuntur Scythae Europaei ab Herodoto IV. 46. Τοῖσι γὰρ μήτε ἄστεα μήτε τείχεα ᾖ ἐκτισμένα, ἀλλὰ φερέοικοι ἐόντες πάντες ἔωσι ἱπποτοξόται. Sunt autem πλεκταὶ στέγαι casae. Isidorus Origin. XV. 2. *Casa est agreste habitaculum palis, virgultis, arundinibusque contectum.* Auctor Pervigilii Veneris. v. 6.

Implicat casas virentes de flagello myrteo.]

v. 709. *ΝΑΙΟΥΣ' habitant.* Tertull. contra Marcion. I. 1. *Gentes ferocissimae inhabitant, si tamen habitatur in plaustro.*

[Ibid. *ΟΧΟΙΣ.* Hesiodus [c]) apud Strabonem VII. p. 302.

---

z) Herod. IV, 11 sq.

a) Hor. Carm. III, 24, 10.

b) Herod. IV, 19.

c) Hesiod. fragm. XVI. Gaisf. (Strab. VII. p. 456.)

Πλαστοφάγων εἰς γαῖαν, ἀπήναις οἰκί' ἐχόντων.

Huc referenda proverbialis illa locutio apud Tertullianum contra Marcionem, I. 1. *Hamaxobio instabilior.* Porro et alterum illud de Scythis proverbium, de quo supra, v. 2. *Σκυθῶν ἐρημία*, huc videtur trahi a nonnullis. Mich. Apostol. XVII. 47. *Σκυθῶν ἐρημία. Παρόσον οὐκ εἰσὶ γῆς ἐγκρατεῖς, ἀλλ' ἀεὶ φεύγουσι τὴν οἰκείαν. Propterea quod dominio terram non possideant, sed semper propriam fugiant.*]

[v. 710. *ΤΟΞΟΙΣΙΝ ΕΞΗΡΤΗΜΕΝΟΙ.* Schol. *Α'. τοὺς ὤμους δηλονότι.* Suppar Hellenismus aut synecdoche, Horat. Sat. I. 6. [d])

Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto.]

[v. 711. *ΑΛΙΣΤΟΝΟΙΣ. Fluctuum verberatione resonantibus.* Vox a Lexicographis praetermissa.]

[v. 713. *ΣΙΔΗΡΟΤΕΚΤΟΝΕΣ.* Apollonius Argonaut. II. 374.

—— *μετὰ δὲ σμυγερώτατοι ἀνδρῶν*
Τρηχείην Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν,
Ἐργατίναι· τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

Ubi interpres Graecus: *Οἱ δὲ Χάλυβες ἔθνος Σκυθικόν, μετὰ τὸν Θερμώδοντα, οἱ μέταλλα σιδήρου εὑρόντες μοχθοῦσι περὶ τὴν ἐργασίαν.* Apollon. Argonaut. il. 1003.

Νυκτὶ δ' ἐπιπλομένῃ Χαλύβων παρὰ γαῖαν ἵκοντο,
Τοῖσι μὲν οὔτε βοῶν ἄροτος μέλει, οὔτε τις ἄλλη
Φυταλιὴ καρποῖο μελίφρονος, οὐδὲ μὲν οἵγε
Ποίμνας ἑρσήεντι νομῷ ἔνι ποιμαίνουσιν·
Ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γατομέοντες,
Ὠνον ἀμείβονται βιοτήσιον, οὐδέ ποτέ σφιν
Ἠὼς ἐντέλλει καμάτων ἄτερ, ἀλλὰ χελαινῇ
Λιγνύϊ καὶ καπνῷ κάματον βαρὺν ὀτλεύουσι.]

v. 715. *ΑΝΗΜΕΡΟΙ.* Valer. Flaccus, Argonaut. IV, 610.

Non ita sit metuenda tibi, saevissima quamquam,
Gens Chalybum. ——

[v. 716. *ΥΒΡΙΣΤΗΝ ΠΟΤΑΜΟΝ.* Flumen hoc Araxem appellatum fuisse, utpote cui *ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν* nomen inditum, quem *ὑβριστὴν οὐ ψευδώνυμον* dicit Aeschylus, in paronomasiis valde frequens, consentiunt omnes. Cum vero Araxis nomen a veteribus varie acceptum fuerit, et diversis fluminibus attributum, quo fit ut maximam geographiae obscuritatem adtulerit, dum locis valde inter se distantibus describatur, quis sit iste Araxes quem velit Aeschylus, difficil-

d) Hor. Sat. I, 6, 74.

Araxi, insigni illo Armeniae fluvio, , nullo modo intelligi potest. Eusta- sin, v. 789. de Araxi Massagetico ac- ῶ τούτου Ἀράξου, inquit, μέμνηται καὶ καὶ ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν καλεῖσθαι etarum terminum faciunt Dionysius raxim describsit, Herodotus*); unde m intellexerit Herodotus, licet enm guat Dionysius, observat vir doctis- lam, III. 5. Sed neque de Oxo, qui Bactrianam a Sogdiana dirimit, commode accipi potest Aeschylus, cum nondum in ἤπειρον Ἀσιάδα penetrasse Ionem constat ex iis quae dicuntur v. 734. Investigandum itaque erit flumen aliquod, cui nomen Araxes, cuius et fontes in Europa, et mons aliquis Europaeus cui nomen Caucasus, ex quo flumen illud oriri credebatur. Sic enim poeta:

> Ἥξεις δ' ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,
> Ὃν μὴ περάσῃς· οὐ γὰρ εὔβατος περᾷν
> Πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καύκασον μόλῃς, ὀρῶν
> Ὑψιστον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος
> Κροτόφων ἀπ' αὐτῶν.

Riphaeos montes ὄρεα Καυκάσια dictos fuisse constat ex Dionysio περιηγητῇ. Quippe cum Tanaim fluvium plerique veterum (Ptolemaeus, III. 5. Plin. IV. 12. Mela I. 20, etc.) putarunt ex Riphaeis montibus oriri, ille, eandem procul dubio sententiam secutus, sic expressit, v. 663.

—— πηγαὶ μὲν ἐν οὔρεσι Καυκασίοισι.

Videntur sane huius opinionis assertores Ceraunios, et reliquos omnes Sarmaticos montes, a Caucaso proprie dicto ad Riphaeos usque porrectos, sub communi Caucasiorum montium appellatione comprehendere. Sicut *Taurum Riphaeis iugis se annectere* affirmat Plinius, V. 27. et Solinus c. 41. quod de Caucaso quidem, quem Tauri partem habent, verius, a *quo orti montes longo se iugo, et donec Riphaeis coniunguntur, exporrigunt*, teste Mela I, 20. et Plinio VI, 5. Habemus itaque Caucasum Europaeum, Riphaeos sc. montes; ad Araxem Europaeum quod spectat, notandum est, quod, cum Aristoteles Tanaim profluere ex Araxe, et Herodotus Araxem XL ἐκροὰς habere asserant, neutrum verum esse potest, nisi de Rha sive Volga fluvio intelligamus. Fontes enim huius fluminis in Hyperboreis montibus oriri credebat antiquitas inde ad Tanaim propius accedit, mox in septentrionem longo cursu regyrans post multos flexus in Caspium mare descendit. Atque hinc forsan est, quod, postquam Io ad evitandum

*) Herod. III. 36.

Scythas Nomadas et Chalybas versus meridiem descendisset, intercepta est cursu regyrante fluvii, adeo ut necesse fuerit ei versus ipsum fluminis fontem iter repetere, ubi ut angustius, ita minus profundum, et vadatu esset facilius. Enimvero Istrum ex Hyperboreis et Riphaeis montibus deferri tradit Aeschylus noster in Prometheo Soluto, cui astipulatur Apollonius, Argonaut. IV. 285.

——— *πηγαὶ γὰρ ὑπὸ πνοιῆς βορέαο*
Ῥιπαίαις ἐν ὄρεσσιν ἀπόπροθι μορμύρουαιν.

Ubi Scholiastes: *Τὸν Ἴστρον φησὶν ἐκ τῶν Ὑπερβορέων καταφέρεσθαι, καὶ τῶν Ῥιπαίων ὀρέων· οὕτω δὲ εἶπεν ἀκολουθῶν Αἰσχύλῳ ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ λέγοντι τοῦτο.* Hinc V. Cl. Caspar Barthius de Istro hic etiam intelligendum esse Aeschylum arbitratur. Verum cum ipse Aeschylus flumen illud non Araxem sed Istrum, proprio sc. nomine, in altera tragoedia appellaverit, nec apud ullum alium, quod sciam, Ister Araxis nomen sortiatur, *ἐπέχω.*]

v. 718. *ΟΡΩΝ ΥΨΙΣΤΟΝ.* De Caucasi altitudine Aristoteles Meteor. l. 13.

[v. 720. *ΚΡΟΤΑΦΩΝ.* Virg. Georg. I. 108. pari metaphora:

Ecce supercilio clivosi tramitis undam
Elicit.]

Eustath. in Iliad. *Γ'*. f) *Ὅτι δὲ μυριαχοῦ εὑρηνται πηγαί, οὐ μόνον ἁπλῶς κατὰ πετρῶν χέουσαι ὕδωρ, ἀλλὰ καὶ κατὰ ὀρέων κορυφῶν, δῆλον· καὶ ἱστορεῖ τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ.*

Ibid. *ΑΣΤΡΟΓΕΙΤΟΝΑΣ ΔΕ ΧΡΗ ΚΟΡΥΦΑΣ.* Serv. in Virg. Ecl. VI. 43. de Caucaso verba faciens: *hic autem mons positus est circa Assyrios, vicinus pene sideribus.* Cic. somn. Scip. c. 6. *Ex his ipsis cultis notisque terris num aut tuum aut cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc quem cernis transcendere potuit, vel illum Gangem tranare?* recte *Caucasum hunc* et *illum Gangem*, quia Caucasus, utpote mons altissimus, propior erat coelo, ubi tum degebat et unde haec dicebat Africanus, Ganges autem remotior, ut qui fluvius esset et per humiliora laberetur. [Eustath. in Odyss. *Α'*. 18. g) *Καὶ ὁ ποιητὴς δὲ ἐν τοῖς ἑξῆς τὸν τῆς Σκύλλης σκόπελον οὐρανὸν εὐρὺν ἰκάνειν φησὶ καὶ Αἰσχύλος δὲ ἀστρογείτονας τὰς τοῦ Καυκάσου λέγει κορυφάς.*]

[v. 722. *ΑΜΑΖΟΝΩΝ ΣΤΡΑΤΟΝ.* In Europa prope Tanaim fluvium habitasse olim Amazones testis est Sallustius. Fragm. inc. p. 135. *Dein*, inquit, *Campi Themiscyrii, quos habuere Amazones, ab Tanai flumine, incertum quamobrem, digressae.* Quin Caucasiorum in radicibus montium

---

f) Eustath. ad Il. IX, p. 783, 41. g) Eustath. ad Od. I, p. 1390, 20.

eas olim degisse perhibent Metrodorus et Hypsicrates, apud Strabonem XI. p. 504. *Γαργαρεῦσιν ὁμόρους αὐτὰς φασιν εἶναι ἐν ταῖς ὑπωρείαις ταῖς πρὸς ἄρκτον τῶν Καυκασίων ὀρῶν, ἃ καλεῖται Κεραύνια.*]

[v. 723. *ΘΕΜΙΣΚΥΡΑΝ.* Strabo I. p. 52. *Περὶ δὲ τὸν Θερμώδοντα καὶ τὸν Ἶριν ὅλη Θεμίσκυρα τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον.* Idem XI. p. 505. *Τὴν δὲ Θεμίσκυραν καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη ἅπαντα Ἀμαζόνων καλεῖσθαι, καί φασιν ἐξελαθῆναι αὐτὰς ἐνθένδε.* Virg. Aen. IX. 659.

Quales Threiciae cum ad flumina Thermodontis
Pulsant et pictis bellantur Amazones armis.

Apollonius Argonaut. II. 370.

—— *ἐπὶ δὲ στόμα Θερμώδοντος*
Κόλπῳ ἐν εἰδιόωντι Θεμισκύρειον ἐπ' ἄκρην
Μύρτεα, εὐρείης διαειμένος ἠπείροιο.
Ἐνθάδε Δοίαντος πεδίον, σχεδόθεν δὲ πόληες
Τρισσαὶ Ἀμαζονίδων.]

v. 724. *ΚΑΤΟΙΚΙΟΥΣΙΝ.* Garbitius: *incoluerunt*, male.

v. 725. *ΣΑΛΜΥΔΗΣΣΙΑ ΓΝΑΘΟΣ.* Monet Casaubonus, quod in dextro Ponti latere Salmydessum constituit, cum Strabo hoc nomine sinistrum Ponti latus a Cyaneis ad Andriacum designari tradat, VII. p. 319. Plinius [h]) eiusdem nominis urbem in illo tractu memorat. Sunt qui fluvium esse volunt, ut Sophoclis [i]) et Lycophronis [k]) interpretes. *Γνάθον* dicit Aeschylus eodem sensu, quo Apollonius de Scylla IV. 830.

Μήπως σμερδαλέοισιν ἐπαΐξασα γένυσσιν.

[Abrahamus Ortelius in Thesauro Geographico: „*Salmydessia maxilla*, *Σαλμυδησσία γνάθος*, circa Thermodontis fluminis ostia: scopulus navigantibus infestus, est apud Aeschylum in Prometheo et Sophoclis Scholiastem in Antigonen [i]) *Salmydessum sinum* habet ibidem Stephanus." Iul. Pollux Onomast. IX. 6. *Περὶ τῶν κατὰ θάλατταν μερῶν, de partibus maritimis: Φιλοτιμουμένῳ δὲ ἔξεστιν εἰπεῖν, Σαλμιδυσός, Καφηρεύς καὶ ὅσα ἐν θαλάττῃ δύσμικτα καὶ ἄξενα χωρία. Affectatori autem dicendum est, Salmidysus, Caphareus, et quaecumque alia in mari sunt inaccessibilia et horrenda loca.*]

v. 726. *ΕΧΘΡΟΞΕΝΟΣ ΝΑΥΤΗΣΙ.* Pontum Euxinum Strabo VII. p. 298. refert *καλεῖσθαι ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν ξενοθυτούντων καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δὲ Εὔξεινον κεκλῆσθαι, τῶν Ἰώνων ἐν τῇ παραλίᾳ πόλιν κτισάντων.* Lycophroni v. 1286. *κυκόξενος κλυδών* dicitur.

---

h) ap. Casaub. Commentar. in Strab. p. 121. ed. Genev.

i) Schol. ad Soph. Antig. v. 969.

k) Schol. Lycophr. ad vv. 186. 1286.

v. 728. *ΙΣΘΜΟΝ Δ' ΕΠ' ΑΥΤΑΙΣ.* Tauricam Chersonesum intelligit: [intra Carcinitem fl. et Bycen paludem interclusam. Ptolem. III. 5. *Μεθ' ἃς τοῦ διορίζοντος Ἰσθμοῦ τὴν Ταυρικὴν χερσόνησον τὸ μὲν πρὸς τῷ Καρκινίτῃ κόλπῳ πέρας ἐπέχει ξ, γ, μη, γ· τὸ δὲ πρὸς τῇ βύκῃ λιμνῃ πέρας, ξ, λ, μη, λ.* Minus recte Scholiastes *Δ*. ipsum fretum intelligit, nempe Cimmericum Bosporum, quem mox *αὐλῶνα Μαιωτικόν* dicit Aeschylus.]

v. 730. *ΑΥΛΩΝ'.* Hesych. *Αὐλῶνες, οἱ ἐπ' εὐθείας τόποι, Αἰσχύλος.* [Idem. *Αὐλών, στενὴ ἀναφορὰ τοῦ ὕδατος.* Strabo XI. p. 494. *Αὕτη δ' ἐστὶν τοῦ Κιμμερικοῦ καλουμένου Βοσπόρου πέρας· καλεῖται δὲ οὕτως ὁ στενωπός, ἐπὶ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος.* Est vero angustissimus traiectus oris Maeoticae paludis, eodem auctore, XX circiter stadiorum.]

[Ibid. *ΛΙΠΟΥΣΑΝ.* Non vitando sed transeundo ulterius progrediens.]

v. 732. *ΒΟΣΠΟΡΟΣ.* Cimmericus: aliter vero Apollonii Scholiastes ad Argonaut. II. 167. *Βόσπορος*, inquit, *ὀνομάζεται διὰ τὸ δοκεῖν τὴν Ἰὼ βοῦν οὖσαν διαπορεύεσθαι τὸ ἀπὸ Βυζαντίου καὶ Καλχηδόνος διάστημα σταδίων ἐστὶ τοῦτον τὸν τόπον, * ἐκ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσαν.* Aeschylum sane in mente non habuit. Bosporus secundum Hesychium primo Scythicum designat, dein Thracium, quasi posterior ad exemplum prioris id nomen sortitus fuerit: constat enim maris et fluminum partes minus profundas et vado transeundas *βοσπόρους* vocari. [Stephanus *περὶ πόλεων. Βόσπορος· πόλις Πόντου, κατὰ τὸν Κιμμέριον κόλπον, ὡς Φίλων. Καὶ πορθμὸς ὁμώνυμος, ἀπὸ Ἰοῦς καλούμενος. Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ Δεσμώτῃ,*

Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰς ἀεὶ λόγος μέγας
Τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ' ἐπώνυμος
Κεκλήσεται.

Aliter vero Apollodorus, qui de Bosporo Thracio hoc idem refert, II. 1. *Διέβη τὸν τότε μὲν καλούμενον πόρον Θρᾴκιον, νῦν δὲ ἀπ' ἐκείνης Βόσπορον.* Ut et Scholiastes Apollonii supra iam citatus.]

[v. 734. *ΗΠΕΙΡΟΝ ΗΞΕΙΣ ΑΣΙΑΔ'.* Hactenus igitur in Europa erraverat. Aeschylus Europam ad Phasin usque pertingere censuit. Vide quae ad v. 789.]

[v. 738. *ΓΑΜΩΝ.* Σεμνῶς. Quo sensu Petronius et Apuleius saepius, *nuptias facere* [1]). Quin omnino vide chorum v. 892. et v. 898.]

v. 745. *ΠΕΛΑΓΟΣ ΑΤΗΡΑΣ ΔΥΗΣ.* Eurip. Hippol. v. 822. *κακῶν πέλαγος*, et Oreste, v. 341:

---

1) cf. Burmann. ad Petron. p. 181. P. Victor. Var. Lect. XXI, 3.

Ἄνα δὲ λαῖφος ὥς τις ἀχαίτου θοᾶς
Τινάξας δαίμων κατέκλυσε,
Δεινῶν δὲ πόνων ὡς πόντου
Λαβροῖς ὀλεθρίοισιν ἐν χύμασι.

Ita distinguendum: ubi diu frustra se torsit interpres Graecus. Est vero Hebraismus. Hieremias in Threnis, II. 13. *Magna est sicut mare tribulatio tua.*

[Ibid. ΑΤΗΡΑΣ. Hesych. Ἀτηρόν· βλαβερόν.]

[v. 746. ΤΙ ΔΗΤ' ΕΜΟΙ ΖΗΝ ΚΕΡΔΟΣ. Homer. Od. M'. 350.

Βούλομ' ἅπαξ πρὸς κῦμα χανὼν ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι,
Ἢ δηθὰ σιρεύγεσθαι ἐὼν ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.

Ex quo adumbrari videtur hic locus Aeschyli, ut ex Aeschylo ille Sophoclis [m]), apud Stobaeum Tit. CXXII.

Τὸ μὴ γὰρ εἶναι κρεῖσσον ἢ τὸ ζῆν κακῶς.

Eurip. Troad. v. 632.

Τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.

Idem in Alcestide, v. 963.

—— τί μοι ζῆν δῆτα κύδιον, φίλοι,
Κακῶς κλύοντι καὶ κακῶς πεπραγότι;

Et in Medea, v. 145.

—— τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος;

Theogn. v. 343.

Τεθναίην δ', εἰ μή τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνῶν
Εὑροίμην.

Menander apud Strabon. X. p. 486. [n])

Καλὸν τὸ Κείων νόμιμόν ἐστι, Φανία,
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς οὐ ζῇ κακῶς.

Apud Ceos quippe lex invaluit, ut senes sexagenarii cicutam biberent, utpote *οὐκέτι δυνάμενοι καλῶς ζῆν.*]

v. 749. ΚΡΕΙΣΣΟΝ ΓΑΡ ΕΙΣΑΠΑΞ. Antigone apud Sophoclem, v. 470.

Ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς
Ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;

Claudianus, de Bell. Gildon. v. 451.

Nonne mori satius quam vitae ferre pudorem?

[V. Cl. D. Iacobus Duportus ad Homericum illud Iliad. Ο'. 511.

Βέλτερον ἢ ἀπολέσθαι ἕνα χρόνον, ἠὲ βιῶναι,
Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι —

---

m) Soph. fragm. incert. XXXI. Brunck.

n) Menand. fragm. inc. CXXXV. p. 237. Meinek.

post citatum hunc Aeschyli locum subdit et aliorum testimonia nempe Philem. apud Stob. o)

Θανεῖν ἄριστόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.

Soph. Aiace p),

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι
Τὸν εὐγενῆ χρή.

Lys. Orat. II. q) *Ἥμισυς ὁ βίος βιῶναι κρειττων ἀλύπως ἐστὶ, δπλασίου λυπουμένῳ.*]

v. 752. *ΟΤΩι ΘΑΝΕΙΝ.* Etenim Iupiter immortalitate eum donaverat, Chironis vice, cui exoptatior mortalitas. Apollodorus II. 5. [Ausonius, huc forsan respiciens, Idyll. XV. 21.

—— Sic Caucasea sub rupe Prometheus
Testatur Saturnigenam, nec nomine cessat
Incusare Iovem, data quod sit vita perennis.

Virg. Aen. XII. 879.

Quo vitam dedit aeternam? cur mortis adempta est
Conditio?]

v. 759. *ΩΣ ΤΟΙΝΥΝ ΟΝΤΩΝ.* Hoc, ut et Scholiastes interpretatur, velle videtur Prometheus, quae de Iove dixerat, tam certa esse quam si iam praesentia essent; et ad fidem faciendam sufficere, quod ipse, vates, ita fore praedixisset.

[v. 760. *ΣΚΗΠΤΡΑ ΣΥΛΗΘΗΣΕΤΑΙ.* Quod τὸ σκῆπτρα non recti sed quarti sit casus, constat ex sequentibus:

Αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ ξενοφρόνων βουλευμάτων.]

[v. 767. *ΦΕΡΤΕΡΟΝ ΠΑΤΡΟΣ.* Themis apud Pindarum Isthm. VIII. 67. r)

—— *Πεπρωμένον ἦν φέρ-*
-τερον γόνον [*οἱ*] *ἄναχτα πατρὸς τεκεῖν.*

Eadem apud Apollonium Argonaut. IV. 801.

Ὡς δή τοι πέπρωτο ἀμείνονα πατρὸς ἑοῖο
Παῖδα τεκεῖν.

Ipsa Thetis apud Nonnum, Dionys. XXXIII. 356.

Ζεύς με πατὴρ ἐδίωκε καὶ ἤθελεν ἐς γάμον ἕλκειν,
Εἰ μή μιν ποθέοντα γέρων ἀνέκοπτε Προμηθεύς,
Θεσπίζων Κρονίωνος ἀρείονα παῖδα φυτεῦσαι.

Quod argumentum erat tertiae tragoediae Aeschyleae, nempe *Προμηθέως λυομένου.*]

---

o) Stob. CXX. p. 608. Philem. fragm. inc. CIX. p. 427. Mein.
p) Soph. Aiac. v. 480.
q) Lys. Orat. contr. Andoc. p. 106, 6. (p. 230, Reisk.)
r) Pind. Isthm. VII, 33. Bkh.

v. 771. *ΤΩΝ ΣΩΝ ΤΙΝ' ΑΥΤΟΝ.* De Promethei solutione duplex veterum sententia. Sunt qui a Iove solutum tradunt, postquam ei Prometheus ob explicatam Themidos de Thetide prophetiam in gratiam redierit: alii Herculem eum a vinculis exemisse invito Iove tradunt. Priori sententiae aliquoties favere videtur Aeschylus, ut v. 523.

—— *τόνδε γὰρ σώζων ἐγώ,*
Δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω.

Hic vero posteriorem sententiam se omnino amplexum ostendit; neque dubium est quin et nomen Herculis, quod apud nonnullos MSS. personis huius fabulae adnumeratur, ad Prometheum *λυόμενον* pertinuerit.

v. 773. *ΤΡΙΤΟΣ ΓΕ ΓΕΝΝΑΝ.* Garbitius: *Tertius genere et insuper alia prognatione*, prorsus male. accipit *δέκ'* ac si esset *δὲ καί*, cum nihil aliud sit quam *δέκα;* facit quidem liberatorem Promethei ab Io quartum, qui fuit decimus tertius. Schol. *Α'*. ad v. 563. *Μαντεύεται Προμηθεὺς αὐτῇ (Ἰοῖ) τὰ μέλλοντα γενέσθαι, ὥςπερ ἀπ' αὐτῆς ἔσται τρισκαιδέκατος κατὰ γενεὰν ὃς αὐτῷ ὕστερον τῷ χρόνῳ ποτὲ ἐπαμυνεῖ.* Schol. *Β'*. in in hunc locum, *τρισκαιδέκατος.*

[v. 786. *ΓΕΓΩΝΕΙΝ.* *Γεγωνεῖν* est *μέγα καὶ ἐξάκουστον βοᾶν*, interprete Hesychio; unde, apud Philonem *λόγος γεγωνώς* opponitur *λόγῳ ἐνδιαθέτῳ.*]

v. 788. *ΜΝΗΜΟΣΙΝ ΔΕΛΤΟΙΣ ΦΡΕΝΩΝ.* Et Supplic. v. 187.

—— *Φυλάξαι τἄμ' ἔπη δελτουμένας.* lege *δελτούμενα.*

Tabellae ad scribendum aptae antiquitus triangulares, et libri eodem modo compacti, ad imaginem literae *Δ*. inde *δέλτοι* dicebantur. Eustath. Iliad. *Γ'*. p. 421. s) *Ἀπὸ τῶν δελτωτῶν βιβλίων, ἤγουν ἐκ τῶν κατὰ δέλτα πτυσσομένων γραφῶν.* Potuit alludere Prometheus ad notitias itinerarias tabulasque geographicas. Aeschylum eius rei peritissimum loquitur haec fabula, et quae periit, *Προμηθεὺς λυόμενος*, sic Homero similem, quem Strabo primum auctorem facit. Huiusmodi notitiarum libros Graecis in usu fuisse docet Aristot. Rhetor. I. 4. *Πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περίοδοι χρήσιμοι· ἐντεῦθεν γὰρ λαβεῖν ἐστι τοὺς τῶν ἐθνῶν νόμους. Πρὸς δὲ τὰς πολιτικὰς συμβουλίας αἱ τῶν περὶ τὰς πράξεις γραφόντων ἱστορίαι.* [V. Cl. Petrus Victorius, Var. Lect. IX. 13. „Quod Cicero *in mente insculpere* dixit pluribus locis t), Graeci boni poetae *γράφειν ἐν φρεσίν* dixerunt, id est, *condere in animo quippiam*, atque illic firmiter collocare, ut ea quae literis consignamus. Aeschylus in Prometheo vincto,

Ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.

---

s) p. 421, 32. t) Cic. d. nat. deor. I, 45. II, 12. Acad. IV, 2.

Pindarus [u]) quoque, cum significare vellet ita se quempiam *in animo insculptum habere*, ut inde non posset deleri, nec ullum futurum tempus, quo penitus memoria eius extingueretur, quamvis tunc oblitus foret, ita locutus est initio X. Odae Olympiorum, mandans Musis, quae id sciebant, ut legerent: *Τὸν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς Ἐμᾶς γέγραπται.* Expressisse autem hunc quoque Terentium in Andria [x]), his verbis apparet: *Etiam nunc mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis.* Contra Catullus [y]) *in vento et aqua scribere* dixit de rebus, quae subito dissipantur nec stabilitatis aliquid aut constantiae habent. Quod Graeci homines pervulgata voce, quaeque vim proverbii obtinuerit, intelligentes, aiebant *ἐς τέφραν γράφειν.* Cinis enim ipse quoque levi vento impellitur, nec quod impressum in eo fuerit diu retinet." Haec ille.]

[Ibid. *ΔΕΛΤΟΙΣ.* Hesych. *Δέλτος· πινακίδιον, ἢ πλάξ.* Idem *διφθέρα· δέρμα, βύρσα, δέλτος, γραμμάτιον.* „Vides vocare *δέλτον* et *γραμματεῖον*, id est, codicem, quam *βίβλον* vocavit Herodotus, quia *διφθέρα* eundem usum Ionibus praestaret, quam aliis *δέλτος* et *βίβλος*, dum ex pellibus et codices conficerent et volumina." Salmas. de modo usurarum, p. 413. Suidas, *Δέλτος· πινακίδιον, τιτλάριον, σχεδάριον. Ζήνων ὁ Κιτιεύς Κλεάνθην τὸν αὑτοῦ διάδοχον ἀφαμοίου ταῖς σκληροχηραῖς δέλταις, αἱ μόλις μὲν γράφονται, διατηροῦσι δὲ τὰ γραφέντα.* Interpres: *Tabellae: Libellus, pugillares, chartulae. Zeno Citieus Cleanthem suum successorem comparabat duram-ceram-habentibus tabellis, quae difficulter quidem scripturam admittunt, sed scripta diu conservant.*]

[v. 789. *OPON. Terminum, finem.* Plin. N. H. II. [z]) Prooem. *Termini amnes Tanais et Nilus.* Idem IV. 12. *Novissimum inter Asiam Europamque finem.* Ovid. Epist. ex Ponto. IV. 10. [a])

Quique duas terras, Asiam Cadmique sororem
Separat, et cursus inter utramque facit.

Alicubi vero, nempe in Prometheo soluto, Aeschylus Phasin fluvium *ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας* dixit, referente Aeliano [b]) in Periplo Ponti Euxini. Porro licet Scholiastes *A'.* *τὸν Τάναϊν ποταμόν* per haec verba Aeschyli designari velit, ego tamen ipsum Bosporum Cimmericum omnino significari puto; id enim fluentum erat quod pertransiit Io, cum ex Europa in Asiam pervenerit, v. 732.]

---

u) Pind. Olymp. XI. init. Bkh.
x) Terent. Andr. I, 5, 48.
y) Catull. LXX, 4.
z) imo lib. III.
a) Ovid. Epist. ex Pont. IV, 10, 55.
b) Arrhian. Peripl. Pont. Eux. p. 131. ed. Blancard.

[v. 791. *ΕΣ Τ' ΑΝ ΕΞΙΚΗΙ.* Mox v. 809. *Ἕως ἂν ἵξηι.*]

[v. 792. *ΓΡΟΣ ΓΟΡΓΟΝΕΙΑ ΠΕΔΙΑ ΚΙΣΘΙΝΗΣ.* Mathias Garbitius Cisthenem civitatem esse ait Libyae, cui assentitur magnus geographus Abrahamus Ortelius; *nam Gorgones*, inquit, *in Libya ad Atlanticum mare habitare constat.* Errat vero uterque, quippe de Asia praesens est sermo, nempe a v. 734.] Quod ad Scythiam pertineat haec Cisthine ex sequentibus liquet: ubi, inquit, transieris Tanaim ad ortum, iter deflectas ut evites Phorcydas, Gorgonas, Grypas, et Arimaspos: dein in longinquam terram Aethiopiam recta via progrediare. Nugantur itaque omnino qui de Lybica aut Aethiopica urbe interpretatum velint: imo potius sequendi MSS. qui legunt *Σκυθίνης.* [Atque hanc lectionem olim secutum fuisse Natalem Comitem observo, Mytholog. VII. 12. de Gorgonibus. *Hae*, inquit, *habitarunt in Scythia*, etc. *quod videtur significare ita Aeschylus in Prometheo,*

Πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἕς τ' ἂν ἱκάνῃ [ἵξιχῃ]
Πρὸς Γοργόντεια πεδία Σκυθίνης, κ. λ.
Pontum sonorum transiens, ut veneris
Ad Gorgonaeos terminos Scytharum, ubi
Sunt Phorcydes.]

[v. 956. *ΔΙΣΣΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΥΣ ΕΚΠΕΣΟΝΤΑΣ.* Schol. *Α'. Λέγει δὲ τὸν Ὀφίωνα καὶ τὸν* (l. *τὴν*) *Εὐρυνόμην καὶ τὸν Κρόνον ὃν ἔῤῥιψεν ὁ Ζεύς.* Verum est Ophionem cum Eurynome uxore eius, filia Oceani, rerum potitum esse, quem fugavit Saturnus. Sed poterit forsan magis commode hic locus de Coelo accipi, quo pulso Saturnus imperio suffectus est. Apollodorus I. 1. *Τῆς δὲ ἀρχῆς ἐκβαλόντες* (Coelum) *τούς τε καταταρταρωθέντας ἀνήγαγον ἀδελφοὺς, καὶ τὴν ἀρχὴν Κρόνῳ παρέδωκαν.* Coelum, primum universi regem, deturbavit regno Saturnus: Saturnum, qui Coelo successit, Iupiter.]

v. 957. *ΤΡΙΤΟΝ ΔΕ.* Legit Grotius in Excerpt. p. 16.

Τρίτον δὲ καὶ τὸν νῦν τυραννοῦντ' ὄψομαι.

an potius legendum *κοιρανοῦντ'* pro *τυραννοῦντ'*, et nihil aliud mutandum?

[v. 958. *ΤΑΧΙΣΤΑ.* Sc. *Ἐκπεσεῖν.*]

[v. 960. *ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΕΛΛΕΙΠΩ.* Sic. v. 1005. *Τοῦ παντὸς δέω.*]

[v. 961. *ΕΓΚΟΝΕΙ.* Euripides Hecuba. v. 507.

Σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν.

Hesychius, *Ἐγκόνει· ἀντὶ τοῦ σπεῦδε.* Respondet vero Prometheus ad illud Mercurii v. 949.

—— *μηδέ μοι διπλᾶς*
Ὁδούς, Προμηθεῦ, προσβάλῃς.

Simon apud Lucianum, in dialogo cognomine, p. 149. y)

Ὥστε παλίνδρομος ἄπιθι ὦ Ἑρμῆ.]

[v. 962. *ΩΝ ΑΝ ΙΣΤΟΡΗΙΣ ΕΜΕ.* Lycophron v. 1.

Λέξω τὰ πάντα νηιρεκῶς ἃ μ' ἱστορεῖς.

Herodotus III. 51. *Ἐξελάσας δὲ τοῦτον ἱστόρεε τὸν πρεσβύτερον ὅστις ὁ μητροπάτωρ διελέχθη.* *Quo electo maiorem natu percontatur quaenam cum iis avus esset collocutus.* Hesych. *Ἱστορεῖ· — ἐρωτᾷ, ἐρᾷ, πύθεται.*]

[v. 965. *ΤΗΣ ΣΗΣ ΛΑΤΡΕΙΑΣ.* Digna vox generoso animo, qualis illa Persii Satyra, I. 121.

—— Hoc ego opertum,
Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo
Iliade.

---

y) Lucian. vol. I, p. 149. cap. 37.

V. Cl. Petrus Victorius Var. lect. XXVI. 7. „Narrat M Cicero in Epistola illa longa, ad ipsum scripta, P. Lentulo quemadmodum Vatinii, importunissimi hominis, improbitatem fugerit contumeliaeque in se plenam vocem retuderit Pronuntiatum vero illud ab ipso fuit libere imprimis magnoque animo, ut sane ipse alio loco testatur resque ipsa declarat, oportere maledicta inimicorum refelli. Inquit igitur Cicero, Ep. Fam. I. 9. *Ego, sedente Cn. Pompeio, cum, ut laudaret P. Sestium, introisset in urbem dixissetque testis Vatinius me fortuna et felicitate C. Caesaris commotum illi amicum esse coepisse, dixi, me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis victoriisque anteferre.* Similis autem huic loco est ille summi poetae Aeschyli, qui et ipse fecit gravem personam, Prometheum, et quem mala ingentia quae sustinebat non domuerant, nec spiritus ipsius ullam in partem contuderant, eodem pacto respondere Mercurio, qui ipsum laeserat in aliisque dixerat, eum sua contumacia insolentibusque dictis coniecisse semetipsum in acervum illum miseriarum. Inquit igitur, se non commutaturum statum suum illum malum cum ipsius secundis rebus, ministerioque quo obibat; satiusque esse adfixum illi scopulo haerere, quam nuntium esse Iovis, mandataque ipsius fideliter exequi. At extremum vero addit, quod vim illius suae orationis aperit et constituit, decere par pari referre, et contumeliam illatam contumelia refellere. Verba ipsius poetae sunt:

Τῆς σῆς λατρείας τὴν ἐμὴν δυσπραξίαν
Σαφῶς ἐπίστασ' οὐκ ἂν ἀλλάξαιμ' ἐγώ.

Cum autem illic Scholion vetus aperiat sensum omnem ei loci, nisi perturbatum foret, non me pigebit etiam ostendere, *εὐπραξίαν* in ipso pro *δυσπραξίαν* perperam scriptum esse. Quod vero in extremo addidit, cum iam animo se satisfecisset refutassetque Mercurii contumeliam, simile est illi sententiae Ciceronis, atque idem prorsus valet. Simile etiam est his aliquomodo vox illa Leonidae, fortissimi atque optimi viri, qui, cum a Xerxe, rege Persarum, solicitatus esset de proditione, pollicebatur autem ipsi regnum Graecorum, si ad se transisset conatumque illum suum adiuvisset, magnifice honesteque ipsi respondit, non tamen iracunde sed cum exprobatione iniusti illius belli ac turpis postulati. Inquit enim: *Si quae sunt recta et honesta in vita didicisset, se ipsi temperaturum fuisse a cupiditate rerum alienarum; sibi autem satius esse pro libertate Graeciae interire, quam iniuste suos dominari.*" Hactenus vir doctissimus.]

[v. 971. *ΧΑΙΔΩΝΤΑΣ ΩΔΕ.* Plautus Asin. V. 1. [a])

Utinam male qui mihi volunt sic rideant.]

---

a) V, 1, 13.

[v. 974. *ΑΠΛΑΩι ΛΟΓΩι.* Hesych. *Ἁπλῶς· συντόμως, παθάπαξ.* Non videtur assecutus mentem poetae interpres, cum reddiderit:

Omnes simpliciter odi Deos.]

[v. 978. *ΕΙ ΠΡΑΣΣΟΙΣ ΚΑΛΩΣ.* Noster apud Stobaeum, Ethic. Serm. 45. *)

—— *Καιτοὶ γὰρ εὖ πράσσοντες οὐκ ἀνάσχετοι.*]

[v. 986. *ΚΑΙ ΕΤΙ.* f. *Κἄτι.*]

v. 988. *ΑΙΚΙΜ'.* Leg. *Αἴκισμ'.*

[v. 992. *ΛΕΥΚΟΠΤΕΡΩι ΔΕ ΝΙΦΑΔΙ.* Solinus. c. 15. *Ultra hos et Riphaeum iugum regio est assiduis obsessa nivibus, Pterophoron dicunt; quippe casus continuantium pruinarum quiddam ibi exprimit simile pinnarum.* Ad quem locum Cl. Salmasius: „Regio *πτεροφόρος* dicta ab assiduo nivium casu, quae pinnis similes sunt, unde *nives plumeas* appellat Arnobius, II. *quod guttatim faciat pluviam labi, quod imbres et nives plumeas et Aeoli ora dilatarit*, etc. Ut *nives plumeae* Arnobio, sic *πτεραίη χιών* Aeschylo de Pterophoro regione." Haec ille, p. 194.]

[v. 996. *ΟΡΑ ΝΥΝ.* Postulat metri ratio *νύν* encliticam particulam, non ut adverbium temporale circumflecti. *Τοίνυν* eodem modo, v. 759. Post imperativum pariter Sophocles, Aiace Flagellif. v. 87.

Σίγα νυν ἑστὼς, καὶ μέν', ὡς κυρεῖς, ἔχων.

Idem saepe *ἡμίν* pro *ἡμῖν. Ἄφερπέ νυν*, et *ἄκουέ νυν*, et *εὖ νυν τόδ' ἴσθι* in Canteriana editione.]

[v. 998. *ΤΟΛΜΗΣΟΝ Ω ΜΑΤΑΙΕ.* Amarissimus sarcasmus. Ad Virgilianum illud, Aeneid, VIII. 363.

Aude hospes contemnere opes. —

V. Cl. Germanus Valens Guellius: „Pari, qua hic Maro, significatione Euripides in Medea *τολμᾶν* usurpavit, v. 589.

—— *ἥτις οὐδὲ νῦν*
Τολμᾷς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χόλον.
—— quae ne nunc quidem
Vis remittere magnam iracundiam animi.

Et Martial. XII. 6. a)

—— sub principe duro
Temporibusque malis ausus es esse bonus.

Et Sophocl. in Colon. v. 184. *Τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξείνης.* Ubi interpres, *sustine.* Et Aeschyl. in Prom. eadem qua hic significatione sub persona Mercurii ad Prometheum insolentem contra Iovem:

a) XII, 6, 11. *) fragm. 287. Sch.

Τόλμησον ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε
Πρὸς τὰς παρούσας πημονὰς ὀρθῶς φρονεῖν.

Et Plato, Leg. VIII. p. 840. l. 14. *Οἱ μὲν ἄρα νίκης ἕνεκα πάλης καὶ δρόμων καὶ τῶν τοιούτων ἐτόλμησαν ἀπέχεσθαι λεγομένου πράγματος ὑπὸ τῶν πολλῶν εὐδαίμονος.* Et Euripides in Supplic. v. 883.

Παῖς ὢν ἐτόλμησ' εὐθὺς οὐ πρὸς ἡδονὰς
Μουσῶν τραπέσθαι πρὸς τὸ μαλθακὸν βίου.
Statim a puero ausus est non ad voluptatem
Musarum se convertere, et ad mollem vitam.

Et Plato in Epitaph. p. 245. l. 21. [b]) ubi agit de Graecis, dedere vel prodere paratis regi Epirotas: *Ἠθέλησαν γὰρ αὐτῷ ἐκδιδόναι, καὶ ξυνέθεντο καὶ ὤμοσαν Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι καὶ Βοιωτοὶ καὶ [οἱ] ἄλλοι σύμμαχοι, εἰ μέλλοι χρήματα παρέξειν, ἐκδώσειν τοὺς ἐν Ἠπείρῳ [ἐν τῇ ἠπείρῳ] Ἕλληνας, μόνοι δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐτολμήσαμεν οὔτε ἐκδοῦναι, οὔτε ὀμόσαι. Οὕτω δή τοι τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ ἐλεύθερον βέβαιόν τε καὶ ὑγιές ἐστι καὶ [φύσει] μισοβάρβαρον.*" Haec Guellius.]

v. 1000. *ΟΧΛΕΙΣ ΜΑΤΗΝ ΜΕ, ΚΥΜ' ΟΠΩΣ ΠΑΡΗΓΟΡΩΝ. Frustra molestus es, ut fluctum me vel undam alloquens, vel admonens.* Ut et Erasmus accepit in adagio *Fluctibus obloqui, πρὸς κύματα λαλεῖν*, ex Eustathio [c]), ut ibi notatum. Eurip. Med. v. 28.

—— ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος
Κλύδων ἀκούει νουθετημένη φίλων.

Hinc apud Evangelistas, ut Matth. VIII. 27. *ἄνεμοι καὶ ἡ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ*, non sine specie proverbii, de re, quae praeter ordinem naturae. [Euripides Androm. v. 537.

Τί με προσλίπτεις, ἀλίαν πέτραν,
Ἢ κῦμα λισσαῖς ὡς ἱκτεύων;

Aliter vero haec verba exponit Michael. Apostol. qui et inter proverbia recenset, XV. 58. Sic enim ille: *Ὀχλεῖς μάτην με, κῦμ' ὅπως. Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτως ἐχόντων ἡ παροιμία· ὡς γὰρ κῦμα προσκροῦον ἀεὶ παραλίαις πέτραις οὐδὲν ἀνύει, εἰ μὴ μάτην πονεῖ, οὕτως οὐδ' αὐτὸς ὀχλῶν μοι ἀνύσεις τι, ὥστε ἃ χρῄζεις ἀκοῦσαι.* Interpres: *Ut unda me frustra impetis. De iis qui nihil sentiunt paroemia usitata. Ut enim fluctus assidue marinis petris illisus nihil efficit, sed frustra laborat; ita nec tu me vexans quicquam proficies, ut quae cupis audias.*]

[v. 1001. *ΕΙΣΕΛΘΕΤΩ.* Cicero ad Atticum VII. 3. *Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset.*]

v. 1004. *ΥΠΤΙΑΣΜΑΣΙ ΧΕΡΩΝ.* Garbitius *flexionibus*: perperam. Gestus olim supplicatorius protendere ma-

---

b) Menex. p. 245. C. c) Eustath. ad Odyss. I, 188. p. 1622, 43.

nus in palmam resupinatas, quasi minime minaces et infestas; non, ut hodie, in summitate convexa aut pectinatim iunctas, quasi ad vincula paratas: quod ignoravit, qui manus iunctas exprimi putavit a Virgilio Aeneid. I. 97.

—— duplices tendens ad sidera palmas.

Horatius, Od. III. 23.

Coelo supinas si tuleris manus.

[Iob. XI. 13. *Τὰς χεῖρας ὑπτιάζειν.* Qui superis supplicabant, manus in palmam resupinatas versus coelum porrigebant; qui diis inferis, e contra palmas versus terram; qui diis marinis, palmas versus mare protendebant. Achilles apud Homer. Il. *A'*. 351:

Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο χεῖρας ὀρεγνύς.

Virgil. Aen. IV. 205.

Multa Iovem manibus supplex orasse supinis.

Ad quem locum V. Cl. Germanus Valens Guellius: „Ovid. Metamorph. VIII. 682.

Attoniti novitate pavent, manibusque supinis
Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon.

Omnino Graeca illius Aeschyli imitatione, sub persona Promethei,

Καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον
Γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν
Λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε· τοῦ παντὸς δέω.

Horatius quoque, Od. III. 23.

Coelo supinas si tuleris manus.

Contraria autem manus, *χεῖρες καταπρηνεῖς.* Hom. Odyss. *N'*. 198.

—— *καὶ ὣ πεπλήγετο μηρὼ*
Χερσὶ καταπρηνέσσι.
—— et sua percussit femora
Manibus deiectis."

Haec Guellius.]

v. 1008. *ΩΣ ΝΕΟΖΥΓΗΣ ΠΩΛΟΣ.* Hoc equorum ferox genus Graecis dicitur *λυκοσπάδες.* Plutarch. Sympos. II. 8. Horat. Epist. I. 15. [d])

—— equi fraenato est auris in ore.

Xenophon de re equestri [e]), p. 941. l. 6. *ἔπειτα δὲ ὅσον δεῖ ἀπέχειν τὸν χαλινὸν τῶν γνάθων. Ὁ μὲν γὰρ ἄγαν πρὸς αὐταῖς τυλοῖ στόμα, ὥστε ἀναίσθητον εἶναι· ὁ δὲ ἄγαν εἰς ἄκρον τὸ στόμα κά-*

d) I, 15, 13.

e) cap. VI. §. 9.

[illegible] THEUM.

[illegible] τὸ στόμιον μὴ πείθεσθαι. [illegible] ἀπειθήσας γὰρ ὁ λαὸς καὶ [illegible] ἐνδακὼν τὸν χαλινὸν οὐχ εἱλκύ- [illegible] δὲ τῆς εὐθείας τοσοῦτον ἔδρα- [illegible] ἀπεφρυάξατο, μέχρις οὗ τοῖς βαρά- [illegible] (leg. ἐμπεσὼν) ἀξίαν τῆς δυσπει- [illegible] [Virgil. Aen. IV. 135.

[illegible] ferox spumantia mordet [mandit].

[illegible] equum, spumantia saevo
[illegible] morsu.

[illegible] L. 207.

[illegible] negabunt
[illegible] pati, et duris parere lupatis.

[illegible] V. Cl. German. Valens Guellius: „Ἵππους [illegible] ἀπὸ τῶν χαλινῶν τῶν λύκων ἔφασαν ὠνομά- [illegible] reliqua ad hunc locum apud Plutarch. Sym- [illegible] λυκοσπάδας ἵππους θυμοειδεῖς εἶναι λέγουσι. [illegible] in Electra g) duri oris equi ἄστομοι dicuntur, [illegible] ore; et εὔστομοι, fraeno obtemperantes, ut [illegible] τῷ χαλινῷ. Et Epigr. Antholog. h) p. 408.

— — οὔτε χαλινοῖς
[illegible] σοῖς ἀπίθησε γένυς.

[illegible] Aeschylus in Prometheo,

— — δακὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγὴς
[illegible] καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ.

[illegible] ἀφηνιάζειν et στρηνιᾷν vocant, unde ἀφηνιασμὸς et ἀφη- [illegible] Haec ille. Erasmus, *mordere fraenum*. „Prover- [illegible] videtur [e] fabula Aeschyli, quae inscribitur [illegible], in qua sic loquitur Mercurius:

Τέγγῃ γὰρ οὐδὲν κ. τ. λ. id est,
Precibus nihil mitescis inflexus meis,
Sed fraena mordens, pullus indomitus velut,
Ferociens pugnas habenas vincere."]

[v. 1009. ΒΙΑΖΗι ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΗΝΙΑΣ ΜΑΧΗι. Vir- [illegible] ad verbum, Aeneid. XI. 600.

— et pressis pugnat habenis
Huc obversus et huc.

Polluci i) ἑτερόγναθος in vituperium equi dicitur.]

---

h) Plut. Sympos. p. 641. F. Br. III, 25.

g) v. 724.

i) Poll. I, 197.

v. 1012. *ΟΥΔΕΝΟΣ ΜΕΙΖΟΝ.* Forte *οὐδενὸς μεῖον.*

[v. 1014. *ΤΡΙΚΥΜΙΑ.* Schol. *Ἦχος.* f. *ἰσμός.* Ut noster *κακῶν τριχυμία* ita *βίου τριχυμίας* dixit Libanius in oratione de vita sua [k]). Nicetas Choniates in Alexio Comneno. *Κακὸν ἐπὶ κακῷ προσβάλλει, καὶ κῦμα, ὃ φασιν, ἐπὶ κῦμα κυλίνδεται.* Hesych. *Τριχυμία· ζάλη.* Etymolog. [l]) *Τριχυμία· ἡ σφοδροτάτη καὶ δεινοτάτη τῆς θαλάσσης ταραχή· παρὰ τὸ τρέω, τὸ φοβοῦμαι, καὶ τὸ κῦμα. Ὁ ἐκ τῶν κυμάτων φόβος.* Alii, et fortasse rectius, ab augendi particula dictum volunt, quo modo *τρίδουλος*, etc. et Latinis *trifur*, *trivenefica*, etc. *ὅταν τὰ τρία κύματα εἰς ἓν συναφθῇ*; eadem sc. ratione, qua *δεκακυμία*, *decumanus fluctus* de tempestate gravissima, quia, ut Festus [m]) ait, *fluctus decimus fieri maximus dicitur.* Paroemiographus: „*Malorum decumanus fluctus.* De ingentibus calamitatibus effertur. Mercurius apud Aeschylum, Prom.

Οἷός σε χειμών. κ. τ. λ. id est,
Tibi quanta tempestas et inevitabiles
Fluctus malorum decumani mox ingruent.

Theodoretus de providentia, VI. [n]). *Ὁ πλοῦτος πολλοὺς ἔχων θορύβους καὶ φροντίδας παντοδαπὰς καὶ τριχυμιῶν εἴδη μυρία ἐπίβουλός ἐστι ἀρετῆς. Opes variis tumultibus et omnigenis curis refertae, ac sexcentis decumanorum fluctuum generibus virtuti insidiantur.* Ibidem. *Ταῖς τῶν παθῶν τριχυμίαις ἐκδιδόναι. Affectuum decumanis undis cedere.* Nazianzenus in distichis, 26.

Κύβερνος ἴδρων φεύξεται τριχυμίας,
Doctus gubernator decimas undas cavet.

Plato in Repub. V. p. 462. l. 5. [o]) *Νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τριχυμίας ἐπάγεις. Posteaquam vix evasi binas disputationum undas, nunc maximum difficillimumque veluti decumani fluctus vortices superingeris.* Idem in Euthydemo, p. 293. l. 2. *Σῶσαι ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον ἐκ τῆς τριχυμίας τοῦ λόγου. Servatos nos velis,* [me] *pariter et adolescentulum, e disputationis decumano tantum non impetu.* Clemens Alex. in Paedagogo, II. p. 67. *Δέδυκεν εἰς βυθὸν ἀκοσμίας ταῖς τοῦ οἴνου τριχυμίαις ἐπικεχωσμένον. Corpus immergitur in profundum turpitudinis, adobrutum quibusdam decumanis temulentiae fluctibus.* *Τριχυμίαν* tempestatem volunt esse gravem, qua tres undarum cumuli in unum coeant, quam graphice describit in epistola ad Eunopium Synesius: Latini *decumanum fluctum* nominant. Lucianus [p]) in libello de mercede servientibus,

---

k) Exemplorum tantum, quantum satis sit, vide ap. Blomfieldum in Glossario.

l) p. 766, 30.

m) Fest. v. decum. ova.

n) VI, p. 567, 14. (*ἐπίβουλός ἐστιν ἀλλ' οὐκ ἐπίκουρος τῆς ἀρετῆς.*)

o) p. 472. A.

p) Lucian. vol. I, p. 652.

αὐτὸ καὶ, Καδμεία νίκη. *De iis, quibus prius res bene cesserunt. Ab Adrasto, qui Thebas oppugnavit, et magnopere frustratus est, re infeliciter gesta. Affine huic, Cadmea victoria.* Michael Apostol. Proverb. I. 40. Ἀδράστεια Νέμεσις. Ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν εὐδαιμονησάντων, ὕστερον δὲ δυστυχησάντων. Τῶν γὰρ Ἀπιγόνων l) Θηβαίοις ἐπιστρατευσάντων μόνος Αἰγιαλεὺς ἀπώλετο Ἀδράστου παῖς. Ἄλλοι δὲ λέγουσι τὴν Ἀδράστειαν εἶναι τὴν αὐτὴν τῇ Νεμέσει, λαβεῖν δὲ τοὔνομα ἀπὸ Ἀδράστου τινὸς βασιλέως, ὃς τινων μαντικῶν ἱδρυσαμένου ἱερὸν Νεμέσεως, ὃ προσαγορευθῆναι μετὰ ταῦτα Ἀδραστείας, ὡς Ἀντίμαχος ἐν τούτοις δηλοῖ·

Ἔστι δέ τις Νέμεσις, μεγάλη θεός, ἡ τάδε πάντα
Ἰρὸς μαχάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο m) πρῶτος
Ἄδρηστος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο·
Ἔνθαδὲ τιμᾶταί τε καὶ Ἀδρήστεια καλεῖται. n)

i. e. *Alii Adrasteam eandem cum Nemesi esse dicunt, nomenque ab Adrasto rege, qui oraculis quibusdam admonitus Nemesi huic templum aedificavit, accepisse aiunt, quod postea Adrasteae est appellatum, id quod Antimachus his versibus declarat:*

Et Nemesis Dea magna, tenet namque omnia Divum
Munere; cui pingues aras extruxit Adrastus
Aesopi primus liquidas ad fluminis undas,
Hic colitur Diva et nunc Adrastea vocatur.

Qui ad Adrastum, Thebarum oppugnatorem, conferendum censent (quorum est Zenobius I. 30. quem vide), hanc paroemiam proleptice dictam hoc in Aeschyli loco necesse est ut fateantur, quomodo v. 2. Σκύθης οἶμος: multo magis, qui ad Aegialum, Adrasti filium. Vide sis Suidam in Ἀδράστεια Νέμεσις, qui hanc posteriorem tutatur sententiam. Hesych. Ἀδραστία· ἡ Νέμεσις, ἣν οὐκ ἄν τις ἀποδράσειεν. Paroemiographus: „Adrastia Nemesis. Rhamnusia Nemesis. Ἀδράστεια Νέμεσις, Adrastia Nemesis; subaudiendum adest aut aderit aut eiusmodi quippiam Licebit uti vel in eos, quibus ob insolentiam arrogantiamque fortunae commutationem minamur, vel qui a rebus florentibus ad calamitosam fortunam redacti sunt. Hanc quidem Nemesin Deam esse putant, insolentiae et arrogantiae vindicem, quaeque spes immoderatas et vetat et puniat. Ἀδράστεια dicta ἀπὸ τοῦ α, στερητικοῦ μορίου, καὶ δρασμοῦ, quod nemo nocens meritam poenam usquam effugerit, etiam si quandó serius assequitur. Lucianus in Meretriciis dialogis. XII. p. 312. o) Ἔστι τις θεὸς Ἀδράστεια, καὶ τοῦτο αὐτὰ ὁρᾷ. *Est dea quaepiam Adrastia, videtque illa.* Euripides in Rheso, v. 342.

---

l) Ἐπιγόνων?

m) scr. εἵσατο.

n) Antimach. p. 71. Schellenb. Ἔνθα τετίμηται.

o) Lucian. vol. III, p. 811.

Ἀδράστεια μὲν ἃ Διὸς παῖς
Ἔργοις στομάτων φθόνον.
Adrastia Iovis filia
Arceas dictorum invidiam.

Idem in eadem fabula, v. 468.

—— *σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγων,*
Volente vero dixerim hoc Adrastia.

Idem testantur etiam epigrammata. Anthologia p. 335. p)

Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχεϊ τῷ τε χαλινῷ,
Μήτ' ἄμετρόν τι ποιεῖν, μήτ' ἀχάλινα λέγειν.
Innuit hoc Nemesis cubito fraenoque gerendis,
Sit modus in rebus, dictaque fraenum habeant.

Item aliud q):

Ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχω, τίνος οὕνεκα; λέξεις·
Πᾶσιν ἀπαγγέλλω μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.
Contineo Nemesis cubitum; quae causa? requires;
Nam cunctis iubeo rebus adesse modum.

Strabo, XII. p. 588. r) Adrastiam dictam tradit, non ab aufugiendo, sed ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit: idque Antimachi poetae versibus confirmat s).

Huius oppidi meminit Plinius, N. H. V. 32. his verbis: *Parium colonia, quam Homerus Adrastiam appellavit.* Adrasteae Deae mentionem facit et Plato in Phaedro t). Ammianus, XIV. 11. *Haec et huiusmodi innumerabilia ultrix facinorum impiorum bonorumque praemiatrix aliquando operatur Adrastia, atque utinam semper, quam vocabulo duplici etiam Nemesim appellamus. Hanc aiunt ex opinione veterum theologorum Lunae superpositam generali potentia praesidere fatis, omnia terrena despectantem, ut reginam et arbitram rerum omnium; quae praecipue fastui infensa nunc erectas mentium cervices opprimit et enervat; nunc bonos ab imo suscitans ad bene vivendum extollit. Huic antiquitas addidit pennas, celeritatis symbolum; dedit gubernaculum et rotam, significans illam per omnia discurrentem singula moderari.* Idem, XXII. 3. *Ideo intolerabilem, humanorum spectatrix Adrastia, aurem, quod dicitur, vellens, monens ut castigatius viveret, etc.*" Mox, quibusdam praemissis, „Diogenianus paroemiam citat ad hunc modum: *Ἡ Νέμεσις παρὰ πόδας βαίνει. Nemesis ad pedes adest.* Galenus denique libro de usu partium humani corporis, VI. *Μνημονεῦσαι καὶ δεῖξαι τὸν Ἀδραστίας ὡς οὐδεὶς ἐκφεύξεῖται θεσμόν. Meminisse ac declarare quod Adrastiae legem nullus effugiet.* Ac paulo infe-

---

p) Anal. III, p. 202. Br. epigr. CCLV.
q) Anal. III, p. 208. ep. CCLVI.
r) Strab. XIII, p. 588. (880.)
s) qui paullo ante positi sunt.
t) Plat. Phaedr. p. 248. E. St.

rius, *Οὐκ ἐννοήσας, οἶμαι, τὸν τῆς Ἀδραστίας θεσμόν. Hau cogitans, opinor, Adrastiae legem.* Minitatur medicis qui fals pro veris docent. Eadem appellatur Rhamnusia, a Rha mnunte, Atticae loco, cognominata; ubi, quemádmodum ostend dit Zenodotus, huic deae statua est, solido lapide, decem cubitorum magnitudine, Phidiae opus. Fingebatur autem olim Veneris specie, quamobrem et malum arborem dextr tenebat, ut auctor est Eudemus." Haec ille.]

[v. 940. *ΤΡΟΧΙΝ.* Uterque Scholiastes, *τὸν ἄγγελο* Hesych. *Τρόχις· ἄγγελος, ἀκόλουθος.* Videtur hic *μείων* nam et in sequentibus Mercurium in contemptum rapit Pro metheus. Contra praeco in Agamemnone, v. 524.

Ἑρμῆν φίλον, κηρύκα, κηρύκων σέβας.]

[v. 943. *ΣΟΦΙΣΤΗΝ.* Ita v. 62. *Σοφιστὴς ὢν Διὸς νε θέστερος.*]

v. 955. *ΠΕΡΓΑΜ'.* Omnia alta aedificia *pergama* dici a Aeschylo [u]) notat Servius in Aeneid. II. 556. *Πέργαμος* ver idem quod *πύργος.* Eurip. Phoen. v. 1105. — *περγάμων ὑ ὀρθίων.* Idem, v. 1183. — *κατ' ἄκρων περγάμων ἑλεῖν πόλι* ubi Scholiastes *τῶν τειχῶν.* Ita reddendus Sophocles in Phi loctete, v. 353. *τὰ ἐπὶ Τροίᾳ πέργαμα,* et Lucretius I. 47 *Troiai Pergama,* hoc est, *Troianas arces;* quia si pro nomin proprio sumatur, insolentior erit periphrasis. Euripide Orest. v. 1389. Helenam vocat *ξεστῶν περγάμων Ἀχαλλαΐ ἐριννύν,* eodem sensu quo poeta, Aen. II. 573.

—— patriae communis Erynnis.

Quoniam autem inter omnes arces maxime olim Troiana eminebant, hinc factum ut *Πέργαμος* de civitate illa tanquam proprium usurparetur, ut de Athenis *ἄστυ.* Eustath. ad Iliad *Δ'.* p. 503. l. 3. *Ὅμηρος μὲν μόνην τὴν τῆς Ἰλίου ἀκρόπολιν Πέρ γαμον ὀνομάζει θηλυκῶς· οἱ δὲ νεώτεροι πάσας τὰς ἀκροπόλει οὕτω καλοῦσιν* [x]). Arx autem, quae Troiae nomen Pergami de dit, erat illa *ἐν ᾗ ναὸς ἦν Ἀπόλλωνος.* Schol. Pind. Olym VIII. 55. [Erasmus: „*Pergama non tristia incolit.* In eos q laeta sibi omnia augurantur, et ex animi sententia cuncta fe liciter cedere putant, et qui tantum non sibi videntur D esse, quadrabit proverbiale illud dictum, quo apud Aeschy lum tragicum poetam Prometheus, rupi Caucaseae affixu Mercurium cum reliquo Deorum vulgo, qui tunc rerum co lestium potiri tranquille videbantur, exagitat:

—— *καὶ δοκεῖτε δὴ*
Ναίειν ἀπενθῆ πέργαμα. Id est:
Habitare non triste Ilium vos remini.

---

u) Aeschylum non commemorat.

x) Sequuntur haec: *εἰ καὶ οὐδετέρως τὰ Πέργαμά φασιν, ὡς κ Ἀσχύλος Προμηθεῖ.* Eust. p. 503, 4.

Sumpta origo a temporibus Troiae iam fortunatae, quum totius Asiae imperio potita firmissimum et domesticis opibus et externis viribus regnum constabilisset, nondum *καχοΐλιος* vocari merita, nondum luctuosam sortem, in quam postea incidit, experta." Haec Erasmus. Nos in versione: *arces nulli dolori pervias*; sed vide Scholia.]

[v. 956. *ΔΙΣΣΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΥΣ ΕΚΠΕΣΟΝΤΑΣ.* Schol. *Α'. Λέγει δὲ τὸν Ὄφίωνα καὶ τὸν* (l. *τὴν*) *Εὐρυνόμην καὶ τὸν Κρόνον ὃν ἔῤῥιψεν ὁ Ζεύς.* Verum est Ophionem cum Eurynome uxore eius, filia Oceani, rerum potitum esse, quem fugavit Saturnus. Sed poterit forsan magis commode hic locus de Coelo accipi, quo pulso Saturnus imperio suffectus est. Apollodorus I. 1. *Τῆς δὲ ἀρχῆς ἐκβαλόντες* (Coelum) *τοὺς κατατραπωθέντας ἀνήγαγον ἀδελφοὺς, καὶ τὴν ἀρχὴν Κρόνῳ παρέδωκαν.* Coelum, primum universi regem, deturbavit regno Saturnus: Saturnum, qui Coelo successit, Iupiter.]

v. 957. *ΤΡΙΤΟΝ ΔΕ.* Legit Grotius in Excerpt. p. 16.

Τρίτον δὲ καὶ τὸν νῦν τυραννοῦντ' ὄψομαι.

an potius legendum *χοιρανοῦντ'* pro *τυραννοῦντ'*, et nihil aliud mutandum?

[v. 958. *ΤΑΧΙΣΤΑ.* Sc. *Ἐκπεσεῖν.*]

[v. 960. *ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΕΛΛΕΙΠΩ.* Sic. v. 1005. *Τοῦ παντὸς δέω.*]

[v. 961. *ΕΓΚΟΝΕΙ.* Euripides Hecuba. v. 507.

Σπεύδωμεν, ἐγκονῶμεν.

Hesychius, *Ἐγκόνει· ἀντὶ τοῦ σπεῦδε.* Respondet vero Prometheus ad illud Mercurii v. 949.

—— *μηδέ μοι διπλᾶς*
Ὁδούς, Προμηθεῦ, προσβάλῃς.

Simon apud Lucianum, in dialogo cognomine, p. 149. y)

Ὥστε παλίνδρομος ἄπιθι ὦ Ἑρμῆ.]

[v. 962. *ΩΝ ΑΝ ΙΣΤΟΡΗΙΣ ΕΜΕ.* Lycophron v. 1.

Λέξω τὰ πάντα νηρεκῶς ἃ μ' ἱστορεῖς.

Herodotus III. 51. *Ἐξελάσας δὲ τοῦτον ἱστόρεε τὸν πρεσβύτερον τῶν σφι ὁ μητροπάτωρ διελέχθη.* *Quo eiecto maiorem natu percontatur quaenam cum iis avus esset collocutus.* Hesych. *Ἱστορεῖ· — ἐρωτᾷ, ἐρᾷ, πύθεται.*]

[v. 965. *ΤΗΣ ΣΗΣ ΛΑΤΡΕΙΑΣ.* Digna vox generoso animo, qualis illa Persii Satyra, I. 121.

—— Hoc ego opertum,
Hoc ridere meum, tam nil, nulla tibi vendo
Iliade.

---

y) Lucian. vol. I, p. 149. cap. 37.

V. Cl. Petrus Victorius Var. lect. XXVI. 7. „Narrat M Cicero in Epistola illa longa, ad ipsum scripta, P. Lentulo quemadmodum Vatinii, importunissimi hominis, improbita tem fugerit contumeliaeque in se plenam vocem retuderit Pronuntiatum vero illud ab ipso fuit libere imprimis magno que animo, ut sane ipse alio loco testatur resque ipsa decla rat, oportere maledicta inimicorum refelli. Inquit igitur Ci cero, Ep. Fam. I. 9. *Ego, sedente Cn. Pompeio, cum, ut lau daret P. Sestium, introisset in urbem dixissetque testis Vatinius me fortuna et felicitate C. Caesaris commotum illi amicum es coepisse, dixi, me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam pu taret, omnium triumphis victoriisque anteferre.* Similis autem huic loco est ille summi poetae Aeschyli, qui et ipse feci gravem personam, Prometheum, et quem mala ingentia qui sustinebat non domuerant, nec spiritus ipsius ullam in pa tem contuderant; eodem pacto respondere Mercurio, qui ipsu laeserat in aliisque dixerat, eum sua contumacia insolen tibusque dictis coniecisse semetipsum in acervum illum mise riarum. Inquit igitur, se non commutaturum statum suu illum malum cum ipsius secundis rebus, ministerioque quo obibat; satiusque esse adfixum illi scopulo haerere, qua nuntium esse Iovis, mandataque ipsius fideliter exequi. extremum vero addit, quod vim illius suae orationis aperit constituit, decere par pari referre, et contumeliam illata contumelia refellere. Verba ipsius poetae sunt:

Τῆς σῆς λατρείας τὴν ἐμὴν δυσπραξίαν
Σαφῶς ἐπίστασ' οὐκ ἂν ἀλλάξαιμ' ἐγώ.

Cum autem illic Scholion vetus aperiat sensum omnem el loci, nisi perturbatum foret, non me pigebit etiam oste dere, *εὐπραξίαν* in ipso pro *δυσπραξίαν* perperam scripti esse. Quod vero in extremo addidit, cum iam animo s satisfecisset refutassetque Mercurii contumeliam, simile illi sententiae Ciceronis, atque idem prorsus valet. Simi etiam est his aliquomodo vox illa Leonidae, fortissimi atq optimi viri, qui, cum a Xerxe, rege Persarum, solicitatus set de proditione, pollicebatur autem ipsi regnum Grae rum, si ad se transisset conatumque illum suum adiuviss magnifice honesteque ipsi respondit, non tamen iracun sed cum exprobatione iniusti illius belli ac turpis postul Inquit enim: *Si quae sunt recta et honesta in vita didicisset, ipsi temperaturum fuisse a cupiditate rerum alienarum; sibi tem sutius esse pro libertate Graeciae interire, quam iniuste suos dominari.*" Hactenus vir doctissimus.]

[v. 971. *ΧΑΙΔΩΝΤΑΣ ΩΔΕ.* Plautus Asin. V. 1. [z])

Utinam male qui mihi volunt sic rideant.]

---

z) V, 1, 13.

[v. 974. *ΑΠΛΩι ΛΟΓΩι.* Hesych. *Ἁπλῶς· συντόμως, παθάπαξ.* Non videtur assecutus mentem poetae interpres, cum reddiderit:

Omnes simpliciter odi Deos.]

[v. 978. *ΕΙ ΠΡΑΣΣΟΙΣ ΚΑΛΩΣ.* Noster apud Stobaeum, Ethic. Serm. 45. *)

— *Καχοὶ γὰρ εὖ πράσσοντες οὐκ ἀνάσχετοι.*]

[v. 986. *ΚΑΙ ΕΤΙ.* f. *Κἄτι.*]

v. 988. *ΑΙΚΙΜ'.* Leg. *Αἴχισμ'.*

[v. 992. *ΛΕΥΚΟΠΤΕΡΩι ΔΕ ΝΙΦΑΔΙ.* Solinus. c. 15. *Ultra hos et Riphaeum iugum regio est assiduis obsessa nivibus, Pterophoron dicunt; quippe casus continuantium pruinarum quiddam ibi exprimit simile pinnarum.* Ad quem locum Cl. Salmasius: „Regio *πτεροφόρος* dicta ab assiduo nivium casu, quae pinnis similes sunt, unde *nives plumeas* appellat Arnobius, II. *quod guttatim faciat pluviam labi, quod imbres et nives plumeas ut Aeoli ora dilatarit*, etc. Ut *nives plumeae* Arnobio, sic *πτερὰ χιών* Aeschylo de Pterophoro regione." Haec ille, p. 194.]

[v. 996. *ΟΡΑ ΝΥΝ.* Postulat metri ratio *νύν* encliticam particulam, non ut adverbium temporale circumflecti. *Τοίνυν* eodem modo, v. 759. Post imperativum pariter Sophocles, Aiace Flagellif. v. 87.

Σίγα νυν ἑστὼς, καὶ μέν', ὡς χυρεῖς, ἔχων.

Idem saepe *ἥμιν* pro *ἡμῖν*. *Ἄφερπέ νυν*, et *ἄκουέ νυν*, et *εὖ νυν τόδ' ἴσθι* in Canteriana editione.]

[v. 998. *ΤΟΛΜΗΣΟΝ Ω ΜΑΤΑΙΕ.* Amarissimus sarcasmus. Ad Virgilianum illud, Aeneid, VIII. 363.

Aude hospes contemnere opes. —

V. Cl. Germanus Valens Guellius: „Pari, qua hic Maro, significatione Euripides in Medea *τολμᾷν* usurpavit, v. 589.

— *ἥτις οὐδὲ νῦν*
Τολμᾷς μεθεῖναι καρδίας μέγαν χόλον.
— quae ne nunc quidem
Vis remittere magnam iracundiam animi.

Et Martial. XII. 6. a)

— sub principe duro
Temporibusque malis ausus es esse bonus.

Et Sophocl. in Colon. v. 184. *Τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξείνης.* Ubi interpres, *sustine.* Et Aeschyl. in Prom. eadem qua hic significatione sub persona Mercurii ad Prometheum insolentem contra Iovem:

---

a) XII, 6, 11.

*) fragm. 287. Soh.

Τόλμησον ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε
Πρὸς τὰς παρούσας πημονὰς ὀρθῶς φρονεῖν.

Et Plato, Leg. VIII. p. 840. l. 14. *Οἱ μὲν ἄρα νίκης ἕνεκα παλης καὶ δρόμων καὶ τῶν τοιούτων ἐτόλμησαν ἀπέχεσθαι λεγομένου πράγματος ὑπὸ τῶν πολλῶν εὐδαίμονος.* Et Euripides in Supplic. v. 883.

Παῖς ὢν ἐτόλμησ' εὐθὺς οὐ πρὸς ἡδονὰς
Μουσῶν τραπέσθαι πρὸς τὸ μαλθακὸν βίου.
Statim a puero ausus est non ad voluptatem
Musarum se convertere, et ad mollem vitam.

Et Plato in Epitaph. p. 245. l. 21. [b]) ubi agit de Graecis, dedere vel prodere paratis regi Epirotas: *Ἠθέλησαν γὰρ αὐτῷ ἐκδιδόναι, καὶ ξυνέθεντο καὶ ὤμοσαν Κορίνθιοι καὶ Ἀργεῖοι καὶ Βοιωτοὶ καὶ [οἱ] ἄλλοι σύμμαχοι, εἰ μέλλοι χρήματα παρέξειν, ἐκδώσειν τοὺς ἐν Ἠπείρῳ [ἐν τῇ ἠπείρῳ] Ἕλληνας, μόνοι δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐτολμήσαμεν οὔτε ἐκδοῦναι, οὔτε ὀμόσαι. Οὕτω δή τοι τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ ἐλεύθερον βέβαιόν τε καὶ ὑγιές ἐστι καὶ [φύσει] μισοβάρβαρον.*" Haec Guellius.]

v. 1000. *ΟΧΛΕΙΣ ΜΑΤΗΝ ΜΕ, ΚΥΜ' ΟΠΩΣ ΠΑΡΗΓΟΡΩΝ. Frustra molestus es, ut fluctum me vel undam alloquens, vel admonens.* Ut et Erasmus accepit in adagio *Fluctibus obloqui, πρὸς κύματα λαλεῖν*, ex Eustathio [c]), ut ibi notatum. Eurip. Med. v. 28.

—— ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος
Κλύδων ἀκούει νουθετημένη φίλων.

Hinc apud Evangelistas, ut Matth. VIII. 27. *ἄνεμοι καὶ θάλασσα ὑπακούουσιν αὐτῷ*, non sine specie proverbii, de re quae praeter ordinem naturae. [Euripides Androm. v. 537.

Τί με προσλίπτεις, ἀλίαν πέτραν,
Ἢ κῦμα λισσαῖς ὡς ἱκτεύων;

Aliter vero haec verba exponit Michael. Apostol. qui et inter proverbia recenset, XV. 58. Sic enim ille: *Ὀχλεῖς μάτην με κῦμ' ὅπως. Ἐπὶ τῶν ἀναισθήτως ἐχόντων ἡ παροιμία· ὡς γὰρ κῦμα προσκροῦον ἀεὶ παραλίαις πέτραις οὐδὲν ἀνύει, εἰ μὴ μάτην κοπτεῖ, οὕτως οὐδ' αὐτὸς ὀχλῶν μοι ἀνύσεις τι, ὥστε ἃ χρῄζεις ἀκοῦσαι.* Interpres: *Ut unda me frustra impetis. De iis qui nihil sentiunt paroemia usitata. Ut enim fluctus assidue marinis petris illisus nihil efficit, sed frustra laborat; ita nec tu me vexans quicquam proficies, ut quae cupis audias.*]

[v. 1001. *ΕΙΣΕΛΘΕΤΩ.* Cicero ad Atticum VII. 3. *Quae si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset*]

v. 1004. *ΥΠΤΙΑΣΜΑΣΙ ΧΕΡΩΝ.* Garbitius *flexionibus*: perperam. Gestus olim supplicatorius protendere ma-

---

b) Menex. p. 245. C. c) Eustath. ad Odyss. I, 188. p. 1622, 43

nus in palmam resupinatas, quasi minime minaces et infestas; non, ut hodie, in summitate convexa aut pectinatim iunctas, quasi ad vincula paratas: quod ignoravit, qui manus iunctas exprimi putavit a Virgilio Aeneid. I. 97.

—— duplices tendens ad sidera palmas.

Horatius, Od. III. 23.

Coelo supinas si tuleris manus.

[Iob. XI. 13. *Τὰς χεῖρας ὑπτιάζειν.* Qui superis supplicabant, manus in palmam resupinatas versus coelum porrigebant; qui diis inferis, e contra palmas versus terram; qui diis marinis, palmas versus mare protendebant. Achilles apud Homer. Il. *A'*. 351.

Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο χεῖρας ὀρεγνύς.

Virgil. Aen. IV. 205.

Multa Iovem manibus supplex orasse supinis.

Ad quem locum V. Cl. Germanus Valens Guellius: „Ovid. Metamorph. VIII. 682.

Attoniti novitate pavent, manibusque supinis
Concipiunt Baucisque preces timidusque Philemon.

Omnino Graeca illius Aeschyli imitatione, sub persona Promethei,

Καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον
Γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν
Λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε· τοῦ παντὸς δέω.

Horatius quoque, Od. III. 23.

Coelo supinas si tuleris manus.

Contraria autem manus, *χεῖρες καταπρηνεῖς.* Hom. Odyss. *N'*. 398.

—— *καὶ ὤ πεπλήγετο μηρὼ*
Χερσὶ καταπρηνέσσι.
—— et sua percussit femora
Manibus deiectis."

Haec Guellius.]

v. 1008. *ΩΣ ΝΕΟΖΥΓΗΣ ΠΩΛΟΣ.* Hoc equorum ferox genus Graecis dicitur *λυκοσπάδες.* Plutarch. Sympos. II. 8. Horat. Epist. I. 15. [d])

—— equi fraenato est auris in ore.

Xenophon de re equestri [e]), p. 941. l. 6. *ἔπειτα δὲ ὅσον δεῖ ἀπέχειν τὸν χαλινὸν τῶν γνάθων. Ὁ μὲν γὰρ ἄγαν πρὸς αὐταῖς τυλοῖ τὸ στόμα, ὥστε ἀναίσθητον εἶναι· ὁ δὲ ἄγαν εἰς ἄκρον τὸ στόμα κά-*

d) I, 15, 13. e) cap. VI. §. 9.

διέμενος ἐξουσίαν παρέχει συνδάκνοντι τὸ στόμιον μὴ πείθεσθαι. D. Basilius Homil. in divites avaros, *ἀπειθήσας γὰρ ὁ λαὸς καὶ ὥςπερ πῶλος σκληρὸς καὶ δυσήνιος ἐνδακὼν τὸν χαλινὸν οὐχ εἴλκυσθη πρὸς τὸ συμφέρον· ἐκτραπεὶς δὲ τῆς εὐθείας τοσοῦτον ἔθρεμεν ἄταχτα, καὶ τοῦ ἡνιόχου κατεφρυάξατο, μέχρις οὗ τοῖς βαράθροις καὶ τοῖς κρημνοῖς ἐκπεσὼν* (leg. *ἐμπεσὼν*) *ἀξίαν τῆς δυσπειθείας τὴν πανωλεθρίαν ὑπέμεινεν.* [Virgil. Aen. IV. 135.

Stat sonipes, et fraena ferox spumantia mordet [mandit].

Sil. Ital. XII. 254.

Immitem quatiebat equum, spumantia saevo
Fraena cruentantem morsu.

Virgil. Georg. III. 207.

—— prensique negabunt
Verbera lenta pati, et duris parere lupatis.

Ad quem locum V. Cl. German. Valens Guellius: „*Ἵππους λευκοσπάδας οἱ μὲν ἀπὸ τῶν χαλινῶν τῶν λύκων ἔφασαν ὠνομάσθαι* [f]). Vide reliqua ad hunc locum apud Plutarch. Sympos. II. 8. *Διὰ τί τοὺς λυκοσπάδας ἵππους θυμοειδεῖς εἶναι λέγουσι.* Sophocli autem in Electra [g]) duri oris equi *ἄστομοι* dicuntur, ut Gallis, sine ore; et *εὔστομοι*, fraeno obtemperantes, ut Plutarcho *εὔστομος τῷ χαλινῷ*. Et Epigr. Anthолog. [h]) p. 408.

—— *οὔτε χαλινοῖς*
Δύστομος ἱππείη σοῖς ἀπίθησε γένυς.

Et Aeschylus in Prometheo,

—— *δαχὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγὴς*
Πῶλος βιάζῃ καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ.

Quod *ἀφηνιάζειν* et *στρηνιᾶν* vocant, unde *ἀφηνιασμὸς* et *ἀφηνιαστής*." Haec ille. Erasmus, *mordere fraenum*. „Proverbium sumptum videtur [e] fabula Aeschyli, quae inscribitur Prometheus, in qua sic loquitur Mercurius:

Τέγγῃ γὰρ οὐδὲν κ. τ. λ. id est,
Precibus nihil mitescis inflexus meis,
Sed fraena mordens, pullus indomitus velut,
Ferociens pugnas habenas vincere."]

[v. 1009. *ΒΙΑΖΗι ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΗΝΙΑΣ ΜΑΧΗι.* Virgilius ad verbum, Aeneid. XI. 600.

—— et pressis pugnat habenis
Huc obversus et huc.

Polluci [i]) *ἑτερόγναθος* in vituperium equi dicitur.]

---

f) Plut. Sympos. p. 641. F.
g) v. 724.
h) Anal. Br. III, 25.
i) Poll. I, 197.

v. 1012. *ΟΥΔΕΝΟΣ ΜΕΙΖΟΝ.* Forte *οὐδενὸς μεῖον.*

[v. 1014. *ΤΡΙΚΥΜΙΑ.* Schol. *Ἦχος.* f. *ἰσμός.* Ut noster *κακῶν τριχυμία* ita *βίου τριχυμίας* dixit Libanius in oratione de vita sua [k]). Nicetas Choniates in Alexio Comneno. *Κακὸν ἐπὶ κακῷ προσβάλλει, καὶ κῦμα, ὅ φασιν, ἐπὶ κῦμα κυλίνδεται.* Hesych. *Τριχυμία· ζάλη.* Etymolog. [l]) *Τριχυμία· ἡ σφοδροτάτη καὶ δεινοτάτη τῆς θαλάσσης ταραχή· παρὰ τὸ τρέω, τὸ φοβοῦμαι, καὶ τὸ κῦμα. Ὁ ἐκ τῶν κυμάτων φόβος.* Alii, et fortasse rectius, ab augendi particula dictum volunt, quo modo *τρίδουλος*, etc. et Latinis *trifur*, *trivenefica*, etc. *ὅταν τὰ τρία κύματα εἰς ἓν συναφθῇ*; eadem sc. ratione, qua *δεκακυμία*, *decumanus fluctus* de tempestate gravissima, quia, ut Festus [m]) ait, *fluctus decimus fieri maximus dicitur.* Paroemiographus: „*Malorum decumanus fluctus.* De ingentibus calamitatibus effertur. Mercurius apud Aeschylum, Prom.

Οἷός σε χειμών. κ. τ. λ. id est,
Tibi quinta tempestas et inevitabiles
Fluctus malorum decumani mox ingruent.

Theodoretus de providentia, VI. [n]). *Ὁ πλοῦτος πολλοὺς ἔχων θορύβους καὶ φροντίδας παντοδαπὰς καὶ τριχυμιῶν εἴδη μυρία ἐπίβουλός ἐστι ἀρετῆς. Opes variis tumultibus et omnigenis curis refertae, ac sexcentis decumanorum fluctuum generibus virtuti insidiantur.* Ibidem. *Ταῖς τῶν παθῶν τριχυμίαις ἐκδιδόναι. Affectuum decumanis undis cedere.* Nazianzenus in distichis, 26.

Κύβερνος ἴδρων φεύξεται τριχυμίας,
Doctus gubernator decimas undas cavet.

Plato in Repub. V. p. 462. l. 5. [o]) *Νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τριχυμίας ἐπάγεις. Posteaquam vix evasi binas disputationum undas, nunc maximum difficillimumque veluti decumani fluctus vortices superingeris.* Idem in Euthydemo, p. 293. l. 2. *Σῶσαι ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον ἐκ τῆς τριχυμίας τοῦ λόγου. Servatos nos velis,* [me] *pariter et adolescentulum, e disputationis decumano tantum non impetu.* Clemens Alex. in Paedagogo, II. p. 67. *Δέδυκεν εἰς βυθὸν ἀκοσμίας ταῖς τοῦ οἴνου τριχυμίαις ἐπικεχωσμένον, Corpus immergitur in profundum turpitudinis, adobrutum quibusdam decumanis temulentiae fluctibus. Τριχυμίαν* tempestatem volunt esse gravem, qua tres undarum cumuli in unum coeant, quam graphice describit in epistola ad Eunopium Synesius: Latini *decumanum fluctum* nominant. Lucianus [p]) in libello de mercede servientibus,

---

k) Exemplorum tantum, quantum satis sit, vide ap. Blomfieldum in Glossario.

l) p. 766, 30.

m) Fest. v. decum. ova.

n) VI, p. 567, 14. (*ἐπίβουλός ἐστιν ἀλλ' οὐκ ἐπίκουρος τῆς ἀρετῆς.*)

o) p. 472. A.

p) Lucian. vol. I, p. 652.

τὰς τρικυμίας καὶ ζάλας καὶ ἐκβολάς, decumanos fluctus, procellas, naufragia." Haec ille.]

[v. 1015. *ΟΚΡΙΔΑ.* Hesych. in v. *Ὀχρυόεντα· ὀχριὸς γὰρ καὶ ὀχρίας ὁ τραχὺς λίθος.* ubi pro *ὀχριός* Salmasius legit *ὀχρίς.*]

[v. 1018. *ΠΕΤΡΑΙΑ Δ' ΑΓΚΑΛΗ.* Vid. ad Choeph. v. 585. *Πόντιαι δ' ἀγκάλαι.*]

[v. 1022. *ΣΩΜΑΤΟΣ ΜΕΓΑ ΡΑΚΟΣ.* *Ῥάκη* et *φάρος* et *ἱμάτια* apud Pollucem q) synonyma sunt; unde videtur pro vestis nomine usurpari. *Ῥάκος* etiam *ἀντὶ τοῦ τρίβωνος* sumi, non obscure monet Eustathius, in Odyss. *Ξ'*. p. 1770. l. 63. cum tradit *τεχνικούς* distinguere solere inter *ῥάκος* et *τρίβωνα*, qui scilicet accuratius loqui solent, alias vero *ῥάκος* et *τρίβων* promiscue accipi. Atque ut *τρίβων* proprie vestis lacera, ita et *ῥάκος*, unde Aristophanes in Ranis, v. 408. deridet Socratis

Τὸν σανδαλίσκον καὶ τὸ ῥάκος.

Ubi *ῥάκος* interpres Graecus reddit *τριβώνιον.* Hinc panniculi laceri *ῥάκη* dicti. Sophocles Philoct. v. 37.

Ἰοὺ ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
Ῥάκη, βορείας τῆς [του] νοσηλείας πλέα.
Heu heu! alii quoque siccantur
Panniculi foeda sanie pleni.

Denique de quovis fragmento vel parte rei avulsae. Hesych. *Ῥάκη· ἀποσχοραχίαματα, ἀποσπάσματα, ἱμάτια.* Apud Aristophanem in Pluto, v. 1066. exponitur de cicatrice seu ruga et lacinia faciei.]

[v. 1024. *ΗΠΑΡ ΕΚΘΟΙΝΗΣΕΤΑΙ.* Hesiod. Theogon. 523.

— αὐτὰρ ὅγ' ἦπαρ
Ἤσθιεν ἀθάνατον, τὸ δ' ἀέξετο ἶσον ἁπάντῃ
Νυκτὸς, ὅσον πρόπαν ἦμαρ ἴδει τανυσίπτερος ὄρνις.
— caeterum haec hepar
Comedebat aeternum: quin ipsum crescebat tantum ubique
Noctu, quantum toto die edisset extensas alas habens avis.]

[v. 1031. *ΨΕΥΔΗΓΟΡΕΙΝ.* Ad illud Theocriti Idyll. VII. 44.

Πᾶν ἐπ' ἀλαθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος,

interpres Graecus, *ὅτι φιλαλήθης*, inquit, *πέφυκας. Τὸ δὲ ἐκ Διὸς ὅτε ἀψευδής ἐστιν ὁ Ζεύς· ὡς καὶ Ὅμηρος. Οὐ γὰρ ἐμὸν νημερτὲς ἀνάγρετον οὐδ' ἀπατηλόν*, [*Οὐδ' ἀτελεύτητον,*] *ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.* Locus est Iliad. *Α'*. 526. Plato de Republ. II. p. 382 l. 45. *Οὐκ ἐστὶ πάντα ἄρα ἀψευδὲς τὸ δαιμόνιόν τε καὶ θεῖον* [*Οὐκ ἔστι. Πάντῃ — — θεῖον.*] *παντάπασι μὲν* [*οὖν,*] *ἔφη.*]

---

q) Poll. VII, 42.

[v. 1032. *ΠΑΝ ΒΗΟΣ ΤΕΛΕΙ.* Hinc τέλειος dictus Iupiter.]

v. 1043. *ΠΥΡΟΣ ΑΜΦΗΚΗΣ ΒΟΣΤΡΥΧΟΣ. Sinuosa volumina flammae.* Vide Virgil. Georg. I. [Hesych. *Ἀμφηκες δὲ ἐξ ἑκατέρου μέρους ἠχονημένον βέλος, ἢ χεραυνὸς ἢ ξίφος.*]

[Ibid. *ΒΟΣΤΡΥΧΟΣ. Βόστρυχος* Catullo simpliciter caesaries redditur; sic enim ille, Carm. LXIV. 7.

Idem me ille Conon coelesti lumine vidit,
E Beroniceo vertice caesariem,
Fulgentem clare.

Quod Callimachus, Fragm. VIII. r)

Ἤδὲ Κόναν μ' ἔβλεψεν ἐν αἰθέρι τὸν Βερονίκης
Βόστρυχον.

Wolfgangus Seberus in Iul. Pollucem. II. 8. *Βόστρυχος* est cincinnus *βοτρυειδής*, id est, *botro similis*; sic dictus, quod botri instar dependeat.]

[v. 1045. *ΠΥΘΜΕΝΩΝ.* Hesych. *Πυθμένες· βάσεις, αἱ κατὰ τῶν δένδρων.* Homer. Iliad. Λ'. 634. de poculo Nestoris,

—— *δύω δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν.*]

[v. 1046. *ΑΥΤΑΙΣ ΡΙΖΑΙΣ.* Supple σύν.]

v. 1047. *ΚΥΜΑ ΔΕ ΠΟΝΤΟΥ ΤΡΑΧΕΙ ΡΟΘΙΩι ΣΥΓΧΩΣΕΙΕΝ. ΤΩΝ Τ' ΟΥΡΑΝΙΩΝ*, κ. τ. λ. Favet huic distinctioni locus Virgilii Aeneid. XII. 204.

—— non si tellurem effundat in undas,
Diluvio miscens, coelumve in Tartara mittat.

et Euripidis Syl. Fragm. II. s)

—— *πρόσθε γὰρ κάτω*
Γῆς εἶσιν ἄστρα, κ. τ. λ.

Particulae tamen τε repetitio aliter hic suadet; sed et alterum membrum additum. Lego igitur et distinguo:

Κῦμα δὲ πόντου τραχεῖ ῥοθίῳ
Συγχώσειεν, τῶν τ' οὐρανίων
Ἄστρων διόδους· ἔς τε χελαινὸν
Τάρταρον, κ. τ. λ.

[v. 1055. *ΠΑΡΑΠΛΑΙΕΙΝ.* Hesych. *Παραπαίει· μαίνεται.*]

v. 1056. *ΕΙ Δ' ΕΥΤΥΧΗ, ΤΙ ΧΑΛΑι ΜΑΝΙΩΝ*; Invito Cantero rescribendum *εὐτυχέῃ*, *si felix esset, quam insaniret?* ut supra, v. 978.

Εἴης φορητὸς οὐκ ἄν, εἰ πράσσοις καλῶς.

[Sophocles Ai. Flagellifero. v. 1122.

Μέγ' ἄν τι κομπάσειας, ἀσπὶδ' εἰ λάβοις.
Quam insolens esses si scutum ferres.]

---

r) v. 1. p. 235. Spanh. (*ἔβλεψεν ἐν ἠέρι.*) s) p. 335. Matth.

v. 1068. *ΚΟΥΚ ΕΣΤΙ ΝΟΣΟΣ.* Ne putet aliquis deesse hic duos pedes; non enim est necesse: ita postea v. 1080. *Χθὼν σεσάλευται.*

v. 1072. *ΜΗΔΕ ΠΟΤ' ΕΙΠΗΘ' ΩΣ ΖΕΥΣ.* Respicit versus Solonis t), et ad verbum pene expressit:

Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μήτε θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε.

[V. Cl. D. Iac. Duportus in Gnomologia Homerica, ad illud poetae Odyss. *A'*. 32.

Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται·
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κακὰ ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.
Papae, ut sc. Deos mortales culpant,
Ex nobis enim inquiunt mala esse; at vero illi ipsi
Sua nequitia praeter fatum aerumnas patiantur.

„Celebris, inquit, gnome et a veteribus passim laudata, continens apologiam pro Deo eiusque providentia, circa malum, cuius auctorem impie et inique Deum faciunt, quicunque faciunt. Salv. de Provid. IV. *Autorem quodammodo sui sceleris Deum faciunt.* Vetus sane haec, sed iniusta hominum querela, seu potius blasphemia, qua scelerum suorum culpam in Deum coniiciunt. Sic Agamemnon ipse apud nostrum Iliad. *T'*. 86. in Iovem et fatum hanc cudit fabam,

—— Ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι,
Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα.

Sic et nequam ille adolescens Lyconides in comoedia, *Deus impulsor fuit: credo Deos voluisse.* Plaut. Aulul. u) Vide et Basil. in Homil. *Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός.* Et Plotin. Ennead. I. 18. Citant porro hunc Homeri locum Plat. Alcibiad. II. x) Nonius Marc. Max. Tyr. *) Dissert. XXII. XXV. et XL. A. Gellius VI. 2. Hierocl. Fragment. Euseb. de Praeparat. Evang. VI. ex Diogeniano. Respicit forte Euripides Iph. Taur. v. 389.

Τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους
Εἰς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ.

Et nescio annon in animo habuerit Solon y), in disticho, quod habetur apud Laert. et Plut. et Nicet. Chon. Annal. Constantinop. Stat.

Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μήτι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε. ——

---

t) Anal. Br. I, 71. Poet. Gnom. p. 114. (μή τι — — — ἐπαμφέρετε.)
u) Aulul. IV, 10, 7. et 12.
x) Plat. Alcib. II. §. 8.
y) Diog. Laert. I, 52. Plut. Sol. c. XXX. Nicet. p. 375. Clem. Alex. p. 328.
*) p. 228. 256. ed. Lugd.

Imitatur procul dubio Lysis, seu alius quis autor Pythagoreus in Aureis Carm. [z])

Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.

Αὐθαίρετα πήματα ibi sunt, quae hic Homerus [a]) *ὑπὲρ μόρον ἄλγεα*, et alibi [b]) *ἐπίσπαστα κακά* vocat. Quin et pium hoc dogma discipulis suis propinavit Pythagoras, uti habetur apud Iamblichum in eius vita: *Ὅτι οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσιν ἀναίτιοι· καὶ ὅτι νόσοι καὶ ὅσα πάθη σώματος ἀκολασίας ἐστὶ απέρματα.* Et ex eius schola procul dubio Plato, de Repub. II. p. 379. l. 26. *Τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον ἢ θεὸν*) *αἰτιατέον· τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν.* Et Aeschyl. Prom. Vinct.

—— Μηδέ ποτ' εἰπη-
δ' ὡς Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον
Πῆμ' εἰσέβαλε· μὴ δῆτ', αὐταὶ
Δ ὑμᾶς αὐτάς.

Apollon. apud Philostratum. IV. [c]) *Οὐ μέμψομαι τοὺς θεούς, εἰ κακῶν ἀξιοῦμαι, μὴ χρηστὸς ὤν.* M. Antonin. De se ipso XII. [d]) *Μήτε θεοῖς μεμπτέον, οὐδὲν γὰρ ἑκόντες ἢ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι.* Philo Alleg. II. *Ὅταν ἁμάρτῃ καὶ ἀπαρτισθῇ ὁ νοῦς τῆς ἀρετῆς, αἰτιᾶται τὰ θεῖα, τὴν ἰδίαν τροπὴν προσάπτων θεῷ.* Id. Decal. *Θεὸς κύριος ἀγαθὸς μόνων ἀγαθῶν αἴτιον, κακοῦ δ' οὐδενός.* Idem περὶ φυγάδ. [e]) *Ἐν ἡμῖν αὐτοῖς οἱ τῶν κακῶν εἰσι θησαυροί, παρὰ θεῷ δὲ μόνων ἀγαθῶν.* Aristid. Orat. Isthm. Tom. I. p. 47. *Κακὰ γὰρ ἐκ κακῶν, ἀγαθὰ δὲ ἔργα τὰ θεῶν.*" Hactenus vir doctissimus.]

v. 1077. *ΕΙΣ ΑΠΕΡΑΝΤΟΝ ΔΙΚΤΥΟΝ ΑΤΗΣ.* In Agamem. v. 369.

Γάγγαμον ἄτης παναλώτου.

Ubi forsan legendum *πανάλωτον*, ut hic *ἀπέραντον*. Vide et Psal. XXXI. 4.

v. 1082. *ΕΛΙΚΕΣ Δ' ΕΚΛΑΜΠΟΥΣΙ.* Virg. Aen. XII. 672.

—— flammis inter tabulata volutus
Ad coelum undabat vortex. ——

[Noster in fragmento apud Clement. Alexandr. Strom. V. [f]) aliquando, inquit, Deus

—— γίνεται παρεμφερὴς
Ἀνέμῳ νέφει τε, κἀστραπῇ, βροντῇ, βροχῇ.
—— Fit similis
Vento nubibusque, et fulguri, tonitrui, pluviae.

---

z) v. 54.
a) Odyss. I, 34.
b) Od. XVIII, 78. XXIV, 462.
c) Philostr. IV. p.
d) XII. p. 118. Gatak.
e) p. 462. A. Francof.
f) p. 260, 16. Sylb.
*) ἢ θεὸν verba nunc absunt.

Suidas. *Βροντή· νεφῶν ψόφος, ἐκ παρατρίψεως ἢ ῥήξεως. Tonitru: nubium strepitus ex attritione vel ruptura.* Subdit Suidas. *Ἔστι δὲ καὶ μηχάνημά τι, ὃ ἐκωλεῖτο βροντεῖον· ὑπὸ τὴν σκηνὴν δὲ ἦν ἀμφορεὺς ψηφίδας ἔχων θαλαττίας· ἦν δὲ λέβης χαλκοῦς, εἰς ὃν αἱ ψῆφοι κατήγοντο, καὶ κυλιόμεναι ἦχον ἀπετέλουν ἐοικότα βροντῇ. Est etiam machina quaedam, quae βροντεῖον vocabatur. Erat autem amphora, sub scena, marinos habens calculos. Erat vero lebes aeneus, in quem calculi deiiciebantur, qui, dum volutabantur, strepitum tonitrui similem edebant.*]

v. 1084. *ΣΚΙΡΤΑι Δ' ΑΝΕΜΩΝ ΠΝΕΥΜΑΤΑ ΠΛΑΝΤΩΝ.* Virgil. Aen. I. 89.

> Una Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis
> Africus, etc.

Ubi consulat qui velit, quid ad tuendum isthunc locum adductum sit a grammaticis.

v. 1089. *ΦΟΒΟΝ.* Alii *φόνον* minus recte. Pythagorici affirmabant *ὅτι βροντᾷ ἀπειλῆς ἕνεκα τοῖς ἐν τῷ ταρτάρῳ, ὅπως φοβῶνται.* Aristot. Analyt. post. II. 11.

[v. 1092. *ΕΣΟΡΑιΣΜ' ΩΣ ΕΚΛΙΚΑ ΠΑΣΧΩ.* Eurip. Medea, v. 160.

> *Ὦ μεγάλα Θέμι καὶ πότνι' Ἄρτεμι,*
> *Λεύσσεθ' ἃ πάσχω.*
> O magna Themis et reverenda Diana,
> Videtis quae patior.]

IN SEPTEM CONTRA THEBAS.

Τιτ. *ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.* Qui Aeschyli fabulas in unum compegerunt veteres magistri, temporis rationem quo editae sunt nullam habuere. Hanc enim fabulam post Persas exhibitam fuisse docet Scholiastes Aristophanis in Ran. v. 1053. *Οἱ Πέρσαι πρότερον δεδιδαγμένοι εἰσὶ, εἶτα οἱ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.* Ipse Aristophanes Aeschylum introducit de hac tragoedia gloriantem: neque mirum, cum in ea militaris animi virtus et motus bellici optime sint expressi, quos, cum ederetur, Telestes ludio ad vivum repraesentavit. Athenaeus Deipnosoph. I 19. a) *Ἀριστοκλῆς γοῦν φησιν ὅτι Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστὴς οὕτως ἦν τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως.* Affinis est argumenti cum Euripidis Phoenissis. Scripsit postea Amphis eo nomine comoediam, Athenaeo laudatam VII. 12. b)

ΕΠΤΑ. Aeschylum ducum, qui ad Thebas ceciderunt, numerum ad septem redegisse, cum plures fuerint, tradit Pausanias, Corinth. c. 20. c) *Τούτους τοὺς ἄνδρας ἐς μόνων ἑπτὰ ἀριθμὸν κατήγαγεν Αἰσχύλος, πλειόνων ἔκ τε Ἄργους ἡγεμόνων καὶ Μεσσήνης καί τινων Ἀρκάδων συστρατευσαμένων. Τούτων δὲ τῶν ἑπτὰ, ἐπηκολουθήκασι γὰρ καὶ Ἀργεῖοι τῇ Αἰσχύλου ποιήσει, πλησίον κεῖνται καὶ οἱ τὰς Θήβας ἑλόντες, κ. τ. λ.* Quod si ita fuerit, recte hoc inter frigidiuscula recenset Agellius, quae de numero septenario congesserat Varro, III. 10. sc. *ad oppugnandas Thebas duces septem electos.* Congesserat autem Varro, ut opinor, ex Graecis scriptoribus. Ita enim Aristoteles, Metaphys. XIV. 6. Quin an verum sit quod profert Pausanias dubito: Pindarus enim, qui Aeschylo coaetaneus, septem rogos ducum memorat, Olymp. VI. 28. d)

Ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων. ——

ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ. De tragoediae inscriptione lis est apud grammaticos non dirimenda, sicut optime monuit vir doctus Henr. Stephanus in hunc locum; nam praeter exempla, quae ipse congessit, Aristoteli in Metaph. XIV. 6. *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας* reperimus; apud auctorem Quaest. et Resp. ad Orthod. *Ἐπὶ*

---

a) Athen. I, p. 22. A.
b) Ath. VII, 295. E.
c) Paus. II, 20, §. 5.
d) Pind. Ol. VI, 15. Bkh.

Θήβαις, utrumque apud Clementem Alexandrinum, Stromat. I. p. 144. *Ἡ τὸν Ἀμφιάρεων τὸν σὺν τοῖς ἑπτὰ τοῖς ἐπὶ Θήβας στρατεύσασι.* et p. 145. *Εἶτα ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, ἔτη δέκα.*

ΥΠΟΘ. Ο ΛΑΙΟΣ ΤΟΥ ΛΑΒΔΑΚΟΥ. Totam Thebaicam historiam pluribus fabulis complexus est Aeschylus, sicut antea monuimus, ex quibus huic praecesserunt *Λάϊος*, *Σφίγξ*, *Οἰδίπους*.

Ibid. *ΧΡΥΣΙΠΠΟΝ.* Alcinous de doct. Plat. XXIV. e) *Ἐπὶ δὲ τοῦ Λαΐου τὸν Χρύσιππον ἁρπάζοντος ἐπιθυμίᾳ λογισμῷ μαχομένῃ· λέγει γὰρ οὕτως,*

Αἲ αἲ, τὸ δὴ θεῖον ἀνθρώποις κακὸν,
Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.

[Ibid. *ΤΕΚΝΩΝ ΑΛΟΚΑ.* Metaphora frequens. Theognis, v. 581.

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον,
Ὅς τὴν ἀλλοτρίην βούλεϊ ἄρουραν ἀροῦν.

Plautus, de marito adultero, Asinar. V. 2. f)

Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.]

Ibid. *ΕΙ ΓΑΡ ΤΕΚΝΩΣΕΙΣ.* Addit Euripides, Phoen. v. 20.

Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

[Ibid. *ΠΑΡΑΧΩΡΗΣΟΝ Ω ΞΕΝΕ.* Tale quiddam memoratur de Themistocle Pisistrato tyranno occursanti, Aelian. Var. Hist. III. 21.]

Ibid. *ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ ΤΑΣ ΠΥΛΑΣ ΤΩΝ ΘΗΒΩΝ.* Pausan. in Boeot. c. 8. g) *Θηβαίοις ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ ἀρχαίου τείχους ἑπτὰ ἀριθμὸν ἦσαν πύλαι, μένουσι δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι.* Harum vero nomina non eadem ab omnibus traduntur. Quae enim *Ὀγχαῖδες* Aeschylo et Apollodoro h), *Ὠγύγιαι* sunt Euripidi i), Pausaniae et Statio k): quae *Βοιώτιαι* Aeschylo, *Κρηναῖαι* Euripidi et Pausaniae, *Κρηνίδες* Apollodoro, *Dircaeae* Statio: quae Aeschylo et Euripidi *Ἕβδομαι*, Pausaniae, Apollodoro et Statio *Ὑψισταί*.

[Dram. pers. *ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.* Quod v. 113 ostendi monet Scholiastes:

Ἴδετε παρθένων — Ἰκέσιον λόχον.

Ut et v. 177.

Κλύετε παρθένων, Κλύετε παιδίχους Χειροτόνους λιτάς.]

---

e) p. 504. sq. ed. Lugd.
f) V, 2. v. 24.
g) IX, 8. §. 4.
h) III, 6. cf. Heyn. annot. p. 617. sqq.
i) Phoen. 1180. cf. Herm. ad Suppl. 681.
k) Theb. VIII, 353. sqq.

Ibid. *ΑΓΓΕΛΟΣ.* Tragoediam primum Aeschylum ornasse *ἀγγέλοις τε καὶ ἐξαγγέλοις* discimus ex Philostrato in Gorgia, sub init. l)

I.

v. 1. *ΚΑΔΜΟΥ ΠΟΛΙΤΑΙ.* Arundeliana Epocharum stela Cadmum refert Thebas advenisse et Cadmeam condidisse regnante Athenis Amphictyone: hoc vero ante exodum Israelitarum ex Aegypto contigisse satis liquet. Omnes igitur Eusebium secuti chronographi, qui Europae raptum circa Iosuae Israelitarum ducis tempora collocant, frustra sunt. Ex his etiam constat, Europam non fuisse Tyriam, quia Tyrus longo post tempore condita; nam Iosephus VIII. 2. asserit Tyrum conditam non nisi 240. anno ante templum Salomonis; illud autem aedificari coepit anno 480. ab egressu Israelitarum ex Aegypto, I. Reg. VI. 1.

[Ibid. *ΚΑΙΡΙΑ.* V. Cl. Henricus Stephanus „Inde, inquit, et in eo loco, quem mox protuli, vox *καίρια* ex ipso Aeschylo potius exponenda fuerat *χρήσιμα*, ut etiam Plato m) videtur eam explicuisse, quam *ἐνδεχόμενα* vel *ἀναγκαῖα*. Quae enim *ἐνδεχόμενα* sunt, non protinus sunt *χρήσιμα*." Nugae: ita enim ex ipso Aeschylo accipit et Sophocles, Oed. Col. v. 802.

Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Unde sequenti versu explicatur

Ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.

Paroemiographus, *λέγειν καίρια.* „Aeschylus in tragoedia, quam inscripsit *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*, hoc modo loquendi duobus in locis usus est, pro: sententias utiles sapientesque edere: illae namque opportunae sunt ac tempori aptae. *Κάδμου πολῖται χρὴ λέγειν τὰ καίρια.* Alibi in eadem fabula n), *φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια.* Idem in Choeph. o) *Σιγᾶν θ' ὅπως δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια."*] Haec ille.

v. 2. *ΕΝ ΠΡΥΜΝΗι ΠΟΛΕΩΣ ΟΙΑΚΑ ΝΩΜΩΝ.* Distinctionem post *πρύμνῃ* tollunt codices Arundelianus et Oxoniensis. Noster v. 658. *Ναυκληρεῖν πόλιν*, et v. 62.

Σὺ δ' ὥστε ὁ νηὸς οἰακοστρόφος.

Pindarus, Pyth. I. 166. p)

Νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν.

Anon. de vita Pythag. *Ἕκαστον τῶν ἄλλων ὑπὸ μιᾶς φύσεως οἰακίζεται.* [Supplic. v. 349. de rege ipso

Λίδοῦ σὺ πρύμναν πόλεος ὧδ' ἑστεμμένην.

---

l) p. 492. Ol.
n) Sept. v. 601.
p) I, 86. Bkh.
m) Euthyd. p. 291. D.
o) Choeph. v. 575. cf. Suppl. 441.

θιέμενος ἐξουσίαν παρέχει συνδάκνοντι τὸ στόμιον μὴ πείθεσθαι. D. Basilius Homil. in divites avaros, *ἀπειθήσας γὰρ ὁ λαὸς καὶ ὥσπερ πῶλος σκληρὸς καὶ δυσήνιος ἐνδακὼν τὸν χαλινὸν οὐχ εἴλκύσθη πρὸς τὸ συμφέρον· ἐκτραπεὶς δὲ τῆς εὐθείας τοσοῦτον ἔδραμεν ἄταχτα, καὶ τοῦ ἡνιόχου κατεφρυάξατο, μέχρις οὗ τοῖς βαράθροις καὶ τοῖς χρημνοῖς ἐκπεσὼν* (leg. *ἐμπεσὼν*) *ἀξίαν τῆς δυσπειθείας τὴν πανωλεθρίαν ὑπέμεινεν.* [Virgil. Aen. IV. 135.

Stat sonipes, et fraena ferox spumantia mordet [mandit].

Sil. Ital. XII. 254.

Immitem quatiebat equum, spumantia saevo
Fraena cruentantem morsu.

Virgil. Georg. III. 207.

—— prensique negabunt
Verbera lenta pati, et duris parere lupatis.

Ad quem locum V. Cl. German. Valens Guellius: „*Ἵππους λευκοσπάδας οἱ μὲν ἀπὸ τῶν χαλινῶν τῶν λύκων ἔφασαν ὠνομάσθαι* [f]). Vide reliqua ad hunc locum apud Plutarch. Sympos. II. 8. *Διὰ τί τοὺς λυκοσπάδας ἵππους θυμοειδεῖς εἶναι λέγουσι.* Sophocli autem in Electra [g]) duri oris equi *ἄστομοι* dicuntur, ut Gallis, sine ore; et *εὔστομοι*, fraeno obtemperantes, ut Plutarcho *εὔστομος τῷ χαλινῷ.* Et Epigr. Antholog. [h]) p. 408.

—— οὔτε χαλινοῖς
Δύστομος ἵππειη σοῖς ἀπίθησε γένυς.

Et Aeschylus in Prometheo,

—— δακὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγὴς
Πῶλος βιάζῃ καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ.

Quod *ἀφνιάζειν* et *στρηνιᾶν* vocant, unde *ἀφνιασμὸς* et *ἀφνιαστής.*" Haec ille. Erasmus, *mordere fraenum.* „Proverbium sumptum videtur [e] fabula Aeschyli, quae inscribitur Prometheus, in qua sic loquitur Mercurius:

Τέγγῃ γὰρ οὐδὲν κ. τ. λ. id est,
Precibus nihil mitescis inflexus meis,
Sed fraena mordens, pullus indomitus velut,
Ferociens pugnas habenas vincere."]

[v. 1009. *ΒΙΑΖΗι ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΗΝΙΑΣ ΜΑΧΗι.* Virgilius ad verbum, Aeneid. XI. 600.

—— et pressis pugnat habenis
Huc obversus et huc.

Polluci [i]) *ἑτερόγναθος* in vituperium equi dicitur.]

---

f) Plut. Sympos. p. 641. F.
g) v. 724.
h) Anal. Br. III, 25.
i) Poll. I, 197.

v. 1012. *ΟΥΔΕΝΟΣ ΜΕΙΖΟΝ.* Forte *οὐδενὸς μεῖον.*

[v. 1014. *ΤΡΙΚΥΜΙΑ.* Schol. *Ἦχος.* f. *ἰσμός.* Ut noster *χακῶν τριχυμία* ita *βίου τριχυμίας* dixit Libanius in oratione de vita sua [k]). Nicetas Choniates in Alexio Comneno. *Κακὸν ἐπὶ κακῷ προσβάλλει, καὶ κῦμα, ὅ φασιν, ἐπὶ κῦμα κυλίνδεται.* Hesych. *Τριχυμία· ζάλη.* Etymolog. [l]) *Τριχυμία· ἡ σφοδροτάτη καὶ δεινοτάτη τῆς θαλάσσης ταραχή· παρὰ τὸ τρέω, τὸ φοβοῦμαι, καὶ τὸ κῦμα. Ὁ ἐκ τῶν κυμάτων φόβος.* Alii, et fortasse rectius, ab augendi particula dictum volunt, quo modo *τρίδουλος*, etc. et Latinis *trifur*, *trivenefica*, etc. *ὅταν τὰ τρία κύματα εἰς ἓν συναφθῇ*; eadem sc. ratione, qua *δεκαχυμία*, *decumanus fluctus* de tempestate gravissima, quia, ut Festus [m]) ait, *fluctus decimus fieri maximus dicitur.* Paroemiographus: „*Malorum decumanus fluctus.* De ingentibus calamitatibus effertur. Mercurius apud Aeschylum, Prom.

Οἷός σε χειμών. κ. τ. λ. id est,
Tibi quanta tempestas et inevitabiles
Fluctus malorum decumani mox ingruent.

Theodoretus de providentia, VI. [n]). *Ὁ πλοῦτος πολλοὺς ἔχων θορύβους καὶ φροντίδας παντοδαπὰς καὶ τριχυμιῶν εἴδη μυρία ἐπίβουλός ἐστι ἀρετῆς. Opes variis tumultibus et omnigenis curis refertae, ac sexcentis decumanorum fluctuum generibus virtuti insidiantur.* Ibidem. *Ταῖς τῶν παθῶν τριχυμίαις ἐκδιδόναι. Affectuum decumanis undis cedere.* Nazianzenus in distichis, 26.

Κύβερνος ἴδμων φεύξεται τριχυμίας,
Doctus gubernator decimas undas cavet.

Plato in Repub. V. p. 462. l. 5. [o]) *Νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς τριχυμίας ἐπάγεις. Posteaquam vix evasi binas disputationum undas, nunc maximum difficillimumque veluti decumani fluctus vortices superingeris.* Idem in Euthydemo, p. 293. l. 2. *Σῶσαι ἡμᾶς, ἐμέ τε καὶ τὸ μειράκιον ἐκ τῆς τριχυμίας τοῦ λόγου. Servatos nos velis, [me] pariter et adolescentulum, e disputationis decumano tantum non impetu.* Clemens Alex. in Paedagogo, II. p. 67. *Δέδυκεν εἰς βυθὸν ἀκοσμίας ταῖς τοῦ οἴνου τριχυμίαις ἐπικεχωσμένον. Corpus immergitur in profundum turpitudinis, adobrutum quibusdam decumanis temulentiae fluctibus. Τριχυμίαν* tempestatem volunt esse gravem, qua tres undarum cumuli in unum coeant, quam graphice describit in epistola ad Eunopium Synesius: Latini *decumanum fluctum* nominant. Lucianus [p]) in libello de mercede servientibus,

---

k) Exemplorum tantum, quantum satis sit, vide ap. Blomfieldum in Glossario.

l) p. 766, 30.

m) Fest. v. decum. ova.

n) VI, p. 567, 14. (*Ἐπίβουλός ἐστιν ἀλλ' οὐκ ἐπίκουρος τῆς ἀρετῆς.*)

o) p. 472. A.

p) Lucian. vol. I, p. 652.

τὰς τρικυμίας καὶ ζάλας καὶ ἐκβολάς, decumanos fluctus, procellas, naufragia." Haec ille.]

[v. 1015. *ΟΚΡΙΔΑ.* Hesych. in v. *Ὀκρυόεντα· ὀκριὸς γὰρ καρίως ὁ τραχὺς λίθος.* ubi pro *ὀκριός* Salmasius legit *ὀκρίς.*]

[v. 1018. *ΠΕΤΡΑΙΑ Δ' ΑΓΚΑΛΗ.* Vid. ad Choeph. v. 585. *Πόντιαι δ' ἀγκάλαι.*]

[v. 1022. *ΣΩΜΑΤΟΣ ΜΕΓΑ ΡΑΚΟΣ.* *Ῥάκη* et *φάρος* et *ἱμάτια* apud Pollucem q) synonyma sunt; unde videtur pro vestis nomine usurpari. *Ῥάκος* etiam *ἀντὶ τοῦ τρίβωνος* sumi, non obscure monet Eustathius, in Odyss. *Ξ'*. p. 1770. l. 63. cum tradit *τεχνικούς* distinguere solere inter *ῥάκος* et *τρίβωνα*, qui scilicet accuratius loqui solent, alias vero *ῥάκος* et *τρίβων* promiscue accipi. Atque ut *τρίβων* proprie vestis lacera, ita et *ῥάκος*, unde Aristophanes in Ranis, v. 408. deridet Socratis

Τὸν σανδαλίσκον καὶ τὸ ῥάκος.

Ubi *ῥάκος* interpres Graecus reddit *τριβώνιον*. Hinc panniculi laceri *ῥάκη* dicti. Sophocles Philoct. v. 37.

Ἰοὺ ἰού· καὶ ταῦτά γ' ἄλλα θάλπεται
Ῥάκη, βαρείας τῆς [σου] νοσηλείας πλέα.
Heu heu! alii quoque siccantur
Panniculi foeda sanie pleni.

Denique de quovis fragmento vel parte rei avulsae. Hesych. *Ῥάκη· ἀποσχοραχίσματα, ἀποσπάσματα, ἱμάτια.* Apud Aristophanem in Pluto, v. 1066. exponitur de cicatrice seu ruga et lacinia faciei.]

[v. 1024. *ΗΠΑΡ ΕΚΘΟΙΝΗΣΕΤΑΙ.* Hesiod. Theogon. 623.

— αὐτὰρ ὅγ' ἦπαρ
Ἤσθιεν ἀθάνατον, τὸ δ' ἀέξετο ἶσον ἁπάντῃ
Νυκτὸς, ὅσον πρόπαν ἦμαρ ἔδει τανυσίπτερος ὄρνις.
— caeterum haec hepar
Comedebat aeternum: quin ipsum crescebat tantum ubique
Noctu, quantum toto die edisset extensas alas habens avis.]

[v. 1031. *ΨΕΥΔΗΓΟΡΕΙΝ.* Ad illud Theocriti Idyll. VII. 44.

Πᾶν ἐπ' ἀληθείᾳ πεπλασμένον ἐκ Διὸς ἔρνος,

interpres Graecus, *ὅτι φιλαλήθης*, inquit, *πέφυκας. Τὸ δὲ ἐκ Διὸς ὅτε ἀψευδής ἐστιν ὁ Ζεύς· ὡς καὶ Ὅμηρος. Οὐ γὰρ ἐμὸν μαλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλόν, [Οὐδ' ἀτελεύτητον,] ὅτι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.* Locus est Iliad. *Α'*. 526. Plato de Republ. II. p. 382. l. 45. *Οὐκ ἐστὶ πάντα ἄρα ἀψευδὲς τὸ δαιμόνιόν τε καὶ θεῖον; [Οὐκ ἔστι. Πάντη — — θεῖον.] παντάπασι μὲν [οὖν,] ἔφη.*]

---

q) Poll. VII, 42.

[v. 1032. *ΠΑΝ ΕΠΟΣ ΤΕΛΕΙ.* Hinc τέλειος dictus Iupiter.]

v. 1043. *ΠΥΡΟΣ ΑΜΦΗΚΗΣ ΒΟΣΤΡΥΧΟΣ. Sinuosa volumina flammae.* Vide Virgil. Georg. I. [Hesych. Ἄμφηκες δὲ ἐξ ἑκατέρου μέρους ἠκονημένον βέλος, ἢ χαραυνὸς ἢ ξίφος.]

[Ibid. *ΒΟΣΤΡΥΧΟΣ. Βόστρυχος* Catullo simpliciter caesaries redditur; sic enim ille, Carm. LXIV. 7.

Idem me ille Conon coelesti lumine vidit,
E Beroniceo vertice caesariem,
Fulgentem clare.

Quod Callimachus, Fragm. VIII. r)

Ἠδὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν αἰθέρι τὸν Βερενίκης
Βόστρυχον.

Wolfgangus Seberus in Iul. Pollucem. II. 8. *Βόστρυχος* est cincinnus *βοτρυειδής*, id est, *botro similis*; sic dictus, quod botri instar dependeat.]

[v. 1045. *ΠΥΘΜΕΝΩΝ.* Hesych. *Πυθμένες· βάσεις, αἱ κατὰ τῶν δένδρων.* Homer. Iliad. Λ'. 634. de poculo Nestoris,

—— δύω δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν.]

[v. 1046. *ΑΥΤΑΙΣ ΡΙΖΑΙΣ.* Supple σὺν.]

v. 1047. *ΚΥΜΑ ΔΕ ΠΟΝΤΟΥ ΤΡΑΧΕΙ ΡΟΘΙΩι ΣΥΓΧΩΣΕΙΕΝ. ΤΩΝ Τ' ΟΥΡΑΝΙΩΝ, κ. τ. λ.* Favet huic distinctioni locus Virgilii Aeneid. XII. 204.

—— non si tellurem effundat in undas,
Diluvio miscens, coelumve in Tartara mittat.

et Euripidis Syl. Fragm. II. s)

—— πρόσθε γὰρ κάτω
Γῆς εἶσιν ἄστρα, κ. τ. λ.

Particulae tamen τε repetitio aliter hic suadet; sed et alterum membrum additum. Lego igitur et distinguo:

Κῦμα δὲ πόντου τραχεῖ ῥοθίῳ
Συγχώσειεν, τῶν τ' οὐρανίων
Ἄστρων διόδους· ἔς τε χελαινὸν
Τάρταρον, κ. τ. λ.

[v. 1055. *ΠΑΡΑΠΛΑΙΕΙΝ.* Hesych. *Παραπαίει· μαίνεται.*]

v. 1056. *ΕΙ Δ' ΕΥΤΥΧΗ, ΤΙ ΧΑΛΑι ΜΑΝΙΩΝ;* Invito Cantero rescribendum *εὐτυχέῃ, si felix esset, quam insaniret?* ut supra, v. 978.

Εἰης φορητὸς οὐκ ἄν, εἰ πράσσοις καλῶς.

[Sophocles Ai. Flagellifero. v. 1122.

Μέγ' ἄν τι κομπάσειας, ἀσπὶδ' εἰ λάβοις.
Quam insolens esses si scutum ferres.]

---

r) v. 1. p. 235. Spanh. (ἔβλεψεν ἐν ἠέρι.) s) p. 335. Matth.

v. 1068. *ΚΟΥΚ ΕΣΤΙ ΝΟΣΟΣ.* Ne putet aliquis deesse hic duos pedes; non enim est necesse: ita postea v. 1080. *Χθὼν σεσάλευται.*

v. 1072. *ΜΗΔΕ ΠΟΤ' ΕΙΠΗΘ' ΩΣ ΖΕΥΣ.* Respicit versus Solonis [t]), et ad verbum pene expressit:

Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μήτε θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπεμφέρετε.

[V. Cl. D. Iac. Duportus in Gnomologia Homerica, ad illud poetae Odyss. *A'*. 32.

Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται·
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.
Papae, ut sc. Deos mortales culpant,
Ex nobis enim inquiunt mala esse; at vero illi ipsi
Sua nequitia praeter fatum aerumnas patiuntur.

„Celebris, inquit, gnome et a veteribus passim laudata, continens apologiam pro Deo eiusque providentia, circa malum, cuius auctorem impie et inique Deum faciunt, quicunque faciunt. Salv. de Provid. IV. *Autorem quodammodo sui sceleris Deum faciunt.* Vetus sane haec, sed iniusta hominum querela, seu potius blasphemia, qua scelerum suorum culpam in Deum coniiciunt. Sic Agamemnon ipse apud nostrum Iliad. *T'*. 86. in Iovem et fatum hanc cudit fabam,

—— Ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι,
Ἀλλὰ Ζεὺς καὶ Μοῖρα.

Sic et nequam ille adolescens Lyconides in comoedia, *Deus impulsor fuit: credo Deos voluisse.* Plaut. Aulul. [u]) Vide et Basil. in Homil. *Ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός.* Et Plotin. Ennead. I. 18. Citant porro hunc Homeri locum Plat. Alcibiad. II. [x]) Nonius Marc. Max. Tyr. *) Dissert. XXII. XXV. et XL. A. Gellius VI. 2. Hierocl. Fragment. Euseb. de Praeparat. Evang. VI. ex Diogeniano. Respicit forte Euripides Iph. Taur. v. 389.

Τοὺς δ' ἐνθάδ' αὐτοὺς ὄντας ἀνθρωποκτόνους
Εἰς τὸν θεὸν τὸ φαῦλον ἀναφέρειν δοκῶ.

Et nescio annon in animo habuerit Solon [y]), in disticho, quod habetur apud Laert. et Plut. et Nicet. Chon. Annal. Constantínop. Stat.

Εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
Μήτι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε. ——

---

t) Anal. Br. I, 71. Poet. Gnom. p. 114. (*μή τι — — — ἐπαμφέρετε.*)
u) Aulul. IV, 10, 7. et 12. x) Plat. Alcib. II. §. 8.
y) Diog. Laert. I, 52. Plut. Sol. c. XXX. Nicet. p. 375. Clem. Alex. p. 338. *) p. 228. 255. ed. Lugd.

Imitatur procul dubio Lysis, seu alius quis autor Pythagoreus in Aureis Carm. [z])

Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.

Αὐθαίρετα πήματα ibi sunt, quae hic Homerus [a]) *ὑπὲρ μόρον ἄλγεα*, et alibi [b]) *ἐπίσπαστα κακά* vocat. Quin et pium hoc dogma discipulis suis propinavit Pythagoras, uti habetur apud Iamblichum in eius vita: *Ὅτι οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσιν ἀναίτιοι· καὶ ὅτι νόσοι καὶ ὅσα πάθη σώματος ἀκολασίας ἐστὶ απέρματα.* Et ex eius schola procul dubio Plato, de Repub. II. p. 379. l. 26. *Τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον ἢ θεὸν**) *αἰτιατέον· τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν.* Et Aeschyl. Prom. Vinct.

—— *Μηδέ ποτ' εἴπη-*
ς ὡς Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον
Πῆμ' εἰσέβαλε· μὴ δῆτ', αὐταὶ
Δ ὑμᾶς αὐτάς.

Apollon. apud Philostratum. IV. [c]) *Οὐ μέμψομαι τοὺς θεούς, εἰ κακῶν ἀξιοῦμαι, μὴ χρηστὸς ὤν.* M. Antonin. De se ipso XII. [d]) *Μήτε θεοῖς μεμπτέον, οὐδὲν γὰρ ἑκόντες ἢ ἄκοντες ἁμαρτάνουσι.* Philo Alleg. II. *Ὅταν ἁμάρτῃ καὶ ἀπαρτισθῇ ὁ νοῦς τῆς ἀρετῆς, αἰτιᾶται τὰ θεῖα, τὴν ἰδίαν τροπὴν προσάπτων θεῷ.* Id. Decal. *Θεὸς κύριος ἀγαθὸς μόνων ἀγαθῶν αἴτιον, κακοῦ δ' οὐδενός.* Idem περὶ φυγάδ. [e]) *Ἐν ἡμῖν αὐτοῖς οἱ τῶν κακῶν εἰσι θησαυροί, παρὰ θεῷ δὲ μόνων ἀγαθῶν.* Aristid. Orat. Isthm. Tom. I. p. 47. *Κακὰ γὰρ ἐκ κακῶν, ἀγαθὰ δὲ ἔργα τὰ θεῶν.*" Hactenus vir doctissimus.]

v. 1077. *ΕΙΣ ΑΠΕΡΑΝΤΟΝ ΔΙΚΤΥΟΝ ΑΤΗΣ.* In Agamem. v. 369.

Γάγγαμον ἄτης παναλώτου.

Ubi forsan legendum *πανάλωτον*, ut hic *ἀπέραντον*. Vide et Psal. XXXI. 4.

v. 1082. *ΕΛΙΚΕΣ Δ' ΕΚΛΑΜΠΟΥΣΙ.* Virg. Aen. XII. 672.

—— flammis inter tabulata volutus
Ad coelum undabat vortex. ——

[Noster in fragmento apud Clement. Alexandr. Strom. V. [f]) aliquando, inquit, Deus

—— *γίνεται παρεμφερὴς*
Ἀνέμῳ νέφει τε, κἀστραπῇ, βροντῇ, βροχῇ.
—— Fit similis
Vento nubibusque, et fulguri, tonitrui, pluviae.

---

z) v. 54.
a) Odyss. I, 34.
b) Od. XVIII, 78. XXIV, 462.
c) Philostr. IV. p.
d) XII. p. 118. Gatak.
e) p. 462. A. Francof.
f) p. 260, 16. Sylb.
*) ἢ θεὸν verba nunc absunt.

Suidas. *Βροντή· νεφῶν ψόφος, ἐκ παρατρίψεως ἢ ῥήξεως. Tonitru: nubium strepitus ex attritione vel ruptura.* Subdit Suidas. *Ἔστι δὲ καὶ μηχάνημά τι, ὃ ἐκυλεῖτο βροντεῖον· ὑπὸ τὴν σκηνὴν δὲ ἦν ἀμφορεὺς ψηφίδας ἔχων θαλαττίας· ἦν δὲ λέβης χαλκοῦς, εἰς ὃν αἱ ψῆφοι κατήγοντο, καὶ κυλιόμεναι ἦχον ἀπετέλουν ἐοικότα βροντῇ. Est etiam machina quaedam, quae βροντεῖον vocabatur. Erat autem amphora, sub scena, marinos habens calculos. Erat vero lebes aeneus, in quem calculi deiiciebantur, qui, dum volutabantur, strepitum tonitrui similem edebant.*]

v. 1084. *ΣΚΙΡΤΑΙ Δ' ΑΝΕΜΩΝ ΠΝΕΥΜΑΤΑ ΠΑΝΤΩΝ.* Virgil. Aen. I. 89.

> Una Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis
> Africus, etc.

Ubi consulat qui velit, quid ad tuendum isthunc locum adductum sit a grammaticis.

v. 1089. *ΦΟΒΟΝ.* Alii *φόνον* minus recte. Pythagorici affirmabant *ὅτι βροντῇ ἀπειλῆς ἕνεκα τοῖς ἐν τῷ ταρτάρῳ, ὅπως φοβῶντω.* Aristot. Analyt. post. II. 11.

[v. 1092. *ΕΣΟΡΑΙΣΜ' ΩΣ ΕΚΔΙΚΑ ΠΑΣΧΩ.* Eurip. Medea, v. 160.

> *Ὦ μεγάλα Θέμι καὶ πότνι' Ἄρτεμι,*
> *Λεύσσεθ' ἃ πάσχω.*
> O magna Themis et reverenda Diana,
> Videtis quae patior.]

IN SEPTEM CONTRA THEBAS.

Τιτ. *ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ.* Qui Aeschyli fabulas in unum compegerunt veteres magistri, temporis rationem quo editae sunt nullam habuere. Hanc enim fabulam post Persas exhibitam fuisse docet Scholiastes Aristophanis in Ran. v. 1053. *Οἱ Πέρσαι πρότερον δεδιδαγμένοι εἰσὶ, εἶτα οἱ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.* Ipse Aristophanes Aeschylum introducit de hac tragoedia gloriantem: neque mirum, cum in ea militaris animi virtus et motus bellici optime sint expressi, quos, cum ederetur, Telestes ludio ad vivum repraesentavit. Athenaeus Deipnosoph. I. 19. a) *Ἀριστοκλῆς γοῦν φησιν ὅτι Τελέστης ὁ Αἰσχύλου ὀρχηστὴς οὕτως ἦν τεχνίτης, ὥστε ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι τοὺς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι' ὀρχήσεως.* Affinis est argumenti cum Euripidis Phoenissis. Scripsit postea Amphis eo nomine comoediam, Athenaeo laudatam VII. 12. b)

ΕΙΤΤΑ. Aeschylum ducum, qui ad Thebas ceciderunt, numerum ad septem redegisse, cum plures fuerint, tradit Pausanias, Corinth. c. 20. c) *Τούτους τοὺς ἄνδρας ἐς μόνων λαὸ ἀριθμὸν κατήγαγεν Αἰσχύλος, πλειόνων ἔκ τε Ἄργους ἡγεμόνων καὶ Μεσσήνης καὶ τινων Ἀρκάδων συστρατευσαμένων. Τούτων δὲ τῶν ἑπτὰ, ἐπηκολουθήκασι γὰρ καὶ Ἀργεῖοι τῇ Αἰσχύλου ποιήσει, πλησίον κεῖνται καὶ οἱ τὰς Θήβας ἑλόντες, κ. τ. λ.* Quod si ita fuerit, recte hoc inter frigidiuscula recenset Agellius, quae de numero septenario congesserat Varro, III. 10. sc. *ad oppugnandas Thebas duces septem electos.* Congesserat autem Varro, ut opinor, ex Graecis scriptoribus. Ita enim Aristoteles, Metaphys. XIV. 6. Quin an verum sit quod protulit Pausanias dubito: Pindarus enim, qui Aeschylo coaetaneus, septem rogos ducum memorat, Olymp. VI. 28. d)

Ἑπτὰ δ' ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων. ——

ΕΠΙ ΘΗΒΑΙΣ. De tragoediae inscriptione lis est apud grammaticos non dirimenda, sicut optime monuit vir doctus Henr. Stephanus in hunc locum; nam praeter exempla, quae ipse congessit, Aristoteli in Metaph. XIV. 6. *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας* reperimus; apud auctorem Quaest. et Resp. ad Orthod. *Ἐπὶ*

a) Athen. I, p. 22. A.
b) Ath. VII, 295. E.
c) Paus. II, 20, §. 5.
d) Pind. Ol. VI, 15. Bkh.

Θήβαις, utrumque apud Clementem Alexandrinum, Stromat. I. p. 144. *Ἡ τὸν Ἀμφιάρεων τὸν σὺν τοῖς ἑπτὰ τοῖς ἐπὶ Θήβας στρατεύσασι.* et p. 145. *Εἶτα ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, ἔτη δέκα.*

ΥΠΟΘ. Ο ΛΑΙΟΣ ΤΟΥ ΛΑΒΔΑΚΟΥ. Totam Thebaicam historiam pluribus fabulis complexus est Aeschylus, sicut antea monuimus, ex quibus huic praecesserunt *Λάϊος*, *Σφίγξ*, *Οἰδίπους*.

Ibid. *ΧΡΥΣΙΠΠΟΝ.* Alcinous de doct. Plat. XXIV. *Ἐπὶ δὲ τοῦ Λαΐου τὸν Χρύσιππον ἁρπάζοντος ἐπιθυμίᾳ λογισμῷ μαχομένῃ· λέγει γὰρ οὕτως,*

Αἰ αἰ, τὸ δὴ θεῖον ἀνθρώποις κακὸν,
Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.

[Ibid. *ΤΕΚΝΩΝ ΑΛΟΚΑ.* Metaphora frequens. Theognis v. 581.

Ἐχθαίρω δὲ γυναῖκα περίδρομον, ἄνδρα τε μάργον,
Ὅς τὴν ἀλλοτρίην βούλεϊ' ἄρουραν ἀροῦν.

Plautus, de marito adultero, Asinar. V. 2. [f])

Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit.]

Ibid. *ΕΙ ΓΑΡ ΤΕΚΝΩΣΕΙΣ.* Addit Euripides, Phoen. v. 20.

Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

[Ibid. *ΠΑΡΑΧΩΡΗΣΟΝ Ω ΞΕΝΕ.* Tale quiddam memoratur de Themistocle Pisistrato tyranno occursanti, Aelian. Var. Hist. III. 21.]

Ibid. *ΦΥΛΑΤΤΕΙΝ ΤΑΣ ΠΥΛΑΣ ΤΩΝ ΘΗΒΩΝ.* Pausan. in Boeot. c. 8. [g]) *Θηβαίοις ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ ἀρχαίου τείχους ἑπτὰ ἀριθμὸν ἦσαν πύλαι, μένουσι δὲ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι.* Harum vero nomina non eadem ab omnibus traduntur. Quae enim *Ὀγχαΐδες* Aeschylo et Apollodoro [h]), *Ὠγύγιαι* sunt Euripidi [i]), Pausaniae et Statio [k]): quae *Βοιώτιαι* Aeschylo, *Κρηναῖαι* Euripidi et Pausaniae, *Κρηνίδες* Apollodoro, *Dircaeae* Statio: quae Aeschylo et Euripidi *Ἑβδομαι*, Pausaniae, Apollodoro et Statio *Ὑψισταί*.

[Dram. pers. *ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.* Quod v. 11 ostendi monet Scholiastes:

Ἴδετε παρθένων — Ἰκέσιον λόχον.

Ut et v. 177.

Κλύετε παρθένων, Κλύετε παυδίκους Χειροτόνους λιτάς.]

---

e) p. 504. sq. ed. Lugd.
f) V, 2. v. 24.
g) IX, 8. §. 4.
h) III, 6. cf. Heyn. annot. p. 617. sq.
i) Phoen. 1180. cf. Herm. ad Suppl. 681.
k) Theb. VIII, 353. sqq.

Ibid. *ΑΓΓΕΛΟΣ.* Tragoediam primum Aeschylum ornasse *ἀγγέλοις τε καὶ ἐξαγγέλοις* discimus ex Philostrato in Gorgia, sub init. l)

I.

v. 1. *ΚΑΔΜΟΥ ΠΟΛΙΤΑΙ.* Arundeliana Epocharum stela Cadmum refert Thebas advenisse et Cadmeam condidisse regnante Athenis Amphictyone: hoc vero ante exodum Israelitarum ex Aegypto contigisse satis liquet. Omnes igitur Eusebium secuti chronographi, qui Europae raptum circa Iosuae Israelitarum ducis tempora collocant, frustra sunt. Ex his etiam constat, Europam non fuisse Tyriam, quia Tyrus longo post tempore condita; nam Iosephus VIII. 2. asserit Tyrum conditam non nisi 240. anno ante templum Salomonis; illud autem aedificari coepit anno 480. ab egressu Israelitarum ex Aegypto, I. Reg. VI. 1.

[Ibid. *ΚΑΙΡΙΑ.* V. Cl. Henricus Stephanus „Inde, inquit, et in eo loco, quem mox protuli, vox *καίρια* ex ipso Aeschylo potius exponenda fuerat *χρήσιμα*, ut etiam Plato m) videtur eam explicuisse, quam *ἐνδεχόμενα* vel *ἀναγκαῖα*. Quae enim *ἐνδεχόμενα* sunt, non protinus sunt *χρήσιμα*." Nugae: ita enim ex ipso Aeschylo accipit et Sophocles, Oed. Col. v. 802.

Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Unde sequenti versu explicatur

Ὡς δὴ σὺ βραχέα, ταῦτα δ' ἐν καιρῷ λέγεις.

Paroemiographus, *λέγειν καίρια.* „Aeschylus in tragoedia, quam inscripsit *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*, hoc modo loquendi duobus in locis usus est, pro: sententias utiles sapientesque edere: illae namque opportunae sunt ac tempori aptae. *Κάδμου πολῖται χρὴ λέγειν τὰ καίρια.* Alibi in eadem fabula n), *φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια.* Idem in Choeph. o) *Σιγᾶν θ' ὅπως δεῖ καὶ λέγειν τὰ καίρια."*] Haec ille.

v. 2. *ΕΝ ΠΡΥΜΝΗι ΠΟΛΕΩΣ ΟΙΑΚΑ ΝΩΜΩΝ.* Distinctionem post *πρύμνῃ* tollunt codices Arundelianus et Oxoniensis. Noster v. 658. *Ναυκληρεῖν πόλιν*, et v. 62.

Σὺ δ' ὥστε ὁ νηὸς οἰακοστρόφος.

Pindarus, Pyth. I. 166. p)

Νώμα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν.

Anon. de vita Pythag. *Ἕκαστον τῶν ἄλλων ὑπὸ μιᾶς φύσεως οἰακίζεται.* [Supplic. v. 349. de rege ipso

Λιβοῦ σὺ πρύμναν πόλεος ὧδ' ἑστεμμένην.

---

l) p. 492. Ol.
n) Sept. v. 601.
p) I, 86. Bkh.
m) Euthyd. p. 291. D.
o) Choeph. v. 575. cf. Suppl. 441.

Quintilianus, Institut. II. 17. *Nam et gubernator vult salva nave in portum pervenire; si tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud: dum clavum rectum teneam.* Citatur ex Ennio q) ab aliquibus: *Dum clavum rectum teneam, navimque gubernem*]

v. 8. *ΒΛΕΦΑΡΑ ΜΗ ΚΟΙΜΩΝ ΥΠΝΩι.* Diserte Epaminondas apud Plutarchum, Apophth. p. 192. r) dixit se *πήφειν καὶ ἀγρυπνεῖν ὅπως ἐξῇ τοῖς ἄλλοις μεθύειν καὶ καθεύδειν. Ὁ κυβερνήτης ἀγρυπνεῖ διαπαντὸς, ὁ τοῦ βασιλέως πολυόμματος νοῦς* Tritum illud Homericum, Il. *B'*. 24.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
Ὧι λαοί τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

[Ad quem locum adi sis V. Cl. Iacobum Duportum in Gnomologia Homerica.] Porro Eustathius, ad Iliad. *Ξ'*. p. 981. l. 45 monet, quod licet antiqui *τὸ κοίμησον* pro *κοίμισον* Aeolica usurpari existimarunt in illo versu, Il. *Ξ'*. 236.

Κοίμησόν μοι Ζηνὸς ὑπ' ὄφρυσιν ὄσσε φαεινώ·

nihilominus propriam hanc fuisse lectionem probari ex Sophocle s), qui *κοιμῶ τόδ' ἕλκος* dixit, et ex Aeschylo, qui *βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ.*

v. 4. *ΕΙ ΜΕΝ ΓΑΡ ΕΥ ΠΡΑΞΑΙΜΕΝ, ΑΙΤΙΑ ΘΕΩΝ* Putabant gentes victoriam a Diis suis esse, ad eosque referebant. [Homer. Il. *H'*. 101.

—— —— *ὕπερθεν*
Νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν.]

Aristides, in Panathenaico, Tom. I. p. 259. ubi de pulso Graecia Xerxe agit, *Τοὺς δὲ γὰρ θεούς*, inquit, *ὡς αἰτίους δήπου τῶν ἀγαθῶν ἅπαντες ἀμειβόμεθα.* Scholiastes Euripidis a Orestem, v. 382. *Πρωτόλεια δὲ κυρίως αἱ πρῶται τῆς λείας ἀπαρχαὶ, ἃς ἀνέφερον τοῖς θεοῖς, ὡς αἰτίοις τῆς νίκης.* Ita Marcellus profligatis hostibus non aliter Iovem affatur quam rei bellicae, praelio victoriaeque praesidentem, Plutarch. in vit. p. 301. *Ὦ μεγάλα ἡγεμόνων ἔργα καὶ στρατηγῶν πράξεις κυβλέπων ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις* (ita lego) *φερέτριε Ζεῦ, μαρτύρομαί σε, κ. τ. λ.* Hinc *χαριστήρια* dona diis ad gratum pro eorum auxilio animum testandum. Ita ara illa, fuso Mardonio, Iovi Liberatori erecta, ut erepta hostibus pecora sacrificarent, quod *τὰ χαριστήρια θύειν* Graeci dicunt. Est *χαριστήριον βωμὸς Ἐλευθερίου Διὸς, αὐτῷ τε τῷ θεῷ ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ καὶ τοῖς κατορθώσασι μνημεῖον*, inquit Aristides, Tom. p. 257. Plane ut Moses apud Iosephum, III. 2. *Θύσας ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ βωμὸν ἱδρύεται νικαῖον ὀνομάσας τὸν Θεόν.* I

---

q) Enn. fragm. inc. p. 132. Hessel. r) p. 192, 43. (728, 10. R.)
s) Soph. Philoct. 650.

Graeci Troia direpta τὰ τῆς νίκης χαριστήρια θύουσι, multa scilicet Diis sacrificia peragunt, ut Quinti Calabri verbis utar, XIV. 104.

Ἥρα θεοῖσι φέροντες, ἐπεὶ μάλα ἤνυσαν ἔργον.

Ἥρα autem, id est χάριν. Hesych. turbatus ita dibus liberandus et emendandus: Ἥρα· ἤτοι, ὄντα καὶ ἥρα, χάριν, βοήθειαν, ἐπικουρίαν. Quin etiam consecrabant Diis Corinthii apud Plutarchum in Leontis [t]), p. 250.; Syracusii apud Diodorum Sicul Neque aliter Romani. L. Sylla, Scipione Norbanoque Consulibus circum Capuam superatis, post victoriam, notante Paterculo, II. 25. GRATES DIANAE, cuius numini regio illa sacrata est, solvit, ut ante eum Xenophon aquas agrosque ei dedicavit: quem locum in huno modum post I. Lipsii emendationem lego: *Aquas salubritate medendisque corporibus nobilis agrosque omnes addixit Deae. Huius* GRATAE RELIGIONIS *memoriam inscriptio templi affixa posti hodieque aerea testatur tabula intra aedem.* Hinc Toxylus apud Plautum in Persis, V. 1. [u]) quod lenonem sexaginta nummis emunxerat, tanquam insigni aliqua victoria potitus ita videtur triumphare:

Hostibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis,
Bello extincto, re bene gesta, integro exercitu et praesidiis,
Cum bene nos, Iupiter, iuvisti, Diique omnes alii coelipotentes,
Ea vobis GRATES HABEO atque AGO.

Ibid. *ΑΙΤΙΑ ΘΕΩΝ ΕΙ Δ' ΑΥΘ'.* Plato, de Rep. II. p. 379. l. 26. *Καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον* (praeter Deum) *τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν.*

v. 5. *Ο ΜΗ ΓΕΝΟΙΤΟ.* Ad avertendum δυσφημίαν verborum insequentium, ait, ὃ μὴ γένοιτο. Quod, ut caeteros taceam, saepe ab Aristotele in suo testamento factum. Eo tandem progressa est haec superstitio, ut pro ἀποθνήσκω dicerent οἴχομαι, *abire* pro *mori*, fortasse ne mortem ipsam vel nominando periclitarentur. [Homer. Odyss. Γ'. 399.

Μὴ τοῦτο θεὸς τελέσειε.
Neutiquam hoc faxit Deus.

Od. Γ'. 346.

Ζεὺς τό γ' ἀλιξήσει, καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι.]

v. 7. *ΥΜΝΟΙΣΙ.* Eustath. in Iliad. Z'. p. 634. l. 101. — Ἔτι δὲ καὶ τῷ ὑμνεῖν φαύλως ἐκλαμβανομένῳ ποτὲ κατὰ βαρεῖαν ἀντίφρασιν. Σοφοκλῆς [x]), Ὑμνήσεις κακά, ἤγουν ὑβρίσεις.

---

t) cap. 27.
x) Electr. 382.
u) V, 1, init.
*) imo Ἤ ῥα· ἤτοι, ὄντως, ἢ ἔφη.

Καὶ ἐν Οἰδίποδι τῷ Τυράννῳ y), *Τοιαῦτ' ἐφυμνιῶν, ἤγουν δυσφημιῶν. Αἰσχύλος, Ὑμνεῖται ὑπ' ἀστῶν φρομίοις πολυρρόθοις. Εὐριπίδης* z), *Τὴν ἐμὴν ὑμνοῦσαι ἀπιστοσύνην, ἤγουν κακολογοῦσαι καὶ, ἐπεὶ ἀντάχησαν ὕμνοι* z), *αἱ κατὰ τῶν ἀρρένων ὕβρεις δηλαδή* [Suidas, *Ὑμνεῖν· ὀδύρεσθαι, μέμφεσθαι, λοιδορεῖν, κατ' εὐφημισμόν.*]

v. 8. *ΖΕΥΣ ΑΛΕΞΗΤΗΡΙΟΣ ΕΠΩΝΥΜΟΣ ΓΕΝΟΙΤΟ* Arist. Rhet. II. 23. *Ἄλλος ἐνθυμήματος (τόπος), ἀπὸ τοῦ ὀνόματος· οἷον ὡς ὁ Σοφοκλῆς* a),

Σαφῶς Σιδηρὼ καὶ φοροῦσα τοὔνομα·

καὶ ὡς ἐν τοῖς τῶν θεῶν ἐπαίνοις εἰώθασι λέγειν. Varro, de ling Lat. VI. b) *a vertendo, averruncare: ut deus qui iis rebus prae est Averruncus: itaque ab eo precari solent, ut pericula averta* Eundem appellat Lycophron, v. 288. *φύξιον Δία.* Interpre tandus in re simili Aristides, Panathenaico, Tom. I. p. 31 ubi sermonem Atticum laudaturus incruentum trophaeu Athenienses erexisse ait, victoriamque insignem retulisse non Tanagraeam illam aut Marathoniam, *ἀλλ' ὡς ἀληθῶς τὴ πρέπουσαν* c) *εὐσεβές.* Guil. Canterus vertit *quamque iustissim Iovis filiam diximus.* At ego omnino ad Minervae cognome referendum puto. Cum enim de sermone Attico loquatu qui totum pene terrarum orbem peragraverat, ac genus hu manum quasi captivum duxerat, *Haec est victoria*, inquit, re *vera homine digna atque perpetua, καὶ ἣν Διὸς παῖδα προσειπ εὐσεβές, et cuius nomine filiam Iovis recte pieque poteris appe lare*, quippe quae literis non minus quam armis, vel potiu magis praesit, adeoque cum aliunde, tum hinc praecipu *ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Νίκη* nominetur.

[v. 11. *ΕΞΗΒΟΝ.* Eustath. in Odyss. *Α'*. p. 1428. l. 2 *Τὸ δὲ πρώθηβος ὅμοιον τῷ ἔφηβος, ἄχρηβος παρὰ τῷ Θεοκρίτῳ καὶ ἔξηβος παρὰ Αἰσχύλῳ.* Hesych. *Ἔξηβος· ἔξω τῆς ἥβη τριάκοντα πέντε ἐτῶν.* Adi sis quae Cl. D. Humphridus Pri deaux in notis in Marmor Herculis (Marm. Ox. II. p. 87.) ad notavit.]

v. 13. *ΩΡΑΝ Τ'.* Scholiastes *Α'*. *φροντίδα.* Sed et *ἡλι κίαν* exponit, quod particula *τε* postulare videtur. Fortas vero legendum

Ὥραν γ' ἔχονθ' ἕκαστον ὥστε συμπρεπές.

v. 14. *ΘΕΩΝ ΕΓΧΩΡΙΩΝ.* Agam. v. 819.

---

y) Oed. R. 1275.
z) Med. 423. 426.
a) Tyr. fragm. I.
b) Varr. VII. p. 100. Bip. (p. 318. Sp
c) Post *πρέπουσαν* leguntur haec: *ἀνθρώπῳ καὶ διηνεκῆ, καὶ Διὸς παῖδα προσειπεῖν εὐσ.*
d) Theocr. VIII, 93.

Πρῶτον μὲν Ἄργος καὶ θεοὺς ἐγχωρίους
Δίκη προσειπεῖν. ——

Clemens Protrept. *) *Εἰ γὰρ οὖν δαίμονες λίχνοι τε καὶ μιαροὶ, ἔστι μὲν ἐφευρεῖν καὶ ἀναφανδὸν οὕτω κατὰ πόλεις δαίμονας ἐπιχωρίους τιμὴν ἐπιδρεπομένους.* Loci sc. genios. Servius in Georg. I. c) *Genium dicebant naturalem Deum uniuscuiusque loci.* Festus, VII. f) *Genium esse putarunt uniuscuiusque loci.* [Virg. Aen. VIII. 31. *Huic Deus ipse loci.*] Imo plures Deos *ἐγχωρίους* omnis obtinebat locus. Prudentius II. 443. adversus Symmachum:

Quanquam cur genium Romae mihi fingitis unum?
Cum portis, domibus, thermis, stabulis soleatis
Assignare suos genios ——

v. 15. *ΒΩΜΟΙΣΙ.* Distinguendum videtur commate post *βωμοῖσι.*

v. 16. *ΓΗι ΤΕ ΜΗΤΡΙ, ΦΙΛΑΤΑΤΗι ΤΡΟΦΩι.* Telluris *κουροτρόφου* meminit Pausanias, Attic. c. 22. g) Et Proclus, in Timaeum Comment. IV. *Καὶ ὡς μὲν τροφὸς τὴν τελεσουργικὴν μιμεῖται τάξιν, καθ' ἣν καὶ πάτριον Ἀθηναίοις κουροτρόφον αὐτὴν ὑμνεῖν.* Suidas, *Κουροτρόφος γῆ· ταύτῃ δὲ θύσαι φασι τὸ πρῶτον Ἐριχθόνιον ἐν ἀκροπόλει, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι, χάριν ἀποδιδόντα τῇ γῇ τῶν τροφείων· καταστῆσαι δὲ νόμιμον τοὺς θύοντάς τινι θεῷ ταύτῃ προθύειν.* Inde factum est, ut infantuli non prius vocem ederent, quam terram attigissent, Opemque Deam invocarent, ut exciperet eos sinu terrae. Levana vero pueris praeerat de terra levandis et elevandis: utrumque hic officium Terrae adscribitur.

[v. 20. *ΧΡΕΟΣ.* Noster, Pers. v. 779.

Ξὺν ἀνδράσιν φίλοισιν οἷς τόδ' ἦν χρέος.]

[v. 21. *ΕΥ ΡΕΠΕΙ ΘΕΟΣ.* *Ῥέπειν* proprie de statera aut lance dicitur: Iovis *τάλαντα* memorat Homerus, Il. Θ. 69. Noster, Supplic. v. 829. eadem metaphora qua hic:

Σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν ταλάντου.]

[v. 22. *ΠΥΡΓΗΡΟΥΜΕΝΟΙΣ.* Hesychius, *Πυργηρούμεθα· ἐντὸς ἐσμεν τῶν πύργων, οὐ τολμῶμεν ἐξιέναι.* [Idem, *Πυρπροούμενον· τὰ τείχη φυλάττον.*]

v. 24. *ΩΣ Ο ΜΑΝΤΙΣ ΦΗΣΙΝ.* [Tiresias.] Apollodorus, III. 6. *Καθώπλισε δὲ καὶ Ἐτεοκλῆς Θηβαίους, καὶ καταπέμψας ἡγεμόνας ἴσους ἔταξε, καὶ πῶς ἂν περιγένοιτο [περιγένοιντο] τῶν πολεμίων ἐμαντεύετο. Ἦν δὲ παρὰ Θηβαίους μάντις Τειρεσίας, κ. τ. λ.* At hoc per insomnium fieri vult Statius, II. 108.

---

c) Serv. Georg. I, 498.
g) I, 22, 3.
f) Fest. v. genium.
*) p. 35. Pott.

—— iamque ille (Polynices) novis, ut fama, superbit
Connubiis, viresque parat queis regna capesrat,
Quis neget? inque tua senium sibi destinat aula?

v. 25. *ΕΝ ΩΣΙ.* Ipsam fabulam respicit. Chariclo Palladem rogavit ut filio suo visum restitueret: quod cum Dea efficere non posset, expurgatis illius aurium meatibus, τὰς *ἀκοὰς διακαθάρας* [*διακαθάραασαν*] *ἅπασαν ὀρνίθων φωνὴν ποιῆσαι συνιέναι*, Apollodorus, III. 6.

Ibid. *ΝΩΜΩΝ. Τηρῶν.* Herodotus, IV. 128. *Νομεῦντες σῖτα ἀναιρεομένους τοὺς Δαρείου.* Hesychius *νομῶν* interpretatur *χρίνων.*

Ibid. *ΠΥΡΟΣ ΔΙΧΑ.* Pythagorice dictum: quandoquidem Abaris Scytha praenotionem omnibus barbaris per victimas et sacrificia excogitabat, maxime gallinaceorum; talium enim viscera ad considerationem peraccommoda; noluit Pythagoras eius ad verum indagandum studium tollere, sed per quandam tutiorem sacrificandi rationem *χωρὶς αἵματος καὶ σφαγῆς* praedicere. Consule Iamblichum de vita Pythagorae XXVIII. [Huius moris contrarium est *ἔμπυρα σήματ' ἰδέσθαι*, Apollon. Argonaut. v. 145. Quod faciebant οἱ *ἐμπυροσκόποι*. Aliter vero Seneca in Oedipo, apud quem sciscitatur Tiresias, v. 309.

Utrumne clarus ignis et nitidus stetit, etc.
An latera circa serpit incertus vise, etc.

Atque mox de singulis extorum notis curiosius requirit.]

v. 29. *ΝΥΚΤΗΓΟΡΕΙΣΘΑΙ.* Noctu consilium inire, ex consuetudine veterum, quibus propter silentium ac solitudinem nox ad consultandum de rebus gravibus maxime idonea videbatur: unde et apud Plutarchum in Symposiacis Lacedaemoniis olim *νυκτέριος σύλλογος* solennis. Hinc natum proverbium, quod refertur a Theone in Progymnasmatis p. 146. *Ἀλλὰ τὸν ἀπανταχῆ περιφερόμενον τίς οὐκ οἶδε λόγον ὃν φησι δεῖν ἐν νυκτὶ βουλῆς ἔχεσθαι; Ὁ δὲ σοφὸς Σοφοκλῆς* [b]) *τί μαθὼν εὐφρόνην ἀπεκάλει τὴν νύκτα; οὐχ ὅτι τὸ φρονεῖν ὡς μάλιστα τότε τοῖς ἀνθρώποις παραγίνεται; Aut cui ignotum vulgi sermone tritum proverbium: Noctu urgenda consilia? quo autem sensu Sophocles noctem dixit εὐφρόνην? Numquid ideo quod mentis vis in hominibus maxime exercetur?* Idem, p. 150 *ἐν εὐφρόνῃ καλεῖται παρὰ τῶν ποιητῶν ἡ νὺξ καὶ τὴν αἰτίαν ἐποίησε, τὰς βουλὰς εἰς τὸν τῆς νυκτὸς ἄγων καιρόν. ex poetis εὐφρόνη dicitur, et proverbium est: Consilia conferenda.*]

30. *ΕΞ Τ' ΕΠΑΛΞΕΙΣ ΚΑΙ ΠΥΛΑΣ ΠΥΡΓΩΜΑ* Sc. *ἐπάλξεις πυργωμάτων καὶ πύλας.* Hesych. *Ἐπάλξεις*

---

[b]) Electr. 19. 259.

Οἱ προμαχῶντες τῶν τειχῶν. *Minae* dicuntur Latine, auctore Servio, in illud Aen. IV. 88.

—— minaeque
Murorum ingentes.

Quem secutus Turnebus adfert hunc Rufini locum in Iosepho: *Desuper eam minae quidem binis, propugnacula vero ternis cubitis ambibant.*

[v. 31. *ΣΟΥΣΘΕ.* Supplic. v. 843.

Σοῦσθε σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν.

Hesych. *Σοῦσθε.* *Ὁρμᾶτε, ἴτε.* Callim. Hymn. V. 4.

Συῦσθέ νυν ὦ ξάνθαι σοῦσθε Πελασγιάδες.]

v. 36. *ΚΑΤΟΠΤΗΡΑΣ.* De officio speculatoris consule Vegetium, III. 6. Vide et Brantium in Caes. Comment. p. 437. Turneb. Advers. XXVII. 20. Laevin. Torrent. ad Sueton. Calig. i) Casaubonum in Suetonium LII. k) [Virg. Aen. IX. 193.

—— Mittique viros, qui certa reportent.]

v. 42. *ΑΝΔΡΕΣ ΓΑΡ ΕΠΤΑ.* [Hinc titulus tragoediae: postea, v. 126.

Ἑπτὰ δ' ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ
Ὁρουσσόοις σαγαῖς, πύλαις ἑβδόμαις
Προσίστανται.]

Citat Longinus l) Sect. XIII. p. 63. quasi *ἡρωϊκωτάτας φαντασίας.* Ad quem locum consule virum doctissimum D. Langbain.

Ibid. *ΛΟΧΑΓΕΤΑΙ.* Postea, v. 55.

—— *ὡς πάλῳ λαχὼν*
Ἕκαστος αὐτῶν πρὸς πύλας ἄγοι λόχον.

Aelianus *περὶ στρατηγ.* *Ὁ μὲν οὖν ἄριστος ἑκάστου λόχου πρῶτος καὶ ἡγούμενός ἐστι, ὃς καὶ λοχαγὸς ἐπονομάζεται καὶ ἡγεμὼν καὶ πρωτοστάτης.* [V. Cl. D. Langbain ad verba *θούριοι λοχαγέται* (in Dionys. Long. notis, p. 73.) „*Bellicosi duces*, ut *θούριος ὄρνις*, bellicus ales apud Aeschylum in Sphinge m) (Aristoph. Schol. in Ranis) n). *Λοχαγέτης* autem dicitur, qui *λόχον* ducit; *λόχος* autem agmen exercitus milites comprehendens 512, ut ex Thucydide colligitur, V. 68. Lacedaemones autem quinque *λόχους* habuere, ut vult comici Scholiastes ineditus in Lysistratam o). Eorum nomina, *ἔδωλος*, (Hesychio *ἐδώλος*) *ἀρίμας, πλόας, μεσοάγης*, et *σίνις*. Thucydides septem agnoscit, *χωρὶς τῶν νικηριστῶν* ait Scholiastes hic: rectius *χωρὶς τῶν σκιριτῶν*, praeter Sciritas, qui etiam inter Laconicos *λόχους* recensentur. Thucydid. Schol. V, 68. De quibus consule Diodorum

i) cap. 44.
k) in Suet. Calig. c. 52.
l) Longin. *π. ὑ.* §. 15.
m) cf. Aesch. fragm. n. 215. Schütz.
n) Ran. v. 1319.
o) Schol. Arist. ad Lysistr. 454.

Siculum, XV. 32. qui μοῖραν cum λόχῳ confundere videtur, ut Xenophon in Lacedaemon. repub. q) p. 680. μόραν, cuiusmodi, ex Lycurgi instituto sex habuerunt."] Haec ille.

[v. 44. *ΚΑΙ ΘΙΓΓΑΝΟΝΤΕΣ ΧΕΡΣΙ ΤΑΥΡΕΙΟΥ ΦΟΝΟΥ.* Nota sanguinis sacramentum in bello; quem et in foederibus non solum tetigisse sed etiam bibisse nonnullos comperimus. Ita Plutarchus, Poplic. in vit. r) p. 98. iuvenes patricios ait inter se foederatos, ἀνθρώπου σφαγέντος ἐπισπείσαντες αἷμα. Sic etiam Catilina coniurationis suae socios propinavit s). Tigrani idem factum refert Valerius Maximus, IX. 2. Et apud reges barbaros in more positum fuisse refert Tacitus, Annal. XII. 47. *Quoties in societatem coeant, implicare dextras, pollicesque inter se vinctos nodo perstringere; mox ubi sanguis in artus se effuderit, levi ictu cruorem inliciunt, atque invicem lambunt. Id foedus arcanum habetur, quasi mutuo cruore sacratum.* Hinc et Romanis mos in bello se devovendi, de quo vide Livium, X. 28. in historia Decii.]

[v. 45. *ΦΙΛΑΙΜΑΤΟΝ ΦΟΒΟΝ.* Martis filium e congressu Veneris natum: Hesiod. Theogon. v. 932.

—— αὐτὰρ Ἄρηϊ
Ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν.

At Scholiastes noster *Α'*. Martis servum nuncupat.]

v. 46. *ΩΡΚΩΜΟΤΗΣΑΝ.* Tali sacramento obligarunt se duces Achivi in expeditione adversus Troiam, Virgil. Aen. IV. 425.

Non ego cum Danais Troianam exscindere gentem
Aulide iuravi, ——

[De ara, ad quam iurabant septem duces, vide Pausaniam, Corinthiac. c. 19.]

v. 47. *ΛΑΠΑΞΕΙΝ.* Eustath. in Iliad. *Α'*. p. 65. l. 28. *Παρὰ τῷ Αἰσχύλῳ εὕρηται τὸ ῥῆμα ἀλαπάξαι χωρὶς τοῦ ᾱ.*

v. 48. *ΦΟΝΩι.* *Sanguine:* inde φοίνιος, ut אדם a דם. *Caedem* eodem sensu usurpari satis notum.

v. 49. *ΜΝΗΜΕΙΑ.* Hesych. *Μνημεῖα· τὰ οἰκάδε πεμπόμενα ὑπὸ τῶν ἐν πολέμῳ τετελευτηκότων τοῖς οἰκείοις.* Mox sc. erat periculum mortis in bello subiturorum. Vide Homerum t). Minus significanter apud Stobaeum u) legitur σημεῖα.

v. 50. *ΑΔΡΑΣΤΟΥ.* Qui *augurio fatalis* fuit, ut loquitur Statius II. 111.

v. 51. *ΔΙΑ.* Stobaeus u) ἄνά.

[v. 53. *ΛΕΟΝΤΩΝ ΑΡΗΝ ΔΕΔΟΡΚΟΤΩΝ.* Schol. *Α'*. *Δεδορκότων καὶ βλεπόντων αὐτῶν ἄρην· ἤτοι φονικὸν καὶ πολεμι-*

---

q) cap. XI, 4.
r) Plut. Poplic. cap. IV.
s) Sallust. Catil. c. 22.
t) vid. Eustath. ad Il. VII. p. 666, 59
u) Stob. Serm. VII, 11.

τὸν ὁρῶντων. Attica locutio: occurrit saepe apud Aristophanem, *κάρδαμον* x), *σίνηπι βλέπειν* *), velut *ὑπόδρα ἰδεῖν.* Eiusdem y) est *Ἀττικὸν βλέπος*, frons dolosa aut impudens. Geminum habet v. 504. *Φόβον βλέπειν.*]

v. 54. *ΚΑΙ ΤΩΝΔΕ ΠΥΣΤΙΣ.* Stobaeus, *καὶ τῷδε πίστις.* Grotius reddit,

Et iam minarum non abest longe fides.

[v. 55. *ΚΛΗΡΟΥΜΕΝΟΥΣ Δ' ΕΛΕΙΠΟΝ ΩΣ ΠΑΛΩ ΛΑΧΩΝ.* Virgil. Aen. IX. 174.

Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat exercetque vices, quod cuique tenendum est.

Ad quem locum V. Cl. Germanus Valens Guellius: „Sortita periclum excubat, *πάλῳ λαχόντες.* Aeschyl. in *Ἑπτά.* Veget. III. 8. de re militari „*Tribuni eligunt qui vigilias circumeant, ac renuntient, si qua emerserit culpa; quos circitores appellant; nunc militiae gradus factus est.*" Hactenus Guellius.]

v. 60. *ΑΡΓΗΣΤΗΣ ΑΦΡΟΣ.* Callimachus, Hymn. V. 12.

—— χαλινοφάγων ἀφρὸν ἀπὸ στομάτων.

[v. 64. *ΚΥΜΑ ΧΕΡΣΑΙΟΝ ΣΤΡΑΤΟΥ.* Sic Ebr. גל כים וכים Aquae de populo, *πολύφλοισβος ἀγορή*, epithetum cum mari commune. Psal. XCIII. 4.]

[v. 65. *ΚΑΙΡΟΝ ΟΣΤΙΣ ΩΚΙΣΤΟΣ ΛΑΒΕ.* Vegetius, IV. 31. *In rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse quam virtus.* Caesar, Bell. Gall. III. 18. *Occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse.* Vide Polybium, IX. 8. [Alexandri symbolum *Μηδὲν ἀναβαλλόμενος.* Caesar, Alexandri aemulus, apud Lucanum, I. 281.

Tolle moras; semper nocuit differre paratis.]

v. 66. *ΗΜΕΡΟΣΚΟΠΟΝ.* Quia antea noctu exploravit, v. 29. Gloss. Graeco-Lat.: *Νυκτοφύλαξ, noctianus, nocte custos, vigilis.* Interdiu explorantem *ἡμεροβίγλιον* vocat Curopalates.

v. 69. *ΠΟΛΙΣΣΟΥΧΟΙ ΘΕΟΙ.* *Πολισσοῦχος, πολισσοῦχος*, et *πολιοῦχος*, communia sunt epitheta Deorum, quibus cura civitatum. [Virgil. Georg. I. 493.

Dii patrii, indigetes.

Aelianus, II. 28. *Οὗτοι μὲν οὔτε ὑπὲρ πατρίδος, οὔθ' ὑπὲρ πατρῴων θεῶν, οὐδὲ μὴν ὑπὲρ γονικῶν ἡρώων κακοπαθοῦσι.*] Messanae in Templo,

ΑΣΚΛΗΠΙΩ
ΚΑΙ ΥΓΕΙΑ
ΣΩΤΗΡΣΙΝ
ΠΟΛΙΟΥΧΟΙΣ.

---

x) Vesp. 455. Br. y) Nub. 1176. Br. *) vid. Elmsl ad Acharn. 254.

Idem etiam *Πολιεύς*, et *Πολιάς*. *Διὸς Πολιέως* meminit Pausanias in Attic. c. 28. [z]) quem Etymologus [a]) vocat *Πολιαῖον*. Iovem hoc cognomento celebrari monet Phornutus. Quin etiam Minervam *Πολιάδα* appellari satis notum, quo cognomento Italiae cultam monet Etymologus [b]) in verbo *Πολίειον*· Minervae enim vel maxime urbes sacrae. Virgil. Ecl. II. 61.

—— **Pallas quas condidit arces.**

[v. 70. *ΑΡΑ Τ' ΕΡΙΝΝΥΣ ΠΑΤΡΟΣ.* *Τὸ Ἐριννὺς ἐπιθετικῶς.* Ita Theocr. Idyl. XXII. 220. *Ἰλιὰς μάχη* pro *Ἰλιακὴ μάχη.* De Oedipi imprecatione vide Zenob. Prov. V. 43.]

Ibid. *H.* Forsan *ἤ*, ita enim postea plus semel: ut v. 985.

Μέλαινά τ' Ἐριννὺς ἤ μεγασθενής τις ἐξ.

[v. 72. *ΕΚΘΑΜΝΙΣΗΤΕ.* Metaphora a fruticetis.]

Ibid. *ΕΛΛΑΔΟΣ ΦΘΟΓΓΟΝ ΧΕΟΥΣΑΝ.* Notandum est Thebanos eodem sermone, quo et caeteri Graeci, usos fuisse; cum tamen contrarium innuere videatur v. 175., ubi precatur, ne detur civitas *ἑτεροφώνῳ στρατῷ.* Athenaeus, XIV. 4. [c]) *Ὅτι δὲ καινουργοῦσι κατὰ τὰς φωνὰς οἱ Θηβαῖοι, Στράττις ἐπιδείκνυσιν ἐν Φοινίσσαις, κ. τ. λ.*

v. 73. *ΔΟΜΟΥΣ ΕΦΕΣΤΙΟΥΣ.* Diodorus, V. 68. *Τούτων δὲ λέγεται τὴν μὲν Ἑστίαν τὴν τῶν οἰκιῶν κατασκευὴν εὑρεῖν καὶ διὰ τὴν εὐεργεσίαν ταύτην παρὰ πᾶσι σχεδὸν ἀνθρώποις ἐν πάσαις οἰκίαις καθιδρυθῆναι, τιμιῶν καὶ θυσιῶν τυγχάνουσαν.* Hierocles apud Stobaeum p. 217. [d]) *θεοὺς ἑφεστίους* memorat. [Sunt igitur *δόμοι ἑφέστιοι*, in quibus Dii *ἑστίας* habent. Propert. II. 1.

Eversosque focos antiquae gentis Etruscae.]

[v. 75. *ΣΧΕΘΕΙΝ.* Pro *σχέθητε.*]

v. 76. *ΞΥΝΑ.* *Communiter utilia.* Scil. et vobis Diis et nobis civibus. [A *σὺν*, *ξὺν* fit *ξυνός*. Etymolog. [e]) *Ξυνὸς καινός.* Atque ut hic *ξυνὸν* de communi utilitate, ita e contra commune exitium *ξυνὸν κακόν* dicitur Homero, Il. *Π'*. 262.

Ξυνὸν δὲ κακὸν πολέεσσι τιθεῖσι.

Hinc eodem auctore, *ξυνὸς Ἐνυάλιος* Il. *Σ'*. 309.

Ξυνὸς Ἐνυάλιος καί τε κτανέοντα κατέκτα.

Proverbialiter usurpatur haec locutio *ἐπὶ τῶν ἐπ' ἴσης κινδυνευόντων, de iis qui aequaliter periclitantur*, monente Apostolio XIII. 95. Archilochus apud Clementem Alexandrinum [f])

---

z) I, 24, 4.
a) Etym. M. p. 275, 1.
b) Etym. M. p. 680, 11.
c) Ath. XIV, 621. F.
d) Stob. Serm. LXXIX, 33. p. 125. Gaisf.
e) Etym. p. 611, 29.
f) Archil. fr. XXXI. Gaisf.

Ἐπήνυμον γὰρ ξυνὸς ἀνθρώποις Ἄρης. Quo videtur allusisse nescio quis apud Suidam, in voce *Ἀρχίλοχος.* *Καὶ ταῦτα ἐν τῷ πολέμῳ ἔνθα δήπου ξυνὸς Ἐνυάλιος.* Livio, VII. 8. *communis Mars.* Et Cicero, Epist. [s]) VI. 4. *Cum omnis belli Mars communis, et cum semper incerti exitus praeliorum sint.*]

v. 77. *ΠΟΛΙΣ ΓΑΡ ΕΥ ΠΡΑΣΣΟΥΣΑ ΔΑΙΜΟΝΑΣ ΤΙΕΙ.* Aristoteles, Rhetor. II. 19. *Ἐν δ' ἀκολουθεῖ βέλτιστον ἦθος τῇ εὐτυχίᾳ, ὅτι φιλόθεοί εἰσι, καὶ ἔχουσι πρὸς τὰ θεῖόν πως πιστεύοντες διὰ τὰ γιγνόμενα ἀγαθὰ ὑπὸ τῆς τύχης.*

v. 79. *ΣΤΡΑΤΟΣ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΟΝ.* *Τὸ* $\overline{\chi}$ notam criticam culpae apud auctores Graecos huic versui affixum fuisse notat Scholiastes, *πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ στρατοῦ* et *στρατοπέδου.* At cum differentia horum verborum aptissime huic loco conveniat, nullus dubito quin non $\overline{\chi}$ sed $\overline{\chi\varrho}$ legi debeat apud Scholiastem: qua nota magistri Graeci locum laudabilem designarunt, ut Latini LL.

v. 81. *ΑΙΘΕΡΙΑ ΚΟΝΙΣ.* Ennius [h]), Annal. VIII.

Iamque fere pulvis ad coelum vasta videtur.

Virgilius, Aeneid. XI. 876.

Volvitur ad muros caligine turbidus atra
Pulvis. ——

[Nuntius in tragoedia quae Thebais inscribitur v. 394.

Vide ut atra nubes pulvere abscondat diem,
Fumoque similes campus in coelum erigat
Nebulas, equestri fracta quas tellus pede
Submittit.]

[v. 83. *ΕΛΕΔΕΜΝΑΣ.* Schol.: *ὁ ἐλαύνων τοῦ δεμνίου. διεγείρων.*]

[v. 85. *ΑΜΑΧΕΤΟΥ.* Ovid. Metam. III. 568.

Torrentem, qua nil obstabit eunti.

Lucret. I. 286.

Nec validi possunt pontes venientis aquai
Vim subitam tolerare, ita magno turbidus imbri,
Molibus incurrens, validis cum viribus amnis
Dat sonitu magno stragem, volvitque sub undis
Grandia saxa; ruit qua quicquid fluctibus obstat.]

[Ibid. *ΔΙΚΑΝ ΥΔΑΤΟΣ ΟΡΟΚΤΥΠΟΥ.* Instar torrentis. Virgil. Aen. I. 245.

—— vasto cum murmure montis
It mare praeruptum, et pelago premit arva sonanti.

Idem Aen. II. 304.

---

s) Cic. ep. ad fam. V, 4. init. h) Enn. p. 81. Hessel.

In segetem veluti cum flamma furentibus Austris
Incidit; aut rapidus montano flumine torrens,
Sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores,
Praecipitesque trahit sylvas; stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Ad quem locum V. Cl. Germ. Val. Guellius hos auctores laudat. Homer. Il. *E'*. 87.

Θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς
Χειμάρρῳ, ὅστ' ὦκα ῥέων ἐκέδασσε γεφύρας·
Τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν,
Οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιβρίσῃ [ἐπιβρίσῃ] Διὸς ὄμβρος,
Πολλὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἔργα κατήρικε καλ' αἰζηῶν.

Et Il. *Λ'*. 492.

Ὡς δ' ὁπότε πλήθων ποταμὸς πεδίονδε κάτεισι,
Χειμάρρους κατ' ὄρεσφιν, ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρῳ,
Πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας
Εἰσφέρεται, πολλὸν δέ τ' ἀφυσγετὸν εἰς ἅλα βάλλει·
Ὣς ἔφερε χλονέων. ——

Et Il. *Δ'*. 452.

Ὡς δ' ὅτε χειμαρρόοι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄμβριμον ὕδωρ
Κρουνῶν ἐκ μεγάλων, κοίλης ἔντοσθε χαράδρης,
Τῶνδέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν.]

v. 89. *Ο ΛΕΥΚΑΣΠΙΣ.* Euripides, Phoenissis, v. 1106.

Λεύκασπιν εἰσορῶμεν Ἀργείων στρατόν.

Milites gregarii clypeos gestabant nullo insigni decoratos, expolitos tamen et splendidos, qualis ille apud Plautum, Mil. Glor. I. 1.

Curate ut splendor meo sit clypeo clarior,
Quam solis radii esse olim, cum sudum est, solent.

Laberius apud Gellium, X. 17.

Clypeum constituit contra exorientem Hyperionem,
Oculos ut posset effodere splendore aereo [i]).

Inde totus exercitus *λεύκασπις*. *Λευκόν* enim *λαμπρόν* sonat teste Callimachi interprete ad Hymn. VI. 123. et Homero, Il. *Ξ'*. 185.

—— *λευκὸν δ' ἦν ἠέλιος ὥς.*

ut et Latinis *lux candida*. In SS. literis *ἱμάτια* Christi *στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών*. Huiusmodi gestamen plebi militum peculiare. Virgil. Aen. IX. 548.

---

i) Corr. *Clyp. const. contra orientem Hyp.*,
Oculos effodere ut poss. spl. aereo.

—— parmaque inglorius alba.

hoc est, interprete Servio, *pura et candida, qua, licet regis filius, uti cogebatur, dum tiro esset, vel donec strenuum quid ediderat, quod picturae decus mereretur.* [Hom. Il. X'. 294. *Δηΐφοβον ἐχάλει λευκάσπιδα.*] Albae parmae pictâ opponitur, quales ducibus vel spectatis militibus concessae. Virgilius, Aen. VII. 796.

—— picti scuta Labici.

id est, inquit Servius, *in bello frequenter probati:* unde Homerus Il. Λ'. 32. Agamemnonis clypeum *πολυδαίδαλον* vocat. Hoc vero ex insignibus septem ducum in hac ipsa tragoedia satis constat.

v. 94. *ΠΟΤΕΡΑ ΔΗΤ' ΕΓΩ.* Interpretatur Scholiastes Λ'. *Πρὸς τὰ εἴδωλα τῶν θεῶν πέσω— ἢ ἄλλο τι πράξω; procidamne ad simulacra deorum, an aliud quid agam?* ac si *πότερα* esset *num*, et adverbialiter sumeretur, cum potius adiective accipiendum sit et cum *βρέτη* coniungendum, *quaenam Deorum simulacra venerabor?* ut respondeat priori, *τίς θεῶν ἢ θεῶν*; [Sic Hermione apud Euripidem, Androm. v. 860.

Τίνος ἀγαλμάτων ἱκέτις ὁρμάθω;]

v. 97. *ΑΚΜΑΖΕΙ. Viget, maturum tempus est.* Cum res in extremo versatur discrimine, dicitur *ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἕχεσθαι.* [*In acie novaculae esse.* Mich. Apostol. Proverb. VIII. 91. *Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς ἵσταται· ἐπὶ τῶν ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ ὄντων.* Homer. Il. K'. 173.

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς
Ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι

Ad quem locum vir doctissimus D. Iacobus Duportus „Paroemialis," inquit, „locutio, immo paroemia. *In acie novaculae;* (Erasm.) hoc est, *in summo discrimine, in extrema tegula.*

Φράζεο, κινδυνός τοι ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.

Theogn. [k]) *Ὀξεῖα ῥοπὴ καὶ ἐπικίνδυνος τοῦ καιροῦ*, uti exponit Camerarius in Hypomnematis Graecis, ubi et hunc Homeri locum allegat. Soph. Antig. [l])

Φρόνει, βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.

Theocrit. Idyll. XXII. [m]), ubi Dioscuros vocat

Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων.

Silentiar. Anthолog. Epig. I.

Ὑμῖν ἀμφοτέροισιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμή. (lege *ἀκμῆς*, quod et monuit Brodaeus in locum). Utuntur etiam Hero-

---

k) Theogn. 569. Br.
l) Soph. Antig. 996.
m) Theocr. 22, 6.

dotus o), Lucianus Dialog. p) Synesius de Regno, Procopius Pers. I., Nazianzenus Orat. XIX. and XXII. et alii. Qui omnes ex hoc fonte hauserunt, et ad hanc veluti cotem et limam sui ξυροῦ ἀχμὴν et ingenii aciem poliverunt." Hactenus Vir doctissimus.] Hinc ἀχμὴ ad rerum agendarum opportunitatem significandam transfertur. Optime Hippocrates: *Χρόνος μὲν ἐν ᾧ καιρὸς, καιρὸς δὲ ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς.* Hanc ἀχμὴν alias diserte exprimunt, qui vocant *χρόνον ἀχαρῆ*; quod exponit Scholiastes Aristophanis in Plutum, v. 244. *τὸ ἄτμητον τοῦ χρόνου, ἀπὸ τῶν μικρῶν τριχῶν διὰ βραχύτητα μὴ δυναμένων καρῆναι.*

[Ibid. *ΒΡΕΤΕΩΝ ΕΧΕΣΘΑΙ.* Notissima est veterum consuetudo, qua in rebus desperatissimis simulacra deorum complectebantur. Andromache apud Euripidem, v. 115.

Πρὸς τόδ' ἄγαλμα θεᾶς ἱκέτις περὶ χεῖρε βαλοῦσα.

Virgil. Aen. II. 517. de Hecuba et natis,

—— Divum amplexae simulacra tenebant.

Quem imitatus Ovidius, Metam. XIII. 412.

Dardaniae matres patriorum signa Deorum
Dum licet amplexae.]

v. 101. *ΠΕΠΛΩΝ.* Virgil. Aen. I. 481.

Interea ad templum non aequae Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant
Suppliciter tristes. ——

[Ad quem locum Germanus Valens Guellius: „Apud Homerum Helenus monet Hectorem, ut matri suadeat Palladem placare, Il. *Z'*. 87.

—— *Ἡ δὲ ξυνάγουσα γεραιὰς,*
Νηὸν Ἀθηναίης γλαυκώπιδος ἐν πόλει ἄκρῃ
Οἴξασα κληῖδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο,
Πέπλον ὃς οἱ δοκέει χαριέστατος ἠδὲ μέγιστος
Εἶναι ἐνὶ μεγάροις [ῳ] καί οἱ πολὺ φίλτατος αὐτῇ,
Θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν ἠϋκόμοιο."

Dein paucis praemissis: „Quantum autem ad peplum, cuius non solum a Virgilio hic, sed et Homeri superiore loco fit mentio, notat Turnebus, antiquos dubiis aut deploratis rebus, cum ad preces arasque Deorum confugerent, signa deorum vestibus etiam ornare solitos, ut peplum hic Deae oblatum a Troadibus accipiat, non eo indutas matronas sacra fecisse; quam sententiam firmat auctoritate Aeschyli, eo loco,

Πέπλων καὶ στερέων
Πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν;

---

o) Herod. VI, 11. p) Lucian. Dial. Deor. XX, §. 21.

Cui assentiri videtur idem Homeri locus, et interpretis explicatio; *παρετίθησαν γὰρ*, inquit, *καὶ πέπλους, καὶ ἐνέδυον καὶ πέπλους τὰ ἀγάλματα.*" Haec ille.]

Statius, Theb. X. 55.

Peplum etiam dono, etc.

[v. 103. *ΔΕΔΟΡΚΑ.* Apparenter et indubitate audivi. Summo timori hoc proprium; quare postea Eteocles, v. 252.

Μὴ νῦν ἀκούουσ' ἐμφανῶς ἄκου' ἄγαν.]

[v. 104. *ΠΑΤΑΓΟΝ.* Callimach. Hymn. V. 44.

Ἵππων καὶ σακέων ἀδομένα πατάγῳ.]

Ibid. *ΟΥΧ ΕΝΟΣ ΔΟΡΟΣ.* Plurimarum. Callimach. Hymn. III. 33.

—— *καὶ οὐχ ἕνα πύργον ὀπάσσω.*

Ovidius, Metam. I. 240.

Occidit una domus, sed non domus una perire
Digna fuit. ——

[v. 108. *Ω ΧΡΥΣΟΠΗΛΗΞ ΔΑΙΜΟΝ.* Homerus, Hymn. in Martem, v. 1. [q])

Ἄρες ὑπερμενέτα, βρισάρματε, χρυσεοπήληξ.

Etiam Minerva *χρυσεοπήληξ* dicitur Callimacho, Hymn. V. 43.

Ἔξιθ' Ἀθηναία περσέπτολι, χρυσεοπήληξ.]

v. 109. *ΕΠΙΔ' ΕΠΙΔΕ.* *Ἐπίβλεπε, ἐπισκόπει.* Callimachus, Fragm. CXXVI.

Δέσποιναι Λιβύης ἠρωΐδες, αἳ Νασαμώνων
Αὔλιν καὶ δολιχὰς θῖνας ἐπιβλέπετε.

Varro de ling. Lat. VI. [r]) *Sed tamen hoc ipsum ab eadem profectum est origine, quod quem volumus domum curare, dicimus: Tu domi videbis; ut Plautus, cum ait: Intus para, cura, vide quod opus fiat.* Sic Terentius [s]) *respicere* accipit. Et e contrario *ὁρᾶν εἴς τινα* est ponere fiduciam in aliquo. Xenophon *Κύρου παιδ.* [t])

[v. 116. *ΚΥΜΑ.* Sic Euripides, Iphig. in Tauris, v. 1437. *ῥεύματα στρατοῦ* dixit; et in Rheso, v. 290. *Θρῄκιος ῥέων στρατός.* Et Sophocles, de hostili agmine, in Antigone, v. 129.

Καὶ σφας ἐσιδὼν
Πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους,
Χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπίας.

Et Xenophon [u]) *στράτευμα κυμαῖνον* vocat.]

---

q) Hymn. Homer. VIII, 1.
r) Varr. VI, p. 83. Bipont.
s) Ter. Phorm. V, 3, 34.
t) Xen. Cyrop. IV, 1, 20.
u) vid. Budaei Comm. Gr. L. p. 342.

[v. 117. *ΔΟΧΜΟΛΟΦΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.* Claudianus, in III. consulat. Honorii, v. 133.

Fervet cristatis exercitus undique turmis.

Virg. Aeneid. IX. 732.

—— tremunt in vertice cristae.

Homer. Iliad. Υ'. 162. *Νευστάζων κόρυθι.* Ammian. Marcell. XX. x) *Acies conis galearum minacius nutans.*

v. 118. *ΚΑΧΛΑΖΕΙ.* Euripides, Hippolyto, v. 1211.

—— *καὶ πέριξ ἀφρὸν*
Πολὺν χαλίζων ποντίῳ φυσήματι.

Lycophron, v. 80.

Ζηνὸς χαλίζων νασμός ——

Attius, Fragm. v. 586. y)

Ac ubi curvo littore latrans
Undâ sub undis labunda sonit.
Simul et circum magna sonantibus
Excita saxis saeva sonando
Crepitu clangente cachinnat.

[v. 120. *ΖΕΥ ΠΑΤΕΡ ΠΑΝΤΕΛΕΣ.* Qui exitum omnium rerum in potestate habes; qui omnia inspicis et administras. Hesych. *Παντελής· ὁλοτελὴς καὶ παντεποπτής. Ὁ πάντα καθορῶν.* Ita postea v. 260. *Ὦ παγκρατὲς Ζεῦ.*]

[v. 124. *ΔΙΑΔΕΤΟΙ ΔΕ ΓΕΝΥΩΝ ΙΠΠΕΙΩΝ.* Alligati ad maxillas equinas. Seneca, in Hippol. v. 1003.

Et ora fraenis domita substrictis ligat.]

[v. 125. *ΚΙΝΥΡΟΝΤΑΙ ΦΟΒΟΝ ΧΑΛΙΝΟΙ.* Alii *φόνον* ut Prom. Vinct. v. 355.

Σιδηραῖσι γαμφηλαῖσι συρίζων φόνον.

Malim vero *φόβον* retinere. De equo, Iob. XXXIX. 19. *Ἐνδύσας δὲ τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ φόβον.* Chrysost. Ut elatione cervicis terrorem incutiat. De fraenis Virgilius, Georg. III. 184.

—— fraenos audire sonantes.

Ovidius, Metam. II. 121.

Quadrupedes ducunt adduntque sonantia fraena.

Accedit quod tum ornatus tum terrorem incutiendi gratia tintinnabula fraenis appendebantur. Schol. Aristoph. in Ranas, v. 994. *Κωδωνοφαλαροπώλους· Ἀπολλώνιός φησιν, ὅτι παρήνεγκε χρωμένους κώδωσί τινας· κώδωνας ἐν τοῖς φαλάροις καὶ χαλινοῖς τῶν ἵππων ἔχοντες.* Euripides, Rhesò, v. 304.

---

x) Amm. Marc. XX, 11, 21.

y) p. 139. in Scriveri Collect. vett. tragg. (p. 235. Both.)

—— Γοργὼ δ' ὡς ἐπ' αἰγίδος θοᾶς
Χαλκῇ μετώποις ἱππικοῖσι πρόσδετος,
Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.]

[v. 127. *ΠΥΛΑΙΣ ΕΒΔΟΜΑΙΣ.* Septimus pro septem, Thomas Magister [z]). *Ἑβδόμη· οὐ μόνον ἡ μετὰ τὰς ἓξ μονάδας μονὰς, ἀλλὰ καὶ ἅπας ὁ ἑπτὰ ἀριθμός. Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις· ἑπτὰ δ' ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ δορυσσόοις σαγαῖς πύλαις ἑβδόμαις προσίστανται.*]

v. 129. Scholiastes *Α'*.. *Ταῦτα δὲ δοχμικά ἐστι.* An legendum *δοχμαϊκά*? De versu dochmaico vide Hephaestionem p. 33. [a])

[v. 132. *ΙΠΠΙΟΣ.* Festus, VIII. [b]) *Hippius, id est, equester Neptunus dictus est, vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit, vel quod equuleus, ut putant, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret; vel quod tridentis ictu terra equum excierit; cui ob hoc in Illyrico quaternos equos faciebant nono quoque anno in mare.* Sophocles, Oedip. Colon. v. 705.

Ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν εἰς
Τόδ' εἶσας αὖχημ', ἄναξ Πόσειδον,
Ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν
Πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς.

Ovid. Metam. VI. 75.

Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque e vulnere saxi
Exsiluisse ferum.

Virgil. Georg. I. 13.

—— Tuque, o cui prima frementem
Fudit equum tellus magno percussa tridenti
Neptune.

Aristophanes, Equit. v. 548.

Ἵππι' ἄναξ Πόσειδον, ᾧ
Χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
Καὶ χρεμετισμὸς ἀνδάνει.]

[v. 134. *ΙΧΘΥΒΟΛΩι ΜΗΧΑΝΑι.* Vel ex hoc loco satis constare mihi videtur, omnino nugas esse, quicquid de Neptuni tridente comminiscuntur mythologi; sive quod triplicem illius potestatem, tollendi aequoris et placandi et servandi, significari velint, vel ut Scholiastes noster in Prometh. v. 921. *διὰ τὸ τρίτον στοιχεῖον εἶναι αὐτὸν, ἢ διὰ εἰς [τὸ] τρία διαιρεῖσθαι τὸ ὕδωρ, εἰς ποτάμιον, εἰς θαλάσσιον, καὶ εἰς λιμναῖον.*

---

z) Thom. M. p. 257. Bern.
a) Heph. p. 55, 10. Gaisf.
b) Festus v. Hippius.

Fulgentius Mytholog. I. c) *Neptunum tridentem ob hanc causam ferre fingitur, quod aquarum natura triplici virtute fungitur, liquida, foecunda, stabili.* Apage nimias illas argutias: tridens enim nihil aliud quam *ἰχθυβόλος μηχανή*, instrumentum, quo pisces figuntur et confodiuntur. Suidas: *Ἰχθυόκεντρον· ἡ τρίαινα.* Latinis *fuscina.* Poeta vetus,

Fulmina sub Iove sunt, Neptuni fuscina telum.

Gloss. Graecolat. *Τρίαινα. Tridens, fuscina.* Ibid. *Τριόδους, fuscina.* Petronius, c. 109. *Alius exultantes quaerebat fuscina pisces.*]

v. 138. *ΚΑΔΜΟΥ ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΠΟΛΙΝ.* Bene monet Scholiastes *A'*. Martem invocat ad tuendam civitatem *Κάδμου ἐπώνυμον*, qui Harmoniam, Martis et Veneris filiam, in uxorem duxerat. Porro civitates *ἐπώνυμοι* sunt iis, a quibus nomen trahunt. Apollodor. II. 4. *Καικεῖνοι πόλεις αὐτῶν ἐπωνύμους κτίσαντες.* Quo sensu Prometheus Oceanum alloquens apud nostrum, Prom. v. 300, *ἐπώνυμον ῥεῦμα* dixit, nempe ab Oceano denominatum mare. Caeterum is, qui nomen confert civitati, ipse etiam *ἐπώνυμος* dicitur. Sic Minerva in *Atthide Athenas condidit, quas ex suo nomine appellavit*, ut cum Hygino loquar, Fab. c. 275. d) et Marcianus in Periegesi, *ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν προσηγορίαν λαβεῖν* Athenas dixit. Erat ergo Minerva Athenarum *ἐπώνυμος*, a qua nomen suum traxerunt. Ita ipsa de se apud Euripidem in Ione, v. 1555.

Ἐπώνυμος δὲ σῆς ἀφικόμην χθονὸς
Παλλάς. ——

Ita Romulus Romae conditor, eiusdem *ἐπώνυμος*. Athen. I. 2. e) ubi *ὑπό τε τοῦ τῆς πόλεως ἐπωνύμου Ῥωμύλου* male transtulit Dalechampius: *quas tum Romulus conditor urbis sui cognominis*, etc. Id enim est *ὁμώνυμος*. In eundem errorem lapsi sunt et plurimi interpretes. Aelian. Var. Hist. II. 33. *Ἀκραγαντῖνοι δὲ τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες θύουσι.* Interpres: *Agragentini cognominem urbi fluvium speciosi pueri forma effingentes illi sacrificant.* At Aelianus intellexit fluvium, qui urbi nomen dedit. Steph. *Ἀκράγαντες, πόλεις πέντε· Σικελίας, ἀπὸ ποταμοῦ παρωνύμου.* Obiter in eadem re emendandus Varro, De ling. Lat. IV. f) *Oppidum quod primum conditum in Latio stirpis Romanae Lavinium: num ibi dii penates nostri. Hoc a Latini filia, quae coniuncta Aeneae, Lavinia appellata.* Lege *Lavinia appellatum*

---

c) Fulgent.: „N. t. ob h. rem f. pingitur, q. a. n. tr. y. fungatur id est l. f. st." Sic ed. Aug. Vindel. a. 1521. *fabul. Neptun.*

d) Hyg. p. 205. Scheff. e) Athen. I, p. 3. C.

f) Varr. IV, p. 40. Bip.

Caeterum hic arx Cadmea intelligenda; πόλις pro ἀκρόπολις. Cadmea primo oppidum fuit, a Cadmo extructum; postea Thebis, iuxta quas condita est, auctis arx Thebarum dicta est.

[v. 143. ΣΕΘΕΝ ΕΞ ΑΙΜΑΤΟΣ. Id est, ἔκ σου, quae generis nostri προμάτωρ. Hesych. Αἷμα· γένος, σπέρμα. Hom. Il. Z'. 211.

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Iupiter apud Silium Italicum, III. 573. Venerem alloquitur:

—— tenet longumque tenebit
Tarpeias arces sanguis tuus.

Usurpatur etiam communiter de utroque parente; Horat. de Augusto, in Carm. Saecul. v. 50.

Clarus Anchisae Venerisque sanguis.

Ovid. Metam. V. 514.

Proque meo veni supplex tibi, Iupiter, inquit,
Sanguine, proque tuo.]

v. 147. (145.) ΛΥΚΕΙΟΣ ΓΕΝΟΥ. Gellius, V. 12. *Simulacrum igitur Dei Veiovis, quod est in aede de qua supra dixi, sagittas tenet quae sunt videlicet paratae ad nocendum: quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt.* [De Iove Lycaeo vide Pausaniam, Arcad. c. 2. s) Ad Virgilianum illud Aen. VIII. 342.

—— et gelida monstrat sub rupe lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycaei,

Germanus Valens Guellius: „Sophocl. in Electr. v. 16.

—— τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ — Ἀγορὰ Λύκειος·

Et Aeschyl. in Ἑπτά:

—— Καὶ σὺ Λύκει' ἄναξ Λύκειος — Γενοῦ στρατῷ δαΐφρων.

Quamvis alii ad Apollinem referri malint, qui et λύκειος dicebatur a poetis, et Aeschylo in Agamemnone, v. 1266. Ὀτοτοῖ Λύκει' Ἄπολλον, sub persona Cassandrae, διὰ τὸ ἐν Λυκίᾳ, τῇ πόλει, τιμᾶσθαι αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ λύκον αὐτῷ ἱερὸν εἶναι, ἢ, ὅτε χρεῖττον, διὰ τὸ λυκόφως ποιεῖν τῆς νυκτὸς ὑποχωρούσης h). Quamvis et fortasse ad Panem illud Aeschyli referre satius sit, cum pauculis post versibus i), invocata quoque Diana, Apollinem disertis verbis inclamet chorus:

Ὦ φίλ' Ἄπολλον — Κόναβος ἐν πύλαις κ. τ. λ.

quod alioqui superfluum videretur, si tam vicinis et propinquis clausulis bis eundem Deum appellaret.]

---

s) Paus. VIII, 2, 1. add. VIII, 30, 2. 38, 6. 7. 53, 11.
h) Schol. ad nostr. loc. i) v. 159.

v. 149. (147.) *ΣΤΟΝΩΝ ΑΥΤΑΣ.* Vel subintelligendum *ἐπί*, vel scribendum, ut transtulimus, *ἄϊτας*, ab *ἄϊω audio.*

v. 166. (153.) *ΑΞΟΝΩΝ ΒΡΙΘΟΜΕΝΩΝ ΧΝΟΑΙ.* Callimachus, Hymn. V. 14.

Συρίγγων ἀΐω φθόγγον ὑπαξονίων.

[Homer. Iliad. *E'*. 839.

—— *μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων — Βριθοσύνῃ.*]

Χνόαι sunt, interprete Hesychio, *αἱ χοινικίδες, αἱ τοῦ ἄξονος σύριγγες.*

[v. 159. (155.) *ΔΟΡΥΤΙΝΑΚΤΟΣ Δ' ΑΙΘΗΡ ΕΠΙΜΑΙΝΕΤΑΙ.* Illustris expressio. Supplic. v. 615.

Πανδημία γὰρ χερσὶ δεξιωνύμοις
Ἔφριξεν αἰθὴρ, τόνδε κραινόντων λόγον.]

v. 162. (158.) *ΕΠΑΛΞΕΩΝ. Ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων*; quomodo ad illud Sophoclis, in Philoctete, v. 206.

—— *στίβον καὶ' ἀνάγκαν Ἕρποντος,*

scholiastes legit *στίβου*, et monet subintelligendum *ἐπί*. Quam lectionem ego magis probarim, nam *τοῦ ἕρπειν* transitive exemplum facile non occurrit.

[v. 168. (162.) *ΑΓΝΟΝ ΤΕΛΟΣ.* Vel tollendum erit *στίγμα τέλειον*, ut cohaereant haec cum sequentibus, vel, quod malim, parenthesi cum praecedentibus includenda hoc modo:

Ὦ φίλ' Ἄπολλον (Κόναβος ἐν πύλαις — Χαλκοδέτων σακέων, — Καὶ Διόθεν πολὲ — μόχθουντον ἁγνὸν τέλος·) Ἐν μάχῃ τε κ. τ. λ.

Orationem summo artificio interrumpit, quo ostendat insignem pavorem et festinationem votorum in virginibus desperabundis. Ita Callimach. Hymn. V. 13.

Ὦ ἰὴ Ἀχαϊάδες, καὶ μὴ μύρα μηδ' ἀλαβάστρος,
(Συρίγγων ἀΐω φθόγγον ὑπαξονίων)
Μὴ μύρα λωτροχόοι τᾷ Παλλάδι κ. τ. λ.

et Catullus [k]) a Viro incomparabili Ioseph. Scaligero optime restitutus, in Nupt. Iul. et Manl. v. 96.

Prodeas nova nupta
(Iam videtur) ut audias
Nostra verba; (viden' faces
Aureas quatiunt comas?)
Prodeas nova nupta.

Sophocles, Philoctet. v. 398.

Ὅτε τὰ πάτρια τεύ — χεα παρεδίδοσαν — (ἰὼ μάκαιρα τατρο — κτόνων λεόντων ἕφε — δρε) τῷ Δαερτίου (Διὸς ὑπέρτατον.)

---

k) Catull. carm. 62.

v. 169. (163.) *ΜΑΚΑΙΡ ΑΝΑΣΣ ΟΓΚΑ.* Aliqui a vico Boeotiae Onca nominato dictam volunt. Schol. Pind. Olymp. II. 48. *Ἄγαλμα Παλλάδος ὁ Κάδμος ἱδρύσατο ἐν Ὄγκαις, κώμῃ τῆς Βοιωτίας. Ὀγκαία οὖν ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται.* Scholiastes *A'.* ad hunc locum: *διὸ καὶ ὡς ἐκ Φοινίκων κατηγμένος Ὄγκαν Ἀθηνᾶν παρὰ Θηβαίοις τιμᾶσθαι ἐποίησε.* Recte: ita veteres. Stephanus, *Ὄγκα ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας.* Male igitur idem Scholiastes vocem esse Aegyptiam dicit, cum Pausanias [l]), Boeot. c. 12. ex hoc ipso Deae nomine Cadmum non Aegyptium, sed Phoenicem fuisse probet: *τοῖς νομίζουσιν εἰς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαΐδα Αἰγύπτιον καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα ἐστὶν ἐναντίον τῷ λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Ὄγκα* (vel *Ὄγγα*, ita enim legendum, non *Σίγα*, monuerunt alii) *κατὰ γλῶσσαν τῶν Φοινίκων καλεῖται, καὶ οὐ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν.*

v. 170. (164.) *ΠΡΟ ΠΟΛΕΩΣ.* Sc. quae in templo ante civitatem colitur. Scholiastes Sophoclis [m]): *δύο ἱερὰ ἐν ταῖς Θήβαις ἵδρυται τῇ Ἀθηνᾷ, τὸ μὲν Ὀγκαίας* (ita scribendum, non *Οἰκαίας*) *τὸ δὲ Ἰσμηνίας.* Pausaniae aetate tantum ara sub dio, eo ipso loco, quo bos fessa procubuit et Cadmum, ut urbem conderet, admonuit.

[v. 173. (167.) *ΤΕΛΕΙΟΙ ΤΕΛΕΙΑΙ ΤΕ.* Supra v. 35. *Εὖ τελεῖ θεός.*]

[v. 176. (170.) *ΕΤΕΡΟΦΩΝΩι ΣΤΡΑΤΩι.* Act. Apost. II. 4. *Καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις*, sc. diversis a lingua loci. Ita enim videtur intelligendum. Porro miseriae gravis fuit exaggeratio, versari inter homines linguae extraneae.]

[v. 181. (175.) *ΑΜΦΙΒΑΝΤΕΣ ΠΟΛΙΝ.* Scholiastes ad Homericum illud refert Il. *A'.* 37. *ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας*, quod est ex interpretatione Hesychii *προϊστασαι, ὑπερμαχεῖς, καὶ σώζεις.* Callimachus, Hymn. IV. 27. Homerum secutus,

Δῆλε φίλη τοῖός σε βοήθοος ἀμφιβέβηκεν.]

[v. 183. (177.) *ΜΕΛΕΣΘ' ΙΕΡΩΝ ΔΗΜΙΩΝ.* Schol. *A.*: *Κοινῇ γὰρ πάντες ἐκείνοις ἀνετίθουν χρήματα.* In templis quidem thesauri fuere, quibus cum aliae res sacrae, tum privatae etiam aliquando pecuniae repositae sunt. Meminit Herodotus [n]) thesaurorum Delphis Corinthiorum, Clazomeniorum, Siphniorum, aliorumque: Pausanias [o]) Potidiatarum, Cnidiorum, Sicyoniorum et Thebanorum. Neque Graeci tantum aut viciniorum insularum incolae, sed et *οἱ πόρρωθεν*, Strabone teste, IX. p. 420. *θησαυροὺς κατεσκεύαζον*, inter quos Croesum, Alyattum, Italos, Siculosque nominat. Et qui cratera a Romanis ut praedae decimam Delphos attulere,

---

l) Paus. IX, 12, 2.
n) Her. I, 50. 51.
m) ad Oed. Reg. v. 20.
o) Paus. X, 11, 5.

ἀνέθεντο [*ἀναθέντες*] *αὐτὸν εἰς τὸν τῶν Μασσιλιωτῶν θησαυρόν.* Diod. XV. p)]

[v. 186. (180.) *ΟΡΓΙΩΝ.* Orgia proprie sacra opertanea, qualia erant illa mysteria, quae Liberi Patris symmistae, ut loquitur Apuleius, Apolog. primae p. 494., domi condita celant, et absque omnibus profanis tacite venerantur. Euripides, Bacch. v. 471.

ΠΕΝΘ. Τὰ δ' ὄργι' ἐσὶ τἰν' ἰδέαν ἔχοντά σοι;
ΔΙΟ. Ἄρρητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.

Catullus, LXIII. 260.

Orgia quae frustra cupiunt audire profani.

Lucianus, de Saltat. q) c. 15. *Τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον τῶν ἀμυήτων ἕνεκα.* Quo fit, ut *παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῶν* dici putet Scholiastes Apollonii, I. 920. Malim tamen cum aliis *ἀπὸ τοῦ ἔργον* derivare, ea significatione, quae rem divinam vel sacrificium denotat; fuisse enim haec sacra in honorem tam aliorum deorum quam Bacchi celebrari solita, nimis notum. Servius in Virgil. Aen. IV. 303. *Sciendum ὄργια apud Graecos dici sacra omnia, sicut apud Latinos caerimoniae dicuntur:* quo sensu et hic accipi non est quod moneam.]

II.

[v. 191. (185.) *ΒΡΕΤΗ ΠΕΣΟΥΣΑΣ ΠΡΟΣ ΠΟΛΙΣΣΟΥΧΩΝ ΘΕΩΝ.* Morem hunc obsessorum pulchre describit I. Caesar, de Bello Civili II. 5. *Facile erat ex castris C. Trebonii atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem, ad omnis iuventus, quae in oppido remanserat, omnesque superioris aetatis cum liberis atque uxoribus publicisque custodiis aut ex muro ad coelum manus tenderent, aut templa deorum immortalium adirent, et ante simulacra proiecti victoriam ab Dïis exposcerent.*]

[v. 192. (186.) *ΛΑΚΑΖΕΙΝ.* Hesych. *Λαχάζει· βοᾷ, λέληκε, ἀπὸ τοῦ λαχεῖν.* Vide quae ad Agamemn. v. 623.]

Ibid. *ΣΩΦΡΟΝΩΝ ΜΙΣΗΜΑΤΑ.* Potest vel ad virgines referri, ut v. 188. *θρέμματ' οὐκ ἀνασχετά*, vel ad ipsum sermonem et eiulatus virginum, sicut Scholiastes *A.* accepit et Grotius, qui hunc versum sententiam fecit. [Rectius fortasse ad mulieres; ut sit sententia: vos *θρέμματ' οὐκ ἀνασχετὰ*, vos inquam, *σωφρόνων μισήματα* interrogo.]

[v. 193. *ΕΥΕΣΤΟΙ.* Hesych. *Εὐεστώ· εὐθηνία, ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι, καὶ εὐδαιμονία, ἀπὸ τοῦ εὖ ἑστάναι τὸν οἶκον.* Nostes infra, in Agamemn. v. 656.

Ἥκοντα πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν.]

---

p) imo XIV, cap. 93.

q) Luc. vol. II, p. 277.

[v. 197. (191.) *ΔΙΑΔΡΟΜΟΥΣ ΦΥΓΑΣ ΘΕΙΣΑΙ.* Seneca, Nat. Quaest. VI. 29. *Aliquos insanis, attonitisque similes discurrere facit metus.*]

[v. 203. *ΧΩ,ΤΙ ΤΩΝ ΜΕΤΑΙΧΜΙΟΝ.* Martinius in Lexico Philologico (v. Hermaphroditus) de Hermaphroditis dictum putat, *Hi enim*, inquit, *in confinio utriusque sexus*, An potius de eunuchis? Ita Atyn ἡμίθηλυν vocat Anacreon, Carm. XIII. 2. Catullus, Carm. LXIII. 6. *sine viro*; Arnobius *spoliatum viro.* Ego vero potius cum Scholiaste consentio. Noster apud Clementem Alexandrinum, Strom. V. p. 257. [r])

Ζεύς τοι τὰ πάντα χῶτι τῶνδ' ὑπέρτερον.

Non quod aliquid sit praeter omnia, sed si aliquid poterit esse, id foret Iupiter.

v. 204. *ΒΟΥΛΕΥΣΕΤΑΙ.* Forte *βαλήσεται.*

v. 205. *ΛΕΥΣΤΗΡΑ.* Hesychius, *Λευστῆρα· φονέα λίθοις ἀναιροῦντα.* Supplicium frequens apud veteres Graecos. Parthenius Eroticis [s]): *προὐτρέψατο* (Achilles) *τοὺς στρατιώτας καταλεῦσαι τὴν κόρην.* Dein e poeta innominato profert:

—— *οἱ μὲν ἔπεφνον*
Παννυδίῃ θαμινῇσιν ἀράσσοντες λιθάδεσσιν.

Aelianus, Var. hist. VII. [t]) *Ἑτοίμων οὖν ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις.* Sophocles, Aiace Flagell. v. 254. *Λιθόλευστον ἄρην* vocat. [Homer. Il. *Γ'*. 56.

—— *ἦ τέ κεν ἤδη*
Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας.

Ad quem locum vide virum clarissimum D. Iacobum Duportum in Gnomologia Homerica.]

v. 206. *ΜΗ ΓΥΝΗ ΒΟΥΛΕΥΕΤΩ.* Homerus, Iliad. *Z'*. 490.

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
Ἱστόν τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει
Πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασιν.

Virgilius, Aen. VII. 443.

Cura tibi Diuum effigies et templa tueri.

Euripides, Heraclidis, v. 477.

Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
Κάλλιστον, εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων.

v. 211. *ΣΥΡΙΓΓΕΣ ΕΚΛΑΓΞΑΝ.* Callim. Hymn. V. 14.

Συρίγγων ἀΐω φθόγγον ὑπαξονίων.

---

r) Aesch. fragm. inc. 304. Soh. s) Parthen. c. XXI.
t) Ael. V. H. V, 19.

[v. 117. *ΔΟΧΜΟΛΟΦΩΝ ΑΝΔΡΩΝ.* Claudianus, in III. consulat. Honorii, v. 133.

Fervet cristatis exercitus undique turmis.

Virg. Aeneid. IX. 732.

—— tremunt in vertice cristae.

Homer. Iliad. Υ'. 162. *Νευστάζων κόρυθι.* Ammian. Marcell. XX. x) *Acies conis galearum minacius nutans.*

v. 118. *ΚΑΧΛΑΖΕΙ.* Euripides, Hippolyto, v. 1211.

—— *καὶ πέριξ ἀφρὸν*
Πολὺν χαλίζων κοντίῳ φυσήματι.

Lycophron, v. 80.

Ζηνὸς χαλίζων νασμός ——

Attius, Fragm. v. 586. y)

Ac ubi curvo littore latrans
Unda sub undis labunda sonit.
Simul et circum magna sonantibus
Excita saxis saeva sonando
Crepitu clangente cachinnat.

[v. 120. *ΖΕΥ ΠΑΤΕΡ ΠΑΝΤΕΛΕΣ.* Qui exitum omnium rerum in potestate habes; qui omnia inspicis et administras. Hesych. *Παντελής· ὁλοτελὴς καὶ παντεποπτής. Ὁ πάντα καθορῶν.* Ita postea v. 260. *Ὦ παγκρατὲς Ζεῦ.*]

[v. 124. *ΔΙΑΔΕΤΟΙ ΔΕ ΓΕΝΥΩΝ ΙΠΠΕΙΩΝ.* Alligati ad maxillas equinas. Seneca, in Hippol. v. 1003.

Et ora fraenis domita substrictis ligat.]

[v. 125. *ΚΙΝΥΡΟΝΤΑΙ ΦΟΒΟΝ ΧΑΛΙΝΟΙ.* Alii *φόνον* ut Prom. Vinct. v. 355.

Σιδηραῖσι γαμφηλαῖσιν συρίζων φόνον.

Malim vero *φόβον* retinere. De equo, Iob. XXXIX. 19. *Ἐνεδύσας δὲ τῷ τραχήλῳ αὐτοῦ φόβον.* Chrysost. Ut elatione cervicis terrorem incutiat. De fraenis Virgilius, Georg. III. 184.

—— fraenos audire sonantes.

Ovidius, Metam. II. 121.

Quadrupedes ducunt adduntque sonantia fraena.

Accedit quod tum ornatus tum terrorem incutiendi gratia tintinnabula fraenis appendebantur. Schol. Aristoph. in Ranas, v. 994. *Κωδωνοφυλαροπώλους· Ἀπολλώνιός φησιν, ὅτε παρήνεγκε χρωμένους κώδωσί τινας· κώδωνας ἐν τοῖς φαλάροις καὶ χαλινοῖς τῶν ἵππων ἔχοντες.* Euripides, Rhesò, v. 304.

---

x) Amm. Marc. XX, 11, 21.

y) p. 139. in Scriveri Collect. vett. tragg. (p. 235. Both.)

—— Γοργὼ δ' ὡς ἐπ' αἰγίδος θοᾶς
Χαλκῇ μετώποις ἱππιχοῖσι πρόσδετος,
Πολλοῖσι σὺν κώδωσιν ἐκτύπει φόβον.]

[v. 127. *ΠΥΛΑΙΣ ΕΒΔΟΜΑΙΣ.* Septimus pro septem, Thomas Magister z). *Ἑβδόμη· οὐ μόνον ἡ μετὰ τὰς ἓξ μονάδας μονὰς, ἀλλὰ καὶ ἅπας ὁ ἑπτὰ ἀριθμός. Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις· ἑπτὰ δ' ἀγήνορες πρέποντες στρατοῦ δορυσσόοις σαγαῖς πύλαις ἑβδόμαις προσίστανται.*]

v. 129. Scholiastes *A'*.. *Ταῦτα δὲ δοχμιχά ἐστι.* An legendum *δοχμαϊχά*? De versu dochmaico vide Hephaestionem p. 33. a)

[v. 132. *ΙΠΠΙΟΣ.* Festus, VIII. b). *Hippius, id est, equester Neptunus dictus est, vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit, vel quod equuleus, ut putant, loco eius suppositus Saturno fuerit, quem pro Neptuno devoraret; vel quod tridentis ictu terra equum excierit; cui ob hoc in Illyrico quaternos equos faciebant nono quoque anno in mare.* Sophocles, Oedip. Colon. v. 705.

Ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν εἰς
Τόδ' εἶσας αὔχημ', ἄναξ Πόσειδον,
Ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν
Πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς.

Ovid. Metam. VI. 75.

Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque e vulnere saxi
Exsiluisse ferum.

Virgil. Georg. I. 13.

—— Tuque, o cui prima frementem
Fudit equum tellus magno percussa tridenti
Neptune.

Aristophanes, Equit. v. 548.

Ἵππι' ἄναξ Πόσειδον, ᾧ
Χαλκοκρότων ἵππων κτύπος
Καὶ χρεμετισμὸς ἀνδάνει.]

[v. 134. *ΙΧΘΥΒΟΛΩι ΜΗΧΑΝΑι.* Vel ex hoc loco satis constare mihi videtur, omnino nugas esse, quicquid de Neptuni tridente comminiscuntur mythologi; sive quod triplicem illius potestatem, tollendi aequoris et placandi et servandi, significari velint, vel ut Scholiastes noster in Proneth. v. 921. *διὰ τὸ τρίτον στοιχεῖον εἶναι αὐτὸν, ἢ διὰ εἰς [τὸ] τρία διαιρεῖσθαι τὸ ὕδωρ, εἰς ποτάμιον, εἰς θαλάσσιον, καὶ εἰς λιμναῖον.*

---

z) Thom. M. p. 257. Bern.
a) Heph. p. 55, 10. Gaisf.
b) Festus v. Hippius.

Fulgentius Mytholog. I. c) *Neptunum tridentem ob hanc causam ferre fingitur, quod aquarum natura triplici virtute fungitur, liquida, foecunda, stabili.* Apage nimias illas argutias: tridens enim nihil aliud quam *ἰχθυβόλος μηχανή*, instrumentum, quo pisces figuntur et confodiuntur. Suidas: *Ἰχθυόκεντρον· ἡ τρίαινα.* Latinis *fuscina.* Poeta vetus,

Fulmina sub Ioue sunt, Neptuni fuscina telum.

Gloss. Graecolat. *Τρίαινα. Tridens, fuscina.* Ibid. *Τριόδους, fuscina.* Petronius, c. 109. *Alius exultantes quaerebat fuscina pisces.*]

v. 138. *ΚΑΔΜΟΥ ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΠΟΛΙΝ.* Bene monet Scholiastes *A'*. Martem invocat ad tuendam civitatem *Κάδμου ἐπώνυμον*, qui Harmoniam, Martis et Veneris filiam, in uxorem duxerat. Porro civitates *ἐπώνυμοι* sunt iis, a quibus nomen trahunt. Apollodor. II. 4. *Καικεῖνοι πόλεις αὐτῶν ἐπωνύμους κτίσαντες.* Quo sensu Prometheus Oceanum alloquens apud nostrum, Prom. v. 300, *ἐπώνυμον ῥεῦμα* dixit, nempe ab Oceano denominatum mare. Caeterum is, qui nomen confert civitati, ipse etiam *ἐπώνυμος* dicitur. Sic Minerva *in Atthide Athenas condidit, quas ex suo nomine appellavit*, ut cum Hygino loquar, Fab. c. 275. d) et Marcianus in Periegesi, *ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν προσηγορίαν λαβεῖν* Athenas dixit. Erat ergo Minerva Athenarum *ἐπώνυμος*, a qua nomen suum traxerunt. Ita ipsa de se apud Euripidem in Ione, v. 1555.

Ἐπώνυμος δὲ σῆς ἀφικόμην χθονὸς
Παλλάς. ——

Ita Romulus Romae conditor, eiusdem *ἐπώνυμος*. Athen. I. 2. e) ubi *ὑπό τε τοῦ τῆς πόλεως ἐπωνύμου Ῥωμύλου* male transtulit Dalechampius: *quas tum Romulus conditor urbis sui cognominis*, etc. Id enim est *ὁμώνυμος*. In eundem errorem lapsi sunt et plurimi interpretes. Aelian. Var. Hist. II. 33. *Ἀκραγαντῖνοι δὲ τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως ποταμὸν παιδὶ ὡραίῳ εἰκάσαντες θύουσι.* Interpres: *Agragentini cognominem urbi fluvium speciosi pueri forma effingentes illi sacrificant.* At Aelianus intellexit fluvium, qui urbi nomen dedit. Steph. *Ἀκράγαντες, πόλεις πέντε· Σικελίας, ἀπὸ ποταμοῦ παραῤῥέοντος.* Obiter in eadem re emendandus Varro, De ling. Lat. IV. f) *Oppidum quod primum conditum in Latio stirpis Romanae Lavinium: num ibi dii penates nostri. Hoc a Latini filia, quae coniuncta Aeneae, Lavinia appellata.* Lege *Lavinia appellatum*.

---

c) Fulgent.: „N. t. ob h. rem f. pingitur, q. a. n. tr. y. fungatur, id est l. f. st." Sic ed. Aug. Vindel. a. 1521. *fabul. Neptun.*

d) Hyg. p. 205. Scheff. e) Athen. I, p. 3. C.

f) Varr. IV, p. 40. Bip.

Caeterum hic arx Cadmea intelligenda; *πόλις* pro *ἀκρόπολις*. Cadmea primo oppidum fuit, a Cadmo extructum; postea Thebis, iuxta quas condita est, auctis arx Thebarum dicta est.

[v. 143. *ΣΕΘΕΝ ΕΞ ΑΙΜΑΤΟΣ.* Id est, *ἔκ σου*, quae generis nostri *προμάτωρ*. Hesych. *Αἷμα· γένος, σπέρμα.* Hom. Il. *Z'*. 211.

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Iupiter apud Silium Italicum, III. 573. Venerem alloquitur:

—— tenet longumque tenebit
Tarpeias arces sanguis tuus.

Usurpatur etiam communiter de utroque parente; Horat. de Augusto, in Carm. Saecul. v. 50.

Clarus Anchisae Venerisque sanguis.

Ovid. Metam. V. 514.

Proque meo veni supplex tibi, Iupiter, inquit,
Sanguine, proque tuo.]

v. 147. (145.) *ΛΥΚΕΙΟΣ ΓΕΝΟΥ.* Gellius, V. 12. *Simulacrum igitur Dei Veiovis, quod est in aede de qua supra dixi, sagittas tenet quae sunt videlicet paratae ad nocendum: quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt.* [De love Lycaeo vide Pausaniam, Arcad. c. 2. g) Ad Virgilianum illud Aen. VIII. 342.

—— et gelida monstrat sub rupe lupercal,
Parrhasio dictum Panos de more Lycaei,

Germanus Valens Guellius: „Sophocl. in Electr. v. 16.

—— *τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ — Ἀγορὰ Λύκειος·*

Et Aeschyl. in *Ἑπτά*:

—— *Καὶ σὺ Λύκει' ἄναξ Λύκειος — Γενοῦ στρατῷ δαΐφρων.*

Quamvis alii ad Apollinem referri malint, qui et *λύκειος* dicebatur a poetis, et Aeschylo in Agamemnone, v. 1266. *Ὀτοτοῖ Λύκει' Ἄπολλον*, sub persona Cassandrae, *διὰ τὸ ἐν Λυκίᾳ, τῇ πόλει, τιμᾶσθαι αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ λύκον αὐτῷ ἱερὸν εἶναι, ἢ, ὅτε χρεῖττον, διὰ τὸ λυκόφως ποιεῖν τῆς νυκτὸς ὑποχωρούσης* h). Quamvis et fortasse ad Panem illud Aeschyli referre satius sit, cum pauculis post versibus i), invocata quoque Diana, Apollinem disertis verbis inclamet chorus:

Ὦ φίλ' Ἄπολλον — Κόναβος ἐν πύλαις κ. τ. λ.

quod alioqui superfluum videretur, si tam vicinis et propinquis clausulis bis eundem Deum appellaret.]

---

g) Paus. VIII, 2, 1. add. VIII, 30, 2. 38, 6. 7. 53, 11.
h) Schol. ad nostr. loc. i) v. 159.

v. 149. (147.) *ΣΤΟΝΩΝ ΑΥΤΑΣ.* Vel subintelligendum *ἐπί*, vel scribendum, ut transtulimus, *αὐτας*, ab *αὐω audio.*

v. 166. (153.) *ΑΞΟΝΩΝ ΒΡΙΘΟΜΕΝΩΝ ΧΝΟΑΙ.* Callimachus, Hymn. V. 14.

Συρίγγων ἀΐω φθόγγον ὑπαξονίων.

[Homer. Iliad. *E'*. 839.

—— *μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων — Βριθοσύνῃ.*]

Χνόαι sunt, interprete Hesychio, *αἱ χοινικίδες, αἱ τοῦ ἄξονος σύριγγες.*

[v. 159. (155.) *ΔΟΡΥΤΙΝΑΚΤΟΣ Δ' ΑΙΘΗΡ ΕΠΙΜΑΙΝΕΤΑΙ.* Illustris expressio. Supplic. v. 615.

Πανδημία γὰρ χερσὶ δεξιωνύμοις
Ἔφριξεν αἰθὴρ, τόνδε κραινόντων λόγον.]

v. 162. (158.) *ΕΠΑΛΞΕΩΝ. Ἐπὶ τῶν ἐπάλξεων*; quomodo ad illud Sophoclis, in Philoctete, v. 206.

—— *στίβον καὶ' ἀνάγχαν Ἕρποντος,*

scholiastes legit *στίβου*, et monet subintelligendum *ἐπί*. Quam lectionem ego magis probarim, nam *τοῦ ἕρπειν* transitive exemplum facile non occurrit.

[v. 168. (162.) *ΑΓΝΟΝ ΤΕΛΟΣ.* Vel tollendum erit *στίγμα τέλειον*, ut cohaereant haec cum sequentibus, vel, quod malim, parenthesi cum praecedentibus includenda hoc modo:

Ὦ φίλ' Ἄπολλον (Κόναβος ἐν πύλαις — Χαλκοδέτων σακέων, — Καὶ Διόθεν πολε — μόκραντον ἁγνὸν τέλος·) Ἐν μάχαι τε κ. τ. λ.

Orationem summo artificio interrumpit, quo ostendat insignem pavorem et festinationem votorum in virginibus desperabundis. Ita Callimach. Hymn. V. 13.

Ὦ Ἰὴ Ἀχαϊάδες, καὶ μὴ μύρα μηδ' ἀλαβάστρος,
(Συρίγγων ἀΐω φθόγγον ὑπαξονίων)
Μὴ μύρα λωτροχόοι τᾷ Παλλάδι κ. τ. λ.

et Catullus [k]) a Viro incomparabili Ioseph. Scaligero optime restitutus, in Nupt. Iul. et Manl. v. 96.

Prodeas nova nupta
(Iam videtur) ut audias
Nostra verba; (viden' faces
Aureas quatiunt comas?)
Prodeas nova nupta.

Sophocles, Philoctet. v. 398.

Ὅτε τὰ πάτρια τεύ — χεα παρεδίδοσαν — (ἰὼ μέλεαρα τεκοῦ — σα τόνων λεόντων ἕφε — δρε) τῷ Δαερτίου (Διὸς ὑπέρτατον.)

---

k) Catull. carm. 62.

v. 169. (168.) *ΜΑΚΑΙΡ' ΑΝΑΣΣ' ΟΓΚΑ.* Aliqui a vico Boeotiae Onca nominato dictam volunt. Schol. Pind. Olymp. II. 48. *Ἄγαλμα Παλλάδος ὁ Κάδμος ἱδρύσατο ἐν Ὄγκαις, κώμῃ τῆς Βοιωτίας. Ὀγκαία οὖν ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται.* Scholiastes *A'.* ad hunc locum: *διὸ καὶ ὡς ἐκ Φοινίκων κατηγμένος Ὄγκαν Ἀθηνᾶν παρὰ Θηβαίοις τιμᾶσθαι ἐποίησε.* Recte: ita veteres. Stephanus, *Ὄγκα ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας.* Male igitur idem Scholiastes vocem esse Aegyptiam dicit, cum Pausanias [l]), Boeot. c. 12. ex hoc ipso Deae nomine Cadmum non Aegyptium, sed Phoenicem fuisse probet: *τοῖς νομίζουσιν εἰς γῆν ἀφικέσθαι Κάδμον τὴν Θηβαΐδα Αἰγύπτιον καὶ οὐ Φοίνικα ὄντα ἐστὶν ἐναντίον τῷ λόγῳ τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα, ὅτι Ὄγκα* (vel *Ὄγγα*, ita enim legendum, non *Σίγα*, monuerunt alii) *κατὰ γλῶσσαν τῶν Φοινίκων καλεῖται, καὶ οὐ Σύϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν.*

v. 170. (164.) *ΠΡΟ ΠΟΛΕΩΣ.* Sc. quae in templo ante civitatem colitur. Scholiastes Sophoclis [m]): *δύο ἱερὰ ἐν ταῖς Θήβαις ἵδρυται τῇ Ἀθηνᾷ, τὸ μὲν Ὀγκαίας* (ita scribendum, non *Οἰκυλας*) *τὸ δὲ Ἰσμηνίας.* Pausaniae aetate tantum ara sub dio, eo ipso loco, quo bos fessa procubuit et Cadmum, ut urbem conderet, admonuit.

[v. 173. (167.) *ΤΕΛΕΙΟΙ ΤΕΛΕΙΑΙ ΤΕ.* Supra v. 35. *Εὖ τελεῖ θεός.*]

[v. 176. (170.) *ΕΤΕΡΟΦΩΝΩι ΣΤΡΑΤΩι.* Act. Apost. II. 4. *Καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις*, sc. diversis a lingua loci. Ita enim videtur intelligendum. Porro miseriae gravis fuit exaggeratio, versari inter homines linguae extraneae.]

[v. 181. (175.) *ΑΜΦΙΒΑΝΤΕΣ ΠΟΛΙΝ.* Scholiastes ad Homericum illud refert Il. *A'.* 37. *ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας*, quod est ex interpretatione Hesychii *προΐστασαι, ὑπερμαχεῖς, καὶ σώζεις.* Callimachus, Hymn. IV. 27. Homerum secutus,

Δῆλε φίλη τοῖός σε βοήθοος ἀμφιβέβηκεν.]

[v. 183. (177.) *ΜΕΛΕΣΘ' ΙΕΡΩΝ ΔΗΜΙΩΝ.* Schol. *A'.* *Κοινῇ γὰρ πάντες ἐκείνοις ἀνετίθουν χρήματα.* In templis quidem thesauri fuere, quibus cum aliae res sacrae, tum privatae etiam aliquando pecuniae repositae sunt. Meminit Herodotus [n]) thesaurorum Delphis Corinthiorum, Clazomeniorum, Siphniorum, aliorumque: Pausanias [o]) Potidiatarum, Cnidiorum, Sicyoniorum et Thebanorum. Neque Graeci tantum aut viciniorum insularum incolae, sed et *οἱ πόρρωθεν*, Strabone teste, IX. p. 420. *θησαυροὺς κατεσκεύαζον*, inter quos Croesum, Alyattum, Italos, Siculosque nominat. Et qui cratera a Romanis ut praedae decimam Delphos attulere,

---

l) Paus. IX, 12, 2.
m) ad Oed. Reg. v. 20.
n) Her. I, 50. 51.
o) Paus. X, 11, 5.

ἀνέθεντο [*ἀναθέντες*] *αὐτὸν εἰς τὸν τῶν Μασσαλιωτῶν θησαυρόν.* Diod. XV. p)]

[v. 186. (180.) *ΟΡΓΙΩΝ.* Orgia proprie sacra opertanea, qualia erant illa mysteria, quae Liberi Patris symmistae, ut loquitur Apuleius, Apolog. primae p. 494., domi condita celant, et absque omnibus profanis tacite venerantur. Euripides, Bacch. v. 471.

ΠΕΝΘ. Τὰ δ' ὄργι' ἐσὶ τὴν ἰδέαν ἔχοντά σοι;
ΔΙΟ. Ἄρρητ' ἀβακχεύτοισιν εἰδέναι βροτῶν.

Catullus, LXIII. 260.

Orgia quae frustra cupiunt audire profani.

Lucianus, de Saltat. q) c. 15. *Τὰ μὲν ὄργια σιωπᾶν ἄξιον τῶν ἀμυήτων ἕνεκα.* Quo fit, ut *παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους αὐτῶν* dici putet Scholiastes Apollonii, I. 920. Malim tamen cum aliis *ἀπὸ τοῦ ἔργου* derivare, ea significatione, quae rem divinam vel sacrificium denotat; fuisse enim haec sacra in honorem tam aliorum deorum quam Bacchi celebrari solita, nimis notum. Servius in Virgil. Aen. IV. 303. *Sciendum ὄργια apud Graecos dici sacra omnia, sicut apud Latinos caeremoniae dicuntur:* quo sensu et hic accipi non est quod moneam.]

II.

[v. 191. (185.) *ΒΡΕΤΗ ΠΕΣΟΥΣΑΣ ΠΡΟΣ ΠΟΛΙΣ-ΣΟΥΧΩΝ ΘΕΩΝ.* Morem hunc obsessorum pulchre describit I. Caesar, de Bello Civili II. 5. *Facile erat ex castris C. Trebonii atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem, ut omnis iuventus, quae in oppido remanserat, omnesque superioris aetatis cum liberis atque uxoribus publicisque custodiis aut ex muro ad coelum manus tenderent, aut templa deorum immortalium adirent, et ante simulacra proiecti victoriam ab Diis exposcerent.*]

[v. 192. (186.) *ΛΑΚΑΖΕΙΝ.* Hesych. *Λιχάζει· βοᾷ, λάληκε, ἀπὸ τοῦ λαχεῖν.* Vide quae ad Agamemn. v. 623.]

Ibid. *ΣΩΦΡΟΝΩΝ ΜΙΣΗΜΑΤΑ.* Potest vel ad virgines referri, ut v. 188. *θρέμματ' οὐκ ἀναγκαῖα*, vel ad ipsum sermonem et eiulatus virginum, sicut Scholiastes *A*. accepit et Grotius, qui hunc versum sententiam fecit. [Rectius fortasse ad mulieres; ut sit sententia: vos *θρέμματ' οὐκ ἀναγκαῖα*, vos inquam, *σωφρόνων μισήματα* interrogo.]

[v. 193. *ΕΥΕΣΤΟΙ.* Hesych. *Εὐεστώ· εὐθηνία, ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι, καὶ εὐδαιμονία, ἀπὸ τοῦ εὖ ἑστάναι τὸν οἶκον.* Noster infra, in Agamemn. v. 656.

Ἥκοντα πρὸς χαίρουσαν εὐεστοῖ πόλιν.]

---

p) imo XIV, cap. 93.

q) Luc. vol. II, p. 277.

[v. 197. (191.) *ΔΙΑΔΡΟΜΟΥΣ ΦΥΓΑΣ ΘΕΙΣΑΙ.* Seneca, Nat. Quaest. VI. 29. *Aliquos insanis attonitisque similes discurrere facit metus.*]

[v. 203. *ΧΩ, ΤΙ ΤΩΝ ΜΕΤΑΙΧΜΙΟΝ.* Martinius in Lexico Philologico (v. Hermaphroditus) de Hermaphroditis dictum putat, *Hi enim*, inquit, *in confinio utriusque sexus*, An potius de eunuchis? Ita Atyn ἡμιθηλυν vocat Anacreon, Carm. XIII. 2. Catullus, Carm. LXIII. 6. *sine viro*; Arnobius *spoliatum viro.* Ego vero potius cum Scholiaste consentio. Noster apud Clementem Alexandrinum, Strom. V. p. 257. [f])

Ζεύς τοι τὰ πάντα χῶτι τῶνδ' ὑπέρτερον.

Non quod aliquid sit praeter omnia, sed si aliquid poterit esse, id foret Iupiter.

v. 204. *ΒΟΥΛΕΥΣΕΤΑΙ.* Forte *βαλήσεται.*

v. 205. *ΛΕΥΣΤΗΡΑ.* Hesychius, *Λευστῆρα· φονέα λίθοις ἀναιροῦντα.* Supplicium frequens apud veteres Graecos. Parthenius Eroticis [s]): *προὐτρέψατο* (Achilles) *τοὺς στρατιώτας καταλεῦσαι τὴν χόρην.* Dein e poeta innominato profert:

—— οἱ μὲν ἔπεφνον
Παυσυδίη θαμινῆσιν ἀράσσοντες λιθάδεσσιν.

Aelianus, Var. hist. VII. [t]) *Ἑτοίμων οὖν ὄντων Ἀθηναίων βάλλειν αὐτὸν λίθοις.* Sophocles, Aiace Flagell. v. 254. *Λιθόλευστον ἄρην* vocat. [Homer. Il. Γ'. 56.

—— ἦ τέ κεν ἤδη
Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας.

Ad quem locum vide virum clarissimum D. Iacobum Duportum in Gnomologia Homerica.]

v. 206. *ΜΗ ΓΥΝΗ ΒΟΥΛΕΥΕΤΩ.* Homerus, Iliad. Z'. 490.

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
Ἱστόν τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
Πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασιν.

Virgilius, Aen. VII. 443.

Cura tibi Diuum effigies et templa tueri.

Euripides, Heraclidis, v. 477.

Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
Κάλλιστον, εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων.

v. 211. *ΣΥΡΙΓΓΕΣ ΕΚΛΑΓΞΑΝ.* Callim. Hymn. V. 14.

Συρίγγων ἄτω φθόγγον ὑπαξονίων.

---

r) Aesch. fragm. inc. 304. Sch.
s) Parthen. c. XXI.
t) Ael. V. H. V, 19.

[v. 212. *ΠΗΔΑΛΙΩΝ . . . ΧΑΛΙΝΩΝ.* Metaphora a similitudine ducta. D. Iacob. III. 3. 4. *Ἰδοὺ, τῶν ἵππων τοὺς χαλινοὺς εἰς τὰ στόματα βάλλομεν, πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν, καὶ ὅλον τὸ σῶμα αὐτῶν μετάγομεν. Ἰδοὺ καὶ τὰ πλοῖα..... μετάγεται ὑπὸ ἐλαχίστου πηδαλίου.* Sic Homerus navem vocat equum marinum Odyss. Δ'. 708.

Νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαίνομεν, αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι.]

[v. 213. (207.) *ΠΥΡΙΓΕΝΕΤΑΝ.* Quia in igni molliri et cudi solent. Quo sensu Euripides, Orest. v. 818. *πυριγενῆ παλάμην* dixit ensem. Noster, v. 949.

Ὁ πόντιος
Ξεῖνος' ἐκ πυρὸς σιδὴρος
Θηκτὸς σίδαρος.]

v. 214. *ΤΙ ΟΥΝ; Ο ΝΑΥΤΗΣ.* [*Κατ' ἐξοχήν*: summus sc. nautarum, qui a patrono navi praeficitur. *Κυβερνήτης*, gubernator, qui navem gubernaculo regit. Seneca, de Consolat. ad Marciam [u]), *Turpis est navigii rector, cui gubernacula fluctus eripuit, qui fluctuantia vela deseruit, permisit tempestati navem.* Eteocles] virgines in summo discrimine tumultuantes et ante tutelarium deorum imagines procumbentes obiurgat. Num, inquit, navita mari saeviente puppim relinquens, et ad deos tutelares in prora positos confugiens, salutem consecutus est? Nam quicquid Heinsius, in Silium [x]), Iosephus Scaliger, in Eusebium [y]), Grotius, in Acta Apost. [z]) et Bochartus, de sermone Phoenic. [a]), viri celeberrimi, dixere, qui omnes, tutelas semper in puppi, nunquam in prora fuisse; nomenque navis semper a signis, nunquam a tutela, seu numine cuius in tutela navis erat, habuisse, uno ore affirmant: mihi certum est *παράσημον* non unum unius navis, sed utramque partem navis extremam, tum proram tum puppem, habuisse; et deos antiquitus tutelares in proris stare solitos fuisse. Quod si non concesseris, frigida erit omnino Eteoclis ratio; si concesseris, aptissima. Favet huic sententiae Glossarium vetus: *Tutela, παράσημον τοῦ πλοίου.* Servius, ad Aeneid. X. [b]) *Solent naves nomina accipere a tutelarum pictura.* Placid. Lactantius, qui ad haec verba Statii Theb. VIII. 269.

—— solus stat puppe magister
Pervigil, inscriptaque Deus qui navigat alno,

---

u) Senec. Cons. ad Marc. cap. VI. extr.
x) Sil. Ital. XIV, 543. y) Scal. ad Euseb. p. 39. 40.
z) Grot. ad Act. Apost. XXVIII, 11.
a) Boch. d. s. Ph. lib. II, cap. 11. vel Geogr. sacr. T. II. p. 71 (820. D. E. a. 1646.) b) Serv. ad Aen. X, v. 166.

hoc annotavit: *Deum tutelam navis intelligimus cum gubernatore navigare: habent enim scriptos vel pictos praesules suos, quorum nominibus nuncupantur et naves.* Verum quoniam ea quae numeravi nomina plus auctoritatis atque ponderis apud eruditos quam Servius, aut Glossarii auctor, aut etiam Lactantius habere possent, age, rem ipsam paulo penitius introspicere lubet, sententiamque tantorum virorum, de distinctione perpetua tutelae et parasemi, eo diligentius et accuratius refellere c). Romanos vota in genibus statuarum insculpere aut inscribere solitos nemo nescit: si qua ergo navi inscriberentur, non alibi sane quam ubi tutela navis picta est inscripta fuisse par est credere. At Propertius, IV. 6. d) ad hunc morem alludens, vota Romanae reipub. inscripta navi Augusti non in puppi, sed in prora indicat:

Solve metu patriam, quae nunc te vindice freta
Imposuit prorae publica vota tuae.

Non opinor tauro, aut pristi, aut leoni, au
cuilibet parasemo, sed tutelae navis vota n
aliam navis, aliam resp. tutelam habuit. S
dubio Propertius, vota civitatis tutelae nav
nata, quod in illius salute salus reipub. posi
Notissima fabula est, quae navi Argo inclusi
cale lignum docet: id autem Valerius Flaccu
telam fuisse voluit, I. 301.

Visa coronatae fulgens tutela cativae
Vocibus his instare duci, Dodonida quercum
Chaoniique vides famulam Iovis. ——

Qui licet tutelam in puppi VIII. 202. collocare videatur; tamen illo longe antiquior Apollodorus in prora statutum lignum hoc vocale docet, I. 9. *Κατὰ δὲ τὴν πρώραν ἐνήρμοσεν Ἀθηνᾶ φωνῆεν φηγοῦ τῆς Δωδωνίδος ξύλον.* Ita legendum: perperam est in excusis *φωνῇ*. Deos Phoenicios Pataecos, sive cum Bocharto a πατέω quae *securitatem* denotat, sive cum Iosepho Scaligero a πατάω, quasi τύπτω, simpliciter *sculpturas*, derivare libeat. Deos fuisse navium tutelares omnino statuendum, cum etiam *Παταικὸς ἐπιστατήριος* apud Hesychium idem sit, quod apud Papinium *genius tutelaque mensae*. Hos igitur ut in puppe collocet, Hesychii locum laudat secure Iosephus Scaliger, ut et alii post eum Suidae: et quis nescit lexico-

c) Vid. Ruhnkenii, vel potius Ioann. Enschedei dissert. de tutelis et insignibus navium Graecar. et Rom. (in Ruhnk. Opusc.), et contra illum disputantem Kaemmererum ad Hymn. Homer. vernacule conversos p. 863. sqq.

d) Propert. IV, 6, 41.

graphum utrumque quod de Pataecis dicunt ab Herodoto hausisse, a quo si dissentiant, aut ipsi castigandi, aut libri qui maculatissimi emendandi sunt? Hos autem Herodotus diserte in prora collocat, III. 37. *Ἔστι γὰρ τοῦ Ἡφαίστου τοιῦτο τοῖσι Φοινικηίοισι παταικοῖσι [Πατυϊκοῖσι] ἐμφερέστατον, τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρῴρῃσι τῶν τριήρεων περιάγουσι.* De his forte intelligendus ille apud Suidam in *Ἀπέφθου*:

Χρυσοῦ ἄπεφθά τε τοῖς παταικοῖς ἐμφερῆ·

imo certe, nam et in *Πατταικοὶ* habet. Si haec omnia nihil ad rem nostram facerent, faciunt autem quamplurimum, vel unicus ille apud Lucianum in Navigio [e]), c. 5. locus ad perpetuam hanc parasemi et tutelae a prora et puppi distinctionem enervandam abunde sufficeret: *ὡς δὲ ἡ πρύμνη μὲν ἐπανέστηκεν ἠρέμα καμπύλη, χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη.* Ecce hic aureus anserculus navis parasemum non minus quam taurus aut aries, et huiusmodi animalia; de quo ipse alibi Ver. Historiarum [f]), II. 41. *Ὅ τε γὰρ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπερρύηκε καὶ ἀνεβόησε*, et utrobique in puppe. *Παράσημον* autem alterum, sive tutela, ut Latini loquuntur, erat in prora constituta: ita enim apud Lucianum sequitur: *καταντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἡ πρώρα ὑπερβέβηκεν, εἰς τὸ πρόσω ἀπομηκυνομένη, τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσα τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν.* Aut ergo putandum est navem illam in tutela anseris; aut omnino fatendum, et tutelam in prora aliquando positam, parasemon, ut a tutela distinguitur, in puppe; et nomen non semper a signo sive nudo parasemo, sed aliquando etiam a tutela derivatum. Pro *ὑπερβέβηκεν* legit Ivo Villiomarus ex ingenio suo *ὑποβέβηκε*, quia si veterem lectionem retineamus, erit prora puppe altior. Imo vero si *ὑποβέβηκε* legamus, erit prora ipsa navi depressior, et quo longius *εἰς τὸ πρόσω ἀπομηκυνομένη* eo magis descendet: quod est absurdissimum. Recte igitur *ὑπερβέβηκε* dixit, quia prora ascendit; neque ideo puppi altior erit. Quod recte dixit *ἀνάλογον*, id est, servata ea proportione, quae solet esse inter proram et puppim, aut inter eam et ipsam navem, quod idem est. Porro erat hic Isis *ἐπώνυμος* sive nomen navi dedit. Non enim sensum reddidit Obsopaeus cum vertit, *cognominem navi deam Isidem videlicet utrinque additam habens*: id enim esset *ὁμώνυμον*. *Ἐπώνυμος* autem *τῆς νεώς* est quae nomen navi dat, vel cuius nomine navi appellata est; sicut supra observavimus, ad v. 138. Navi igitur haec ab Iside, quae ex utraque parte prorae picta fuit vocata est *Isis*: Ita enim sequitur non multo post: *Εἰ μὲν οὖν τι μέγα Ἀδειμάντου πλοῖον τὴν Ἶσίν τις οἶδεν.* Atque ita contra summorum criticorum effata nomen habet navis non a nudo pa

---

e) Lucian. III, p. 251. f) Lucian. II, p. 134.

tasemo, sed ab eo cuius in tutela navis est. Vidit hoc Salmasius, itaque in Plinianis exercitationibus s) navem nomine Dei tutelaris aliquando vocari concedit; sed tunc tantum, cum una eademque res et parasemon esset et tutela: atque ita nomen adhuc semper erit a parasemo, nec a tutela, nisi quatenus ex eorum mente est parasemum; unum enim tantum parasemum unius navis statuit. At ex Plutarcho *) aperte colligi potest, fuisse aliquando unius navis non unum parasemum. Verba eius haec sunt, in vita Themistoclis, p. 119.: *Πρῶτος μὲν οὖν λαμβάνει νεῶν Ἀρκομήδης ἀνὴρ Ἀθηναῖος τριηραρχῶν, ἧς τὰ παράσημα περικόψας ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι δαφνηφόρῳ*, Parasemum igitur non unam, sed utramque partem navis extremam, tum proram tum puppem, insigne habuisse patet, quae trierarcha Atheniensis *ἀκρωτηριάζων* consecravit; nempe sive simplex navis insigne, sive tutela, sive in prora sive in puppi, *παράσημον* est. Quod vero dicet vir doctissimus, cum ostendero parasemum navis fuisse, a quo nomen non habuit (anserculum enim aureum Luciani, qualis etiam in antiquis navibus visitur, pro parasemo, qua ratione nescio, non agnoscit), et tamen illam ipsam navem a tutela nomen habuisse? *Ἔπίσημον* et *παράσημον* in hac re idem significare cum ex Strabone II. tum etiam Apollodoro apud Stephanum in voce *Ταυρόεις* patet: at Solem fuisse navis *ἐπίσημον*, Aesculapium autem tutorem, ab eoque nomen ei inditum, in Epistola Hippocratis ad Damagetum legimus: *Ἐξέπεμψα δέ σοι, φιλότης, ὡς ἀληθῶς τὴν Ἀσκληπιάδα νῆα, ἣ πρόσθες μετὰ τοῦ ἡλίου ἐπίσημον τὴν ὑγιείην.* Insigne huius navis Sol: nomen ab Aesculapio, qui sine dubio tutela. Non erat igitur cur viri docti Dioscuros tutelam fuisse navis Alexandrinae, qua D. Paulus Melita Syracusas vectus est, Act. Apost. XXVIII. 11. pernegarent, quia *παράσημον* dicitur: nullum enim est aliud nomen apud Graecos quod tutelam exprimat. Quicquid enim Latini sub duobus vocabulis, *insignis* sc. et *tutelae* intelligunt, id omne apud Graecos *παρασήμου* nomine exprimitur.

[v. 217. (211.) *ΑΛΛ' ΕΠΙ ΔΑΙΜΟΝΩΝ.* Ordo est: *Ἀλλὰ, πίσυνος θεοῖς, ὅτι βρόμιος νιφάδος ὁλοῆς νιφομένης ἐν πύλαις, πρόδρομος ἦλθον ἐπὶ δαιμόνιον ἀρχαῖα βρέτη.*]

[v. 218. *ΝΙΦΑΔΟΣ ΟΤ' ΟΛΟΑΣ ΝΙΦΟΜΕΝΗΣ.* Homerus, Iliad. *M'*. 278. in re simili,

Τῶνδ' ὥστε νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαὶ
Ἤματι χειμερίῳ, ὅτε τ' ὤρετο μητιέτα Ζεὺς
Νιφέμεν ἀνθρώποισι πιφαυσκόμενος τὰ ἃ κῆλα, κ. τ. λ.]

v. 222. *ΣΤΕΓΕΙΝ.* Scholiastes *A'*. *ὑπομένειν* interpretatur, ut et Hesychius, *Στέγει· βαστάζει, ὑπομένει.* Verum hic

---

s) Salmas. Exercit. Plin. p. 403. *) Plut. Themistocl. c. XV.

στέγειν ponitur pro *ἀποστέγειν*, ut in Supplic. v. 141. Ἂν στέγων δορός.

v. 223. *ΑΛΛ' ΟΥΝ ΘΕΟΥΣ.* [Sc. *πολισσούχους.*] Narrat Scholiastes quod Troiani, cum expugnaretur civitas, deos viderint simulacra sua auferentes; quod et Sophoclem in *Xoanephoris* retulisse ait, *Λέγουσι γὰρ ὅτι, ὅταν ἔμελλε πορθηθῆναι ἡ Τροία, ἐφάνησαν οἱ θεοὶ τοῖς Τρωσὶν, ἀνελόμενοι**) *ἐκ τῶν ναῶν τὰ ἀγάλματα αὐτῶν.* Atque iterum**), *εἴρηται δὲ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξοανά.* Tragoediam illam Sophoclis a viro diligentissimo I. Meursio in catalogo Sophocleo praetermissam obiter monemus. Huic vero commento accinit Euripides in Troad. v. 25. sub persona Neptuni,

> *Λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον βωμούς τ' ἐμοὺς,*
> *Ἔρημα γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ,*
> *Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.*

Et Virgilius II. 351.

> Excessere omnes, adytis arisque relictis,
> Dii quibus imperium hoc steterat. ——

Ad quem locum adi sis interpretes, praecipue Germanum Valentem Guellium.

[v. 227. (221.) *ΑΣΤΥΛΟΜΟΥΜΕΝΑΝ.* Trepidantibus civibus aut populabundis hostibus percussam.]

v. 230. *ΠΕΙΘΑΡΧΙΑ ΓΑΡ.* Sophocl. in Antig. v. 687.

> —— *τῶν δ' ὀρθουμένων*
> *Σώζει τὰ πολλὰ σώματ' ἡ πειθαρχία.*

v. 231. *ΣΩΤΗΡΟΣ.* Fortasse *σωτήριος.*

v. 232. *ΕΣΤΙ ΘΕΟΙΣ.* Citatur a Marcellino in vita Thucydidis [h]. [Ordo: *Ἐν κακοῖσι δ' ὀρθοῖ πολλάκις τὸν ἀμήχανον νεφέλαν ἐκ χαλεπῆς δύας χρημναμέναν ὑπερθ' ὀμμάτων.* Nubes de impendente malo. Cic. de Aruspic. Respons. c. 3. *Tum vidi ac multo ante perspexi, quanta tempestas excitaretur, quam impenderet procella reipublicae.* Idem, in Catilin. Orat. IV. 5. *Circumspicite omnes procellas, quae impendent, nisi providetis.*

v. 233. *ΤΑΝ.* Canterus *τόν*; non necessario.

v. 237. *ΘΕΟΙΣΙΝ ΕΡΔΕΙΝ.* Hesychius, *Ἐρδόντων πλουτούντων* (forte *ποιούντων*) *θυόντων.* Monet Eustathius *ῥέζειν* hac significatione solitarie positum *ἐλλειπτικῶς* dici; vero *ἱερὰ ῥέζειν ἐντελῶς.*

v. 238. *ΞΟΝ Δ' ΑΥ ΤΟ ΣΙΓΑΙΝ.* Sophocles hunc locum imitatus,

> *Ὁ δ' εἶπε πρός με βαῖ' ἀεὶ δ' ὑμνούμενα,*
> *Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.*

---

h) Marcellin p. 2. Duk. *) Sor. *ἀνελόμενοι* et mox *αὐτῶν.* **) ad v. 31

Aiax ad Teemessam, Al. Flagell. v. 292. [Homer. Odyss. *A*. 358.

Μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.]

[v. 241. *ΤΙ ΤΑΔΕ ΝΕΜΕΣΙΣ ΣΤΥΓΕΙ.* Virg. Aen. IV. 849.

Quae tandem Ausonia Teucros considere terra
Invidia est.]

[v. 243. *ΚΑΚΟΣΠΛΑΓΧΝΟΥΣ. Timidos, exsordes.* Σπλάγχνον· ἡ καρδία· ἀφ' οὗ καὶ εὔσπλαγχνος ὁ εὐκάρδιος καὶ ἀνδρεῖος, ἄσπλαγχνος δὲ ὁ ἀκάρδιος καὶ δειλός. De corde dici σπλάγχνον nimis notum. Aristophanes, Ranis, v. 868. σπλάγχνα θερμαίνειν πρὸς ὀργήν. Isidorus, Orig. XI. 1. *Viscera vitalia, id est, circumfusa cordi loca, quasi viscosa;* eo quod ibi vita, id est, anima continetur, inde ad affectus transfertur, quorum sedes cor est.]

[v. 244. *ΕΚΗΛΟΣ ΙΣΘΙ.* Hesych. Ἔκηλος· ἡσυχος, πρᾶος. *Quietus, mitis, placidus.* Ἔκηλος proprie is est, qui sese negotiis non interponit. Cui opponitur περίεργος, φορτικός, importunus; quales se Eteocli reddiderat chorus virginum.]

[v. 249. *ΑΡΠΑΛΙΖΕΤΕ.* Hesych. Ἁρπαλίζομαι· ἁσμενῶς δέχομαι.]

v. 250. *ΦΟΒΩι.* Alii φόνῳ melius.

[v. 252. *ΑΚΟΥ' ΑΓΑΝ.* Contra sternaces, quibus unumquodque magis videtur terribile quam re ipsa est. Vide ad v. 103. Seneca, vel quisquis est, in Thebaide, v. 397.

—— et si vera metuentes vident,
Infesta fulgent signa.

Neque timentibus solum hoc accidit, sed et iis qui affectione altera, timori contraria, laborant. Virg. Ecl. VIII. 108.

Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?]

v. 258. *ΟΥΚ ΕΣ ΦΘΟΡΟΝ ΣΙΓΩΣ' ΑΝΑΣΧΗΣΗι ΤΑΔΕ; Annon in malam rem tacita haec tolerabis?* Recte scholiastae εἰς φθόρον ut execrandi seu maledicendi formulam accipiunt, cuius generis sunt: βάλλε εἰς μαχαίραν, εἰς κόρακας, εἰς ὄλεθρον. Quae etiam absolute, sine verbo, enuntiantur: εἰς μαχαίραν, εἰς κόρακας, εἰς ὄλεθρον. Sed et istud εἰς φθόρον in Agamemnone etiam reperimus, v. 1276.

Ἴτ' εἰς φθόρον πεσόντ'. ——

Callimachus, Hymn. II. 113.

Ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ Φθόρος, ἔνθα νέοιτο.]

[v. 266. *ΔΟΙΗΣ ΤΕΛΟΣ. Effectum dare.* Vel *munus*, ῥῦγμα. Ut Agamemn. v. 918.

Τόδ' ἐπέστελλαι τέλος.]

v. 267. *ΛΕΓΟΙΣ ΑΝ ΩΣ ΤΑΧΙΣΤΑ.* Sophocles, Oed. Tyran. v. 1516.

—— *λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.*

v. 274. *ΟΛΟΛΥΓΜΟΝ ΙΕΡΟΝ ΕΥΜΕΝΗ ΠΑΙΩΝΙΣΟΝ. Clamorem sacrum placabilem accinas.* Nonnullis videtur magis arridere *παιάνισον*, namque vox victrix animosa paeanis; sed mutatio est nihili. Radix est *παιάων*, inquit Eustathius[i]; hinc alii extrito *ᾱ* fecere *παιάν*, alii extrito *ᾰ* fecere *παιών*; atque utrumque *παιᾶνα ᾄσαι* dicamus, non vero *παιῶνα ᾄσαι*, tamen promiscue auctores et *παιανίζω* et *παιωνίζω* usurpant. [Obiter notandus est lapsus lexicographi doctissimi. *Παιάν*, inquit, *pes metricus, quem duplicem esse scribit Cicero.* Fallitur V. Cl.; est enim hoc paeon, et ita apud Ciceronem legi debet.]

[Ibid. *ΕΥΜΕΝΗ.* Ab effectu; *εὐμενῆ* pro *εὐμενιστικήν*, *placatum* pro *placatorio.*]

v. 278. *ΠΕΔΙΟΝΟΜΟΙΣ.* Virg. Georg. I. 21.

Diique Deaeque omnes, studium quibus arva tueri.

Propertius, III. 13. [k])

Diique Deaeque omnes, quibus est tutela per agros.

Vidi etiam Romae, inquit Fulvius Ursinus, ad Virgilii locum modo adductum, *basim marmoream, in qua Graecis literis incisum erat:*

ΝΟΜΙΟΙC ΘΕΟΙC
ΙΟΥΛΙΟC
ΜΑΙΟΡ
ΑΝΤΟΝΙΝΟC.]

v. 279. *ΟΥΔ' ΑΠ' ΙΣΜΗΝΟΥ ΛΕΓΩ.* Tmesis, οὐδ' ἀπολέγω. Quae sola interpretatio ex omnibus a scholiaste allatis veritati vicina.

v. 283. *ΘΗΣΕΙΝ ΤΡΟΠΑΙΑ.* Notatur Aeschylus a Scholiaste quasi tempus non recte observarit, *οὐδέπω γὰρ ἦν τῶν τροπαίων ὀνομασία κατὰ τὸν Ἐτεοκλέα.* Certum sane est vocem τρόπαιον Homeri temporibus multo posteriorem fuisse; a quo tamen, licet ipse nomen non noverit, veteres morem erigendi trophaea mutuati creduntur. Locus est ubi Ulysses exuvias Doloni iamiam expiranti detractas e vestigio Minervae dedicat *τῇ Λητῖδι*, Iliad. *K*. 460.

Καὶ τά γ' Ἀθηναίῃ Λητῖδι δῖος Ὀδυσσεὺς
Ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρί ——

rasemo, sed ab eo cuius in tutela navis est. Vidit hoc Salmasius, itaque in Plinianis exercitationibus g) navem nomine Dei tutelaris aliquando vocari concedit; sed tunc tantum, cum una eademque res et parasemon esset et tutela: atque ita nomen adhuc semper erit a parasemo, nec a tutela, nisi quatenus ex eorum mente est parasemum; unum enim tantum parasemum unius navis statuit. At ex Plutarcho *) aperte colligi potest, fuisse aliquando unius navis non unum parasemum. Verba eius haec sunt, in vita Themistoclis, p. 119.: *Πρῶτος μὲν οὖν λαμβάνει ναῶν Λυκομήδης ἀνὴρ Ἀθηναῖος τριηραρχῶν, ἧς τὰ παράσημα περικόψας ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι δαφνηφόρῳ*. Parasemum igitur non unam, sed utramque partem navis extremam, tum proram tum puppem, insigne habuisse patet, quae trierarcha Atheniensis *ἀκροτηριάζων* consecravit; nempe sive simplex navis insigne, sive tutela, sive in prora sive in puppi, *παράσημον* est. Quod vero dicet vir doctissimus, cum ostendero parasemum navis fuisse, a quo nomen non habuit (anserculum enim aureum Luciani, qualis etiam in antiquis navibus visitur, pro parasemo, qua ratione nescio, non agnoscit), et tamen illam ipsam navem a tutela nomen habuisse? *Ἔπισημον* et *παράσημον* in hac re idem significare cum ex Strabone II. tum etiam Apollodoro apud Stephanum in voce *Ταυρόεις* patet: at Solem fuisse navis *ἐπίσημον*, Aesculapium autem tutorem, ab eoque nomen ei inditum, in Epistola Hippocratis ad Damagetum legimus: *Ἐξέπεμψα δέ σοι, φιλότης, ὡς ἀληθῶς τὴν Ἀσκληπιάδα νῆα, ἣ πρόσθες μετὰ τοῦ ἡλίου ἐπίσημον τὴν ὑγιείην*. Insigne huius navis Sol: nomen ab Aesculapio, qui sine dubio tutela. Non erat igitur cur viri docti Dioscuros tutelam fuisse navis Alexandrinae, qua D. Paulus Melita Syracusas vectus est, Act. Apost. XXVIII. 11. pernegarent, quia *παράσημον* dicitur: nullum enim est aliud nomen apud Graecos quod tutelam exprimat. Quicquid enim Latini sub duobus vocabulis, *insignis* sc. et *tutelae* intelligunt, id omne apud Graecos *παρασήμου* nomine exprimitur.

[v. 217. (211.) *ΑΛΛ' ΕΠΙ ΔΑΙΜΟΝΩΝ*. Ordo est: *Ἀλλά, πίσυνος θεοῖς, ὅτι βρόμιος νιφάδος ὁλοᾶς νιφομένης ἐν πύλαις, πρόδρομος ἦλθον ἐπὶ δαιμόνων ἀρχαῖα βρέτη*.]

[v. 218. *ΝΙΦΑΔΟΣ ΟΤ' ΟΛΟΑΣ ΝΙΦΟΜΕΝΗΣ*. Homerus, Iliad. *Μ'*. 278. in re simili,

Τῶνδ' ὥστε νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαὶ
Ἤματι χειμερίῳ, ὅτε τ' ὤρετο μητιέτα Ζεὺς
Νιφέμεν ἀνθρώποισι πιφαυσκόμενος τὰ ἃ κῆλα, κ. τ. λ.]

v. 222. *ΣΤΕΓΕΙΝ*. Scholiastes *Α'*. *ὑπομένειν* interpretatur, ut et Hesychius, *Στέγει· βαστάζει, ὑπομένει*. Verum hic

---

g) Salmas. Exercit. Plin. p. 403. *) Plut. Themistocl. c. XV.

στέγειν ponitur pro ἀποστέγειν, ut in Supplic. v. 141. ἆλα στέγων δορός.

v. 223. ΑΛΛ' ΟΥΝ ΘΕΟΥΣ. [Sc. πολισσούχους.] Narrat Scholiastes quod Troiani, cum expugnaretur civitas, deos viderint simulacra sua auferentes; quod et Sophoclem in *Xoanephoris* retulisse ait, Λέγουσι γὰρ ὅτι, ὅταν ἔμελλε πορθῆσθαι ἡ Τροία, ἐφάνησαν οἱ θεοὶ τοῖς Τρωσὶν, ἀνελόμενοι*) ἐκ τῶν ναῶν τὰ ἀγάλματα αὐτῶν. Atque iterum**), εἴρηται δὲ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξοανά. Tragoediam illam Sophoclis a viro diligentissimo I. Meursio in catalogo Sophocleo praetermissam obiter monemus. Huic vero commento accinit Euripides in Troad. v. 25. sub persona Neptuni,

> Λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον βωμούς τ' ἐμοὺς,
> Ἔρημα γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ,
> Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.

Et Virgilius II. 351.

> Excessere omnes, adytis arisque relictis,
> Dii quibus imperium hoc steterat. ——

Ad quem locum adi sis interpretes, praecipue Germanum Valentem Guellium.

[v. 227. (221.) ΑΣΤΥΔΡΟΜΟΥΜΕΝΑΝ. Trepidantibus civibus aut populabundis hostibus percussam.]

v. 230. ΠΕΙΘΑΡΧΙΑ ΓΑΡ. Sophocl. in Antig. v. 687.

> —— τῶν δ' ὀρθουμένων
> Σώζει τὰ πολλὰ σώματ' ἡ πειθαρχία.

v. 231. ΣΩΤΗΡΟΣ. Fortasse σωτήριος.

v. 232. ΕΣΤΙ ΘΕΟΙΣ. Citatur a Marcellino in vita Thucydidis h). [Ordo: Ἐν κακοῖσι δ' ὀρθοῖ πολλάκις τὰν ἀμήχανον νεφέλαν ἐκ χαλεπᾶς δύας κρημναμέναν ὑπερθ' ὀμμάτων. Nubes de impendente malo. Cic. de Aruspic. Respons. c. 3. *Tum vidi ac multo ante perspexi, quanta tempestas excitaretur, quam impenderet procella reipublicae.* Idem, in Catilin. Orat. IV. *Circumspicite omnes procellas, quae impendent, nisi providetis.*

v. 233. ΤΑΝ. Canterus τόν; non necessario.

v. 237. ΘΕΟΙΣΙΝ ΕΡΔΕΙΝ. Hesychius, Ἐρδόντων πλουτούντων (forte ποιούντων) θυόντων. Monet Eustathius ῥέζειν hac significatione solitarie positum ἐλλειπτικῶς dici; vero ἱερὰ ῥέζειν ἐντελῶς.

v. 238. ΞΟΝ Δ' ΑΥ ΤΟ ΣΙΓΑΙΝ. Sophocles hunc l cum imitatus,

> Ὁ δ' εἶπε πρός με βαῖ' ἀεὶ δ' ὑμνούμενα,
> Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

---

h) Marcellin p. 2. Duk. *) Sor. ἀνελόμενοι et mox αὐτῶν. **) ad v. 3

Aiax ad Teucrum, Ai. Flagell. v. 292. [Homer. Odyss. Λ. 558.

Μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.]

[v. 241. *ΤΙ ΤΑΔΕ ΝΕΜΕΣΙΣ ΣΤΥΓΕΙ.* Virg. Aen. IV. 349.

Quae tandem Ausonia Teucros considere terra
Invidia est.]

[v. 243. *ΚΑΚΟΣΠΛΑΓΧΝΟΥΣ. Timidos, excordes, Σπλάγχνον· ἢ καρδίαν· ἀφ' οὗ καὶ εὔσπλαγχνος ὁ εὐκάρδιος καὶ ἀνδρεῖος, ἄσπλαγχνος δὲ ὁ ἀκάρδιος καὶ δειλός.* De corde dici *σπλάγχνον* nimis notum. Aristophanes, Ranis, v. 868. *σπλάγχνα θερμαίνειν πρὸς ὀργήν.* Isidorus, Orig. XI. 1. *Viscera vitalia, id est, circumfusa cordi loca, quasi viscosa;* eo quod ibi vita, id est, anima continetur, inde ad affectus transfertur, quorum sedes cor est.]

[v. 244. *ΕΚΗΛΟΣ ΙΣΘΙ.* Hesych. *Ἔκηλος· ἡσυχος, πρᾶος. Quietus, mitis, placidus.* *Ἔκηλος* proprie is est, qui sese negotiis non interponit. Cui opponitur *περίεργος, φορτικός*, importunus; quales se Eteocli reddiderat chorus virginum.]

[v. 249. *ΑΡΠΑΛΙΖΕΤΕ.* Hesych. *Ἁρπαλίζομαι· ἀσμενῶς δέχομαι.*]

v. 250. *ΦΟΒΩι.* Alii *φόνῳ* melius.

[v. 252. *ΑΚΟΥ' ΑΓΑΝ.* Contra sternaces, quibus unumquodque magis videtur terribile quam re ipsa est. Vide ad v. 103. Seneca, vel quisquis est, in Thebaide, v. 397.

—— et si vera metuentes vident,
Infesta fulgent signa.

Neque timentibus solum hoc accidit, sed et iis qui affectione altera, timori contraria, laborant. Virg. Ecl. VIII. 108.

Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?]

v. 258. *ΟΥΚ ΕΣ ΦΘΟΡΟΝ ΣΙΓΩΣ' ΑΝΑΣΧΗΣΗι ΤΑΔΕ; Annon in malam rem tacitâ haec tolerabis?* Recte scholiastae *ἐς φθόρον* ut execrandi seu maledicendi formulam accipiunt, cuius generis sunt: *βάλλε εἰς μαχαίραν, ἐς κόρακας, ἐς ὄλεθρον.* Quae etiam absolute, sine verbo, enuntiantur: *ἐς μαχαίραν, ἐς κόρακας, ἐς ὄλεθρον.* Sed et istud *ἐς φθόρον* in Agamemnone etiam reperimus, v. 1276.

Ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ'. ——

[Callimachus, Hymn. II. 113.

Ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ Φθόρος, ἔνθα νέοιτο.]

[v. 266. *ΔΟΙΗΣ ΤΕΛΟΣ. Effectum dare.* Vel *munus, πρᾶγμα.* Ut Agamemn. v. 918.

Τόδ' ἐπέσταλται τέλος.]

v. 267. *ΛΕΓΟΙΣ ΑΝ ΩΣ ΤΑΧΙΣΤΑ.* Sophocles, Oedip. Tyran. v. 1516.

—— *λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.*

v. 274. *ΟΛΟΛΥΓΜΟΝ ΙΕΡΟΝ ΕΥΜΕΝΗ ΠΑΙΩΝΙΣΟΝ. Clamorem sacrum placabilem accinas.* Nonnullis video magis arridere *παιάνισον*, namque vox victrix animosa paean: sed mutatio est nihili. Radix est *παιάων*, inquit Eustathius[i]): hinc alii extrito *ω̄* fecere *παιάν*, alii extrito *ᾱ* fecere *παιών*; atque utcunque *παιᾶνα ᾄσαι* dicamus, non vero *παιῶνα ᾄσαι*, tamen promiscue auctores et *παιανίζω* et *παιωνίζω* usurpant. [Obiter notandus est lapsus lexicographi doctissimi. *Παιάν*, inquit, *pes metricus, quem duplicem esse scribit Cicero.* Fallitur V. Cl.; est enim hoc paeon, et ita apud Ciceronem legi debet.]

[Ibid. *ΕΥΜΕΝΗ.* Ab effectu; *εὐμενῆ* pro *εὐμενιστάν*, *placatum* pro *placatorio.*]

v. 278. *ΠΕΔΙΟΝΟΜΟΙΣ.* Virg. Georg. I. 21.

Diique Deaeque omnes, studium quibus arva tueri.

Propertius, III. 13. [k])

Diique Deaeque omnes, quibus est tutela per agros.

Vidi etiam Romae, inquit Fulvius Ursinus, ad Virgilii locum modo adductum, *basim marmoream, in qua Graecis literis incisum erat:*

ΝΟΜΙΟΙC ΘΕΟΙC
ΙΟΥΛΙΟC
ΜΑΙΟΡ
ΑΝΤΟΝΙΝΟC.]

v. 279. *ΟΥΔ' ΑΠ' ΙΣΜΗΝΟΥ ΛΕΓΩ.* Tmesis, *οὐδ' ἀπολέγω.* Quae sola interpretatio ex omnibus a scholiaste allatis veritati vicina.

v. 283. *ΘΗΣΕΙΝ ΤΡΟΠΑΙΑ.* Notatur Aeschylus a Scholiaste quasi tempus non recte observarit, *οὐδέπω γὰρ ἡ τῶν τροπαίων ὀνομασία κατὰ τὸν Ἐτεοκλέα.* Certum sane est vocem *τρόπαιον* Homeri temporibus multo posteriorem fuisse; a quo tamen, licet ipse nomen non noverit, veteres morem erigendi trophaea mutuati creduntur. Locus est ubi Ulysses exuvias Doloni iamiam expiranti detractas e vestigio Minervae dedicat *τῇ Λητῖδι*, Iliad. *Κ'*. 460.

Καὶ τά γ' Ἀθηναίῃ Λητῖδι δῖος Ὀδυσσεὺς
Ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρί ——

Atque hinc Alexander Homeri imprimis studiosus, post primam in Asia partam victoriam, CCC armaturas Persicas do-

---

i) Eustath. ad Iliad. XXII. p. 1275, 40. et alibi. k) Propert. III, 13, 41.

no Palladi misit. Arrian. I. 17. *Ἀποπέμπει δὲ καὶ εἰς Ἀθήνας τριακοσίας πανοπλίας Περσικὰς, ἀνάθημα εἶναι τῇ πόλει.* Si itaque in hoc erratum fuerit Aeschylo, necesse est ut fateamur Euripidem pariter errasse, Phoeniss. v. 675. ubi Iocasta ait:

—— *τρόπαια πῶς ἀναστήσεις δορός;*

pariter et castigatissimum scriptorem Virgilium, apud quem Aeneas quercui, ut Ulysses *μυρίκῃ*, (Aen. XI. 6.)

—— fulgentiaque induit arma,
Mezentii ducis exuvias; tibi magne tropheum
Bellipotens. ——

Multo magis errasse dicendum erit eos, qui gesta Herculis et Heraclidarum, cum illi ante bellum Thebanum vixerint, describentes, eandem vocem usurpant; inter hos tamen recensendus Euripides, qui in Heraclidis, v. 936.

Ὕλλος μὲν οὖν (inquit) *ὅ,τ' ἐσθλὸς Ἰόλεως βρέτας*
Διὸς τροπαίου καλλίνικον ἔστασαν.

Iupiter *Τρόπαιος* dictus ut *Τροπαιοῦχος* Dionysio l), quod ei dedicarentur capta ab hostibus spolia in trophaei modum composita. Et Lycophron, v. 1327.

Σὺν θηρὶ βλώσας τῷ σπάσαντι δηΐας
Μύστῃ Τροπαίας μαστὸν εὐθηλον θεᾶς.

Quibus verbis innuit Herculem puerum ubera Iunonis suxisse. Schol. *Τροπαίας· τῆς Ἥρας· παρ' ὅσον καὶ αὐτῇ οἱ νικῶντες, ὥσπερ τῷ Διὶ, τρόπαιον ἀνετίθεντο.* Neque aliter Etymologus m) et Phavorinus n). Sed quod Aeschylo obiicit Scholiastes, ex mera *λογομοχίᾳ* ortum est: nam ipsum trophaeorum erigendi modum bello Thebaico longe vetustiorem fuisse, mox ostendemus. [Ita Philistaei, Israelitarum exercitu fugato, veniunt die proximo, *ἐκδιδύσκειν τοὺς νεκρούς.* I. Sam. XXXI. 8. Atque inventum Saulis cadaver armis spoliant, et *ἀνέθηκαν τὰ σκεύη αὐτοῦ*, arma sc. (vid. quae ad v. 321.) *εἰς τὸ Ἀσταρτεῖον.* Eodem plane modo Mardonii acinaces et Masistii thorax, ab interfectis detracti, diis dedicabantur. De acinace Mardonii Dion. Chrysost. de Reg. Orat. II. p. 26. ubi urbem Atheniensium beatam esse ait, non propter sumptum aut magnificentiam, sed propter res gestas a maioribus, uptote *τὸν ἀκινάκην τοῦ Μαρδονίου πολὺ σεμνότερον καὶ κρεῖττον ἀνάθημα ἔχουσαν.* Et Pausanias cum thorace Masistii, Persarum equitum ducis, acinacem Mardonii agnoscit, in Atticis, I. 27. *Λάφυρα δὲ ἀπὸ Μήδων, Μασιστίου θώραξ.... καὶ ἀκινάκης Μαρδονίου λεγόμενος εἶναι.* Cum autem Pausanias *λεγόμενος εἶναι* dixit, significat se dubitare, an Medus ille acinaces Mardonii fuerit. Thoracem quidem Masistii fuisse non dubitat,

l) Dionys. Hal. Ant. Rom. II, 34.
m) Etym. p. 769, 13.
n) Phavor. p. 709.

quia ab Atheniensium equitatu interfectus est: illius igitur thoracem in eorum potestatem venisse non erat dubitandum. At de Mardonio alia plane ac contraria ratio est: nam interprete Amasaeo *Mardonius in acie contra Lacedaemonios militans a Spartano milite est interfectus, eius igitur acinacem aut omnino non sustulissent Lacedaemonii, aut sublatum Atheniensibus non concessissent.* Quae quidem verba nec quod voluit auctor ostendunt, nec omnino quicquam rationis in se habent, et Sylburgium, qui toties Amasaeum correxit, solita hic plane fugit diligentia. Verba auctoris sunt: *Μασίστιον μὲν δὴ τελευτήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων· Μαρδονίου δὲ μαχησαμένου Λακεδαιμονίοις ἐναντία καὶ ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος, οὐδ' ἂν ἐπεδέξαντο ἀρχὴν, οὐδὲ ἴσως Ἀθηναίοις παρῆκαν φέρεσθαι Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀκινάκην.* Quae quidem verba recte intellecta hanc nobis mentem auctoris exhibent: Masistium quidem ab Atheniensium equitatu interemptum scimus (adeoque eius thoracem fuisse verisimillimum est). Cum autem Mardonius in acie contra Lacedaemonios dimicarit, et a milite Spartano interfectus sit, nec primo Atheniensis sustulisse, nec Atheniensibus Lacedaemonios concessisse credibile est, adeoque Mardonii fuisse acinacem non videtur.

Eundem in Palaestina morem ab ipso Dei populo observatum legimus. Ita David gladium Goliae Deo in tabernaculo consecravit. *Caput victi*, inquit Sulpitius Severus, Hist. I. 60. *et spolia abstulit, gladium postea in templum posuit.* Neque ensem tantum, sed et caput Goliae pariter dedicasse putavit Basilius Seleuciensis, Orat. XV. et Hieronymus arma etiam reliqua fuisse consecrata. Uterque ex I. Sam. XVII. 54. *Assumens autem David caput Philistaei attulit illud in Ierusalem; arma vero eius posuit in tabernaculo suo.* Ad quem locum D. Hieronymus in traditionibus Hebr.: *Arma vero eius*, i. e. Philistaei, *non est intelligendum quod in suo posuerit tabernaculo, sed in tabernabulo Dei; de quo tabernaculo postea haec ab Abimelech sacerdote suscepit.* Quod de ense quidem verissimum esse extra omne dubium est. Ita enim Abimelechius ipse loquitur, I. Sam. XXI. 9. Ut Iosephi verbis utar Antiq. Iud. VI. 12. *ἀνὰ δὲ τὴν Γολιάθου ῥομφαίαν, ἣν ἀποκτείνας τὸν Παλαιστῖνον αὐτὸς ἀνεθείη τῷ θεῷ.* Neque aliter intelligendum est de armis aureis II. Sam. VIII. 7. quae Septuaginta interpretes *χλιδῶνας*, Aquila *κλαίους* vocant: *Et tulit David arma aurea, quae habebant servi Adadezer, et detulit ea in Ierusalem.* Licet enim Hebr. simpliciter dicat וַיָּבִיאוּ יְרוּשָׁלִָם et Septuaginta *ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς Ἰερουσαλήμ*, recte tamen Iosephus haec arma Deo dedicata *ἀνατεθέντα* dicit, VII. 5. *Τάς τε χρυσᾶς φαρέτρας καὶ τὰς παναπλίας ἃς οἱ τοῦ Ἀδάδου σωματοφύλακες ἐφόρουν, ἀνέθηκε τῷ Θεῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.*

Ibid. *ΠΟΛΕΜΙΩΝ Σ' ΕΣΘΗΜΑΤΑ.* Mortuis spolia detrahere Graeci *συλᾶν* proprie dicunt. Hom. Iliad. Κ'. 88

Ἢ τῶν συλήσων νεκύων κατατεθνειώτων.

ἀντὶ τοῦ ἐκδύσων κατὰ τοὺς παλαιούς, ut inquit Eustathius o): Ita *συλᾷ, ἐκδύει*. Et rursus, *συλᾶν, γυμνοῦν*. Schol. *ἀπεγύμνουν*. Ita Glossa vet. *Spoliarium*, *ἀποδυτήριον*. Nec aliunde Latinis *exuviae* quasi ab *exuendo* dictae. Claud. XXXVI. 348.

—— hos onerat ramos exutus Ophion:

id est, exuviae Ophionis. Hesych. qui obiter emendandus, *Συλλαβὰς ὁδοῦ· τοὺς συλῶντας καὶ ἐκδύοντας*. Lege *Συλητάς*. Cui errori similis est plane apud Etymologicum p) eodem negotio eximendus. *Σύλαι· αἱ συλλήψεις*. Lege *συλήσεις*.

v. 284. *ΑΓΝΟΙΣ ΔΟΜΟΙΣ*. Antiquissimum morem fuisse spolia hostium in Deorum templis suspendendi, observat Eustathius in Iliad. *H'*. p. 666. l. 33. *Τὸ δὲ ἐν ναοῖς κρεμᾶν τὰ σκῦλα τῶν νενικημένων ἔθος ἦν ἀρχαῖον. Καὶ δηλοῖ αὐτὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινισσαῖς, καὶ ὁ κωμικὸς δὲ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι.* Euripidis verba haec sunt, Phoeniss. v. 571.:

Καὶ [χεὶς] σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς;
Θήβας πυρώσας τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
Ἀσπίδας ἔθηκε. ——

Atque etiam Phoeniss. v. 1481.

—— *ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,*
Οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἱστασαν βρέτας,
Οἱ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
Σκυλεύμαι' εἷσω τειχέων ἐπέμπομεν.

Aristophanis vero haec, in Equit. v. 842.:

Ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου τι λοιπόν.

Ad quae verba Scholiastes: *Πάλιν ὁ Κλέων τὰ περὶ Πύλον θρυλλεῖ καὶ Σφακτηρίαν καὶ τὰ τῶν αἰχμαλώτων. Ἔθος δὲ ἦν, τὰ ἀπὸ τῶν πολέμιων* (lego *πολεμίων* ex Suida, qui haec Scholiastae verba in collectanea sua transtulit, in *Ἐμοὶ δὲ τοιοῦτον, κ. τ. λ.*) *ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατιθέναι. Ἕως οὖ, φησὶν, ἀνάκειται ἀπὸ Πύλου καὶ Σφακτηρίας ὅπλα, ἅπερ ἀνέθηκα τοῖς θεοῖς νικήσας, οὐδεὶς τῶν ἐχθρῶν τολμήσει κατ' ἐμοῦ λέγειν.* Graviter igitur lapsus est Vir Cl. Ioannes Meursius, qui verba haec Scholiastae adduxit, ut in more positum veteribus fuisse, cum militia se abdicarent, arma sua in Deorum templis suspendere, ostenderet. At nihil minus Scholiastes intellexit, qui morem illum spolia hostium consecrandi clarissime expressit. Notissima est ex Thucydide q) historia de Lacedaemoniis ad Pylum et Sphacteriam insulam a Cleone, Atheniensi duce,

---

o) Apud Eust. p. 813, 24. haec verba non extant; cf. tamen p. 625, 48. 666, 20.

p) Etym. p. 734, 2.

q) Thuc. IV, 30.

captis. Hunc Cleonem scutis Lacedaemoniorum dedicatis gloriantem comicus introducit, se inimicorum omnium ora facillime obturatum ire. Morem hunc recte dixit antiquum Eustathius; nam et ante Thebani belli tempora templum Pici antiqui Latinorum regis spoliis hostium ornatum describit veterum rituum observantissimus Maro, Aeneid. VII. 183.

> Multaque praeterea sacris in postibus arma,
> Captivi pendent currus, curvaeque secures
> Et cristae capitum, et portarum ingentia claustra,
> Spiculaque clypeique, ereptaque rostra carinis.

Et de Sesostre, antiquissimo Aegyptiorum rege, qui post novem annorum expeditionem, qua Asiam subegit omnem una cum parte Europae, excitatis ubique monumentis gentium a se devictarum, amplissima cum praeda domum revertit, Diodor. I. 55. *Τὰ μὲν ἱερὰ πάντα τὰ κατ' Αἴγυπτον ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις καὶ σκύλοις ἐκόσμησε.* [Quin et huius generis fuisse *ἀναθήματα* illa templi Hierosolymitani, quorum meminit D. Lucas XXI. 5. persuasum mihi habeo, licet qualia ea fuerint non est a quopiam hactenus satis aperte demonstratum. Theophylactus ad h. l. putat haec illa ipsa fuisse templi ornamenta, quae ex ipso Dei praecepto formata ad divinum cultum pertinebant, de quibus agitur I. Reg. VI.: *Οἶμαι δὲ τὰ τορευτὰ ἐκεῖνα καὶ γλυπτὰ λέγειν οἷον φοίνικας καὶ χερουβίμ. Ταῦτα γὰρ ἴσως τὰ ἀναθήματα.* Fortassis inquit, adeo timide pronuntiat. Verum omnino verisimile non est, ea quae ad templum a prima institutione pertinuerunt, ipsiusque quasi partes fuere, hic intelligi. Et Hecataeus post templum secundum conditum testatus est nullum in eo *ἀνάθημα* fuisse. *Ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀνάθημα τὸ παράπαν.* Iosephus contra Apion. I. 22. Quaenam igitur aut unde haec donaria? Primo quidem post aetatem Hecataei Ptolemaeus Philadelphus templum Hierosolymitanum donariis ornavit, quorum cum catalogum nobis Iosephus Antiq. XII. 2. recensuisset *ταῦτα μέν*, inquit, *τὰ πεμφθέντα εἰς Ἱεροσόλυμα ὑπὸ Πτολεμαίου ἀναθήματα.* Non tamen haec erant quae Apostoli spectabant quae Lucas voluit, omnia enim ea Antiochus Illustris abstulit. Ioseph. Antiq. XII. 5. *Χρυσὸν γὰρ ἑώρα πολὺν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ τὸν τῶν ἀναθημάτων κόσμον πολυτελέστατον· ἵνα συλήσῃ τοῦτον, ὑπέμεινε τὰς πρὸς ἐκείνους αὐτῷ σπονδὰς παραβῆναι.* Et qui Philadelpho successit Ptolemaeus Euergetes, cum universam Asiam armis obtinuisset, Deo Israelitarum sacrificavit, plurimaque donaria in templo Hierosolymitano dedicavit, Iosephi contr. Apion. II. 5. *Οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν, ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα πολλὰς ὡς ἦν νόμιμόν ἐστιν ἀπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ, καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια.* Alia post haec donaria erant, quorum unum pulcherrimum quidem Aristobulus Pompeio donavit, et i

Iovis Capitolini templo dedicatum est, ut testantur Strabo r) et Iosephus. Reliqua vero, quae Pompeii continentia reliquit, avaritia Crassi Cassiique expilavit. Cum Herodes templum restauravit, ipse vite alia, in illius locum quam Aristobulus Pompeio donaverat, pulcherrimo donario locupletavit. Et de Augusto Philo, Legat. ad Caium. p. 1014. *Ὥστε μονονοὺ πανοίκιος ἀναθημάτων πολυτελείαις τὸ ἱερὸν ἡμῶν ἐκόσμησε.* Quippe non tantum Caesar ipse, sed plurimi ex eius familia donariis templum ornaverant locupletaverantque. Et Ioseph. de Bell. Iud. VI. 37. *ἀκροθινίων* meminit ab Augusto et ab uxore eius dedicatione. Nam et de Iulia Augusta legimus apud Philon. Legat. p. 1036. *Ἰουλία Σεβαστὴ κατεκόσμησε τὸν ναὸν χρυσοῦς φιάλαις καὶ σπονδείοις, καὶ ἄλλων ἀναθημάτων πολυτελεστάτων πλήθει.* Imperatores enim Romani templum Hierosolymitanum semper ornaverant. Ioseph. De Bell. Iud. VI. 37. Et de M. Agrippa: *Ἀναθήμασι δὲ κοσμήσας ὅσον ἐξῆν τὸ ἱερόν.* De his igitur talibusque donariis, quae a Cyro interprete Corbane vocantur, loqui discipulos volunt, quod talia in gazophylacio asservabantur, a quo Christus iam exibat, ubi et *observabat eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites*, Luc. XXI. 1. Verum pace tantorum virorum, neque haec dona sacra fuisse, de quibus agunt discipuli, puto; erant enim illa in apothecis posita, in thesauris recondita, quae nunc gazophylacia nunc *ποσοφόρια* nunc *ἔξεδραι* vocantur. At vero gazophylacium, in cuius conspectu Christus iam sedebat, nihil aliud fuisse videtur quam arca quaedam et reconditorium temporarium, in quod quotidie pii ex Iudaeis aliquod pecuniae coniecerunt, ubi *ὁ ὄχλος ἔβαλλε χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.* Marc. XII. 41. Praeterea ea de quibus Apostoli loquuntur intuenti templum apparuere. *Egressus enim Iesus de templo ibat*, inquit D. Matthaeus, XXIV. 1., et cum iam erat extra templum constitutus, ait ei unus ex discipulis suis, *aspice quales lapides et quales structurae*, D. Marc. XIII. 1. Vel quod eodem recidit, dicentibus quibusdam de templo *ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται*, de ornamento aliquo templi loquitur, quod in oculos ambulantium incurrebat, quod ipsi structura inerat, aut aderat quod parietibus, ut ex Christi responso satis patet. Videtis haec omnia? et *ταῦτα ἃ θεωρεῖτε*, haec ipsa quae vobis aspicientibus tam pulchra atque ornata videntur. De illis igitur locuti sunt, quae vel ex templo egredientibus vel retrospicientibus erant ante oculos posita, ad ornatum maiestatemque templi facientia. Haec autem mihi videntur fuisse *ἀκροθίνια*, sc. ex bello, ex spoliis *ἀναθήματα*. Herodes enim, ut templum de novo aedificavit, lapidibusque mirae pulchritudinis quantitatisque per-

---

r) Strab. XVI, 524. Cas.

στέγειν ponitur pro ἀποστέγειν, ut in Supplic. v. 141. ἅλα στέγων δορός.

v. 223. ΑΛΛ' ΟΥΝ ΘΕΟΥΣ. [Sc. πολισσούχους.] Narrat Scholiastes quod Troiani, cum expugnaretur civitas, deos viderint simulacra sua auferentes; quod et Sophoclem in *Xoanephoris* retulisse ait, Λέγουσι γὰρ ὅτι, ὅταν ἔμελλε πορθηθῆναι ἡ Τροία, ἐφάνησαν οἱ θεοὶ τοῖς Τρωσὶν, ἀνελώμενοι*) ἐκ τῶν ναῶν τὰ ἀγάλματα αὐτῶν. Atque iterum**), εἴρηται δὲ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξοανά. Tragoediam illam Sophoclis a viro diligentissimo I. Meursio in catalogo Sophocleo praetermissam obiter monemus. Huic vero commento accinit Euripides in Troad. v. 25. sub persona Neptuni,

> Λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον βωμούς τ' ἐμοὺς,
> Ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ,
> Νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.

Et Virgilius II. 351.

> Excessere omnes, adytis arisque relictis,
> Dii quibus imperium hoc steterat. ——

Ad quem locum adi sis interpretes, praecipue Germanum Valentem Guellium.

[v. 227. (221.) ΑΣΤΥΔΡΟΜΟΥΜΕΝΑΝ. Trepidantibus civibus aut populabundis hostibus percussam.]

v. 230. ΠΕΙΘΑΡΧΙΑ ΓΑΡ. Sophocl. in Antig. v. 687.

> —— τῶν δ' ὀρθουμένων
> Σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.

v. 231. ΣΩΤΗΡΟΣ. Fortasse σωτήριος.

v. 232. ΕΣΤΙ ΘΕΟΙΣ. Citatur a Marcellino in vita Thucydidis h). [Ordo: Ἐν κακοῖσι δ' ὀρθοῖ πολλάκις τὰν ἀμήχανον νεφέλαν ἐκ χαλεπᾶς δύας κρημναμέναν ὕπερθ' ὀμμάτων. Nubes de impendente malo. Cic. de Aruspic. Respons. c. 3. *Tum vidi ac multo ante perspexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipublicae.* Idem, in Catilin. Orat. IV. 2. *Circumspicite omnes procellas, quae impendent, nisi providetis.*

v. 233. ΤΑΝ. Canterus τόν; non necessario.

v. 237. ΘΕΟΙΣΙΝ ΕΡΔΕΙΝ. Hesychius, Ἐρδόντων πλουτούντων (forte ποιούντων) θυόντων. Monet Eustathius ῥέζειν hac significatione solitarie positum ἐλλειπτικῶς dici; at vero ἱερὰ ῥέζειν ἐντελῶς.

v. 238. ΣΟΝ Δ' ΑΥ ΤΟ ΣΙΓΑΙΝ. Sophocles hunc locum imitatus,

> Ὁ δ' εἶπε πρός με βαί' ἀεὶ δ' ὑμνούμενα,
> Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει.

---

h) Marcellin p. 2. Duk. *) Scr. ἀνελόμενοι et mox αὐτῶν. **) ad v. 3[illegible]

Aiax ad Teomessam, Ai. Flagell. v. 292. [Homer. Odyss. Α. 358.

Μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.]

[v. 241. ΤΙ ΤΑΔΕ ΝΕΜΕΣΙΣ ΣΤΥΓΕΙ. Virg. Aen. IV. 349.

Quae tandem Ausonia Teucros considere terra
Invidia est.]

[v. 243. ΚΑΚΟΣΠΛΑΓΧΝΟΥΣ. *Timidos, excordes.* Σπλάγχνον· ἡ καρδία· ἀφ' οὗ καὶ εὔσπλαγχνος ὁ εὐκάρδιος καὶ ἀνδρεῖος, ἄσπλαγχνος δὲ ὁ ἀκάρδιος καὶ δειλός. De corde dici σπλάγχνον nimis notum. Aristophanes, Ranis, v. 868. σπλάγχνα θερμαίνειν πρὸς ὀργήν. Isidorus, Orig. XI. 1. *Viscera vitalia, id est, circumfusa cordi loca, quasi viscosa;* eo quod ibi vita, id est, anima continetur, inde ad affectus transfertur, quorum sedes cor est.]

[v. 244. ΕΚΗΛΟΣ ΙΣΘΙ. Hesych. Ἔκηλος· ἥσυχος, πρᾶος. *Quietus, mitis, placidus.* Ἔκηλος proprie is est, qui sese negotiis non interponit. Cui opponitur περίεργος, φορτικός, importunus; quales se Eteocli reddiderat chorus virginum.]

[v. 249. ΑΡΠΑΛΙΖΕΤΕ. Hesych. Ἁρπαλίζομαι· ἀσμενῶς δέχομαι.]

v. 250. ΦΟΒΩι. Alii φόνῳ melius.

[v. 252. ΑΚΟΥ' ΑΓΑΝ. Contra sternaces, quibus unumquodque magis videtur terribile quam re ipsa est. Vide ad v. 103. Seneca, vel quisquis est, in Thebaide, v. 397.

—— et si vera metuentes vident,
Infesta fulgent signa.

Neque timentibus solum hoc accidit, sed et iis qui affectione altera, timori contraria, laborant. Virg. Ecl. VIII. 108.

Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?]

v. 258. ΟΥΚ ΕΣ ΦΘΟΡΟΝ ΣΙΓΩΣ' ΑΝΑΣΧΗΣΗι ΤΑΔΕ; *Annon in malam rem tacita haec tolerabis?* Recte scholiastae ἐς φθόρον ut execrandi seu maledicendi formulam accipiunt, cuius generis sunt: βάλλε εἰς μακαρίαν, ἐς κόρακας, ἐς ὄλεθρον. Quae etiam absolute, sine verbo, enuntiantur: ἐς μακαρίαν, ἐς κόρακας, ἐς ὄλεθρον. Sed et istud ἐς φθόρον in Agamemnone etiam reperimus, v. 1276.

Ἴτ' ἐς φθόρον πεσόντ'. ——

[Callimachus, Hymn. II. 113.

Ὁ δὲ Μῶμος, ἵν' ὁ Φθόρος, ἔνθα νέοιτο.]

[v. 266. ΔΟΙΗΣ ΤΕΛΟΣ. *Effectum dare.* Vel *munus,* πρᾶγμα. Ut Agamemn. v. 918.

Τόδ' ἐπέσταλται τέλος.]

v. 267. *ΛΕΓΟΙΣ ΑΝ ΩΣ ΤΑΧΙΣΤΑ.* Sophocles, Oedip. Tyran. v. 1516.

—— *λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.*

v. 274. *ΟΛΟΛΥΓΜΟΝ ΙΕΡΟΝ ΕΥΜΕΝΗ ΠΑΙΩΝΙΣΟΝ. Clamorem sacrum placabilem accinas.* Nonnullis video magis arridere *παιάνισσον*, namque vox victrix animosa paean: sed mutatio est nihili. Radix est *παιάων*, inquit Eustathius[i]): hinc alii extrito *ω̄* fecere *παιάν*, alii extrito *ᾱ* fecere *παιών*; atque utcunque *παιᾶνα ᾄσαι* dicamus, non vero *παιῶνα ᾄσαι*, tamen promiscue auctores et *παιανίζω* et *παιωνίζω* usurpant. [Obiter notandus est lapsus lexicographi doctissimi. *Παιών*, inquit, *pes metricus, quem duplicem esse scribit Cicero.* Fallitur V. Cl.; est enim hoc paeon, et ita apud Ciceronem legi debet.]

[Ibid. *ΕΥΜΕΝΗ.* Ab effectu; *εὐμενῆ* pro *εὐμενιστικόν*, *placatum* pro *placatorio.*]

v. 278. *ΠΕΔΙΟΝΟΜΟΙΣ.* Virg. Georg. I. 21.

Diique Deaeque omnes, studium quibus arva tueri.

Propertius, III. 13. [k])

Diique Deaeque omnes, quibus est tutela per agros.

Vidi etiam Romae, inquit Fulvius Ursinus, ad Virgilii locum modo adductum, *basim marmoream, in qua Graecis literis incisum erat:*

ΝΟΜΙΟΙC ΘΕΟΙC
ΙΟΥΛΙΟC
ΜΑΙΟΡ
ΑΝΤΟΝΙΝΟC.]

v. 279. *ΟΥΔ' ΑΠ' ΙΣΜΗΝΟΥ ΛΕΓΩ.* Tmesis, *οὐδ' ἀπολέγω.* Quae sola interpretatio ex omnibus a scholiaste *f.* allatis veritati vicina.

v. 283. *ΘΗΣΕΙΝ ΤΡΟΠΑΙΑ.* Notatur Aeschylus a Scholiaste quasi tempus non recte observarit, *οὐδέπω γὰρ ἦν τῶν τροπαίων ὀνομασία κατὰ τὸν Ἐτεοκλέα.* Certum sane est vocem *τρόπαιον* Homeri temporibus multo posteriorem fuisse; a quo tamen, licet ipse nomen non noverit, veteres morem erigendi trophaea mutuati creduntur. Locus est ubi Ulysses exuvias Doloni iamiam expiranti detractas e vestigio Minervae dedicat *τῇ Λητίδι*, Iliad. *K*. 460.

Καὶ τά γ' Ἀθηναίῃ Λητίδι δῖος Ὀδυσσεὺς
Ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρί ——

Atque hinc Alexander Homeri imprimis studiosus, post primam in Asia partam victoriam, CCC armaturas Persicas do-

---

i) Eustath. ad Iliad. XXII. p. 1275, 40. et alibi. k) Propert. III, 13, 41.

no Palladi misit. Arrian. I. 17. *Ἀποπέμπει δὲ καὶ εἰς Ἀθήνας τριακοσίας πανοπλίας Περσικὰς, ἀνάθημα εἶναι τῇ πόλει.* Si itaque in hoc erratum fuerit Aeschylo, necesse est ut fateamur Euripidem pariter errasse, Phoeniss. v. 675. ubi Iocasta ait:

—— *τρόπαια πῶς ἀναστήσεις δορός;*

pariter et castigatissimum scriptorem Virgilium, apud quem Aeneas quercui, ut Ulysses *μυρίκῃ*, (Aen. XI. 6.)

—— fulgentiaque induit arma,
Mezentii ducis exuvias; tibi magne trophaeum
Bellipotens. ——

Multo magis errasse dicendum erit eos, qui gesta Herculis et Heraclidarum, cum illi ante bellum Thebanum vixerint, describentes, eandem vocem usurpant; inter hos tamen recensendus Euripides, qui in Heraclidis, v. 936.

Ὕλλος μὲν οὖν (inquit) *ὅ,τ' ἐσθλὸς Ἰόλεως βρέτας*
Διὸς τροπαίου καλλίνικον ἔστασαν.

Iupiter *Τρόπαιος* dictus ut *Τροπαιοῦχος* Dionysio [l]), quod ei dedicarentur capta ab hostibus spolia in trophaei modum composita. Et Lycophron, v. 1327.

Σὺν θηρὶ βλώξας τῷ σπάσαντι δηΐας
Μύστῃ Τροπαίας μαστὸν εὐθήλου θεᾶς.

Quibus verbis innuit Herculem puerum ubera Iunonis suxisse. Schol. *Τροπαίας· τῆς Ἥρας· παρ' ὅσον καὶ αὐτῇ οἱ νικῶντες, ὥσπερ τῷ Διὶ, τρόπαιον ἀνετίθεντο.* Neque aliter Etymologus [m]) et Phavorinus [n]). Sed quod Aeschylo obiicit Scholiastes, ex mera *λογομοχίᾳ* ortum est: nam ipsum trophaeorum erigendi modum bello Thebaico longe vetustiorem fuisse, mox ostendemus. [Ita Philistaei, Israelitarum exercitu fugato, veniunt die proximo, *ἐκδιδύσκειν τοὺς νεκρούς.* I. Sam. XXXI. 8. Atque inventum Saulis cadaver armis spoliant, et *ἀνέθηκαν τὰ σκεύη αὐτοῦ*, arma sc. (vid. quae ad v. 321.) *εἰς τὸ Ἀσταρτεῖον.* Eodem plane modo Mardonii acinaces et Masistii thorax, ab interfectis detracti, diis dedicabantur. De acinace Mardonii Dion. Chrysost. de Reg. Orat. II. p. 26. ubi urbem Atheniensium beatam esse ait, non propter sumptum aut magnificentiam, sed propter res gestas a maioribus, uptote *τὸν ἀκινάκην τοῦ Μαρδονίου πολὺ σεμνότερον καὶ κρεῖττον ἀνάθημα ἔχουσαν.* Et Pausanias cum thorace Masistii, Persarum equitum ducis, acinacem Mardonii agnoscit, in Atticis, I. 27. *Λάφυρα δὲ ἀπὸ Μήδων, Μασιστίου θώραξ.... καὶ ἀκινάκης Μαρδονίου λεγόμενος εἶναι.* Cum autem Pausanias *λεγόμενος εἶναι* dixit, significat se dubitare, an Medus ille acinaces Mardonii fuerit. Thoracem quidem Masistii fuisse non dubitat,

---

l) Dionys. Hal. Ant. Rom. II, 34.
m) Etym. p. 769, 13.
n) Phavor. p. 709.

quia ab Atheniensium equitatu interfectus est: illius igitur thoracem in eorum potestatem venisse non erat dubitandum. At de Mardonio alia plane ac contraria ratio est: nam interprete Amasaeo *Mardonius in acie contra Lacedaemonios militans a Spartano milite est interfectus, eius igitur acinacem aut omnino non sustulissent Lacedaemonii, aut sublatum Atheniensibus non concessissent.* Quae quidem verba nec quod voluit auctor ostendunt, nec omnino quicquam rationis in se habent, et Sylburgium, qui toties Amasaeum correxit, solita hic plane fugit diligentia. Verba auctoris sunt: *Μασίστιον μὲν δὴ τελευτήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων· Μαρδονίου δὲ μαχομένου Λακεδαιμονίοις ἐναντία καὶ ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος, οὐδ' ἂν ἐπεδέξαντο ἀρχὴν, οὐδὲ ἴσως Ἀθηναίοις παρῆκαν φέρεσθαι Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀκινάκην.* Quae quidem verba recte intellecta hanc nobis mentem auctoris exhibent: Masistium quidem ab Atheniensium equitatu interemptum scimus (adeoque eius thoracem fuisse verisimillimum est). Cum autem Mardonius in acie contra Lacedaemonios dimicarit, et a milite Spartano interfectus sit, nec primo Atheniensis sustulisse, nec Atheniensibus Lacedaemonios concessisse credibile est, adeoque Mardonii fuisse acinacem non videtur.

Eundem in Palaestina morem ab ipso Dei populo observatum legimus. Ita David gladium Goliae Deo in tabernaculo consecravit. *Caput victi*, inquit Sulpitius Severus, Hist. I. 60. *et spolia abstulit, gladium postea in templum posuit.* Neque ensem tantum, sed et caput Goliae pariter dedicasse putavit Basilius Seleuciensis, Orat. XV. et Hieronymus arma etiam reliqua fuisse consecrata. Uterque ex I. Sam. XVII. 54. *Assumens autem David caput Philistaei attulit illud in Ierusalem; arma vero eius posuit in tabernaculo suo.* Ad quem locum D. Hieronymus in traditionibus Hebr.: *Arma vero eius*, i. e. Philistaei, *non est intelligendum quod in suo posuerit tabernaculo, sed in tabernabulo Dei; de quo tabernaculo postea haec ab Abimeleth sacerdote suscepit.* Quod de ense quidem verissimum esse extra omne dubium est. Ita enim Abimelechus ipse loquitur, I. Sam. XXI. 9. Ut Iosephi verbis utar Antiq. Iud. VI. 12. *ἀνέθηκα δὲ τὴν Γολιάθου ῥομφαίαν, ἣν ἀποκτείνας τὸν Παλαιστῖνον αὐτὸς ἀνατιθείη τῷ θεῷ.* Neque aliter intelligendum est de armis aureis II. Sam. VIII. 7. quae Septuaginta interpretes *χλιδῶνας*, Aquila *κλαίους* vocant: *Et tulit David arma aurea, quae habebant servi Adadezer, et detulit ea in Ierusalem.* Licet enim Hebr. simpliciter dicat וימיאם ירושלם et Septuaginta *ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς Ἰερουσαλήμ*, recte tamen Iosephus haec arma Deo dedicata *ἀνατεθέντα* dicit, VII. 5. *Τάς τε χρυσᾶς φαρέτρας καὶ τὰς παναπλίας ἃς οἱ τοῦ Ἀδάδου σωματοφύλακες ἐφόρουν, ἀνέθηκε τῷ Θεῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.*

Ibid. *ΠΟΛΕΜΙΩΝ Σ' ΕΣΘΗΜΑΤΑ.* Mortuis spolia detrahere Graeci *συλᾶν* proprie dicunt. Hom. Iliad. Κ'. 387

Ἢ τινα συλήσων νεκύων κατακεθνειώτων.

ἀντὶ τοῦ ἐκδύσων κατὰ τοὺς παλαιούς, ut inquit Eustathius o): Ita *συλᾷ, ἐκδύει.* Et rursus, *συλᾶν, γυμνοῦν.* Schol. *ἀπεγύμνουν.* Ita Glossa vet. *Spoliarium*, *ἀποδυτήριον.* Nec aliunde Latinis *exuviae* quasi ab *exuendo* dictae. Claud. XXXVI. 348.

—— hos onerat ramos exutus Ophion:

id est, exuviae Ophionis. Hesych. qui obiter emendandus, *Σκλαβὰς ὁδοῦ· τοὺς συλῶντας καὶ ἐκδύοντας.* Lege *Συλητάς.* Cui errori similis est plane apud Etymologicum p) eodem negotio eximendus. *Σύλαι· αἱ συλλήψεις.* Lege *συλήσεις.*

v. 284. *ΑΓΝΟΙΣ ΔΟΜΟΙΣ.* Antiquissimum morem fuisse spolia hostium in Deorum templis suspendendi, observat Eustathius in Iliad. *H'*. p. 666. l. 33. *Τὸ δὲ ἐν ναοῖς κρεμᾶν τὰ σκῦλα τῶν νενικημένων ἔθος ἦν ἀρχαῖον. Καὶ δηλοῖ αὐτὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινισσαῖς, καὶ ὁ κωμικὸς δὲ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι.* Euripidis verba haec sunt, Phoeniss. v. 571.:

Καὶ [χεὶς] σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς;
Θήβας πυρώσας τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
Ἀσπίδας ἔθηκε. ——

Atque etiam Phoeniss. v. 1481.

—— *ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,*
Οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἱστασαν βρέτας,
Οἱ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
Σκυλεύματ' εἴσω τειχέων ἐπέμπομεν.

Aristophanis vero haec, in Equit. v. 842.:

Ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου τι λοιπόν.

Ad quae verba Scholiastes: *Πάλιν ὁ Κλέων τὰ περὶ Πύλον θρυλλεῖ καὶ Σφακτηρίαν καὶ τὰ τῶν αἰχμαλώτων. Ἔθος δὲ ἦν, τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων* (lego *πολεμίων* ex Suida, qui haec Scholiastae verba in collectanea sua transtulit, in *Ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον, κ. τ. λ.*) *ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατιθέναι. Ἕως οὖ, φησὶν, ἀνάκειται ἀπὸ Πύλου καὶ Σφακτηρίας ὅπλα, ἅπερ ἀνέθηκα τοῖς θεοῖς νικήσας, οὐδεὶς τῶν ἐχθρῶν τολμήσει κατ' ἐμοῦ λέγειν.* Graviter igitur lapsus est Vir Cl. Ioannes Meursius, qui verba haec Scholiastae adduxit, ut in more positum veteribus fuisse, cum militia se abdicarent, arma sua in Deorum templis suspendere, ostenderet. At nihil minus Scholiastes intellexit, qui morem illum spolia hostium consecrandi clarissime expressit. Notissima est ex Thucydide q) historia de Lacedaemoniis ad Pylum et Sphacteriam insulam a Cleone, Atheniensi duce,

---

o) Apud Eust. p. 813, 24. haec verba non extant; cf. tamen p. 625, 48. 666, 20.

p) Etym. p. 734, 2.

q) Thuc. IV, 30.

captis. Hunc Cleonem scutis Lacedaemoniorum dedicatis gloriantem comicus introducit, se inimicorum omnium ora facillime obturatum ire. Morem hunc recte dixit antiquum Eustathius; nam et ante Thebani belli tempora templum Pici antiqui Latinorum regis spoliis hostium ornatum describit veterum rituum observantissimus Maro, Aeneid. VII. 183.

> Multaque praeterea sacris in postibus arma,
> Captivi pendent currus, curvaeque secures
> Et cristae capitum, et portarum ingentia claustra,
> Spiculaque clypeique, ereptaque rostra carinis.

Et de Sesostre, antiquissimo Aegyptiorum rege, qui post novem annorum expeditionem, qua Asiam subegit omnem una cum parte Europae, excitatis ubique monumentis gentium a se devictarum, amplissima cum praeda domum revertit, Diodor. I. 55. *Τὰ μὲν ἱερὰ πάντα τὰ κατ' Αἴγυπτον ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις καὶ σκύλοις ἐκόσμησε.* [Quin et huius generis fuisse *ἀναθήματα* illa templi Hierosolymitani, quorum meminit D. Lucas XXI. 5. persuasum mihi habeo, licet qualia ea fuerint non est a quopiam hactenus satis aperte demonstratum. Theophylactus ad h. l. putat haec illa ipsa fuisse templi ornamenta, quae ex ipso Dei praecepto formata ad divinum cultum pertinebant, de quibus agitur I. Reg. VI.: *Οἶμαι δὲ τὰ τορευτὰ ἐκεῖνα καὶ γλυπτὰ λέγειν οἷον φοίνικας καὶ χερουβίμ. Ταῦτα γὰρ ἴσως τὰ ἀναθήματα.* Fortassis inquit, adeo timide pronuntiat. Verum omnino verisimile non est, ea quae ad templum a prima institutione pertinuerunt, ipsiusque quasi partes fuere, hic intelligi. Et Hecataeus post templum secundum conditum testatus est nullum in eo *ἀνάθημα* fuisse. *Ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀνάθημα τὸ παράπαν.* Iosephus contra Apion. I. 22. Quaenam igitur aut unde haec donaria? Primo quidem post aetatem Hecataei Ptolemaeus Philadelphus templum Hierosolymitanum donariis ornavit, quorum cum catalogum nobis Iosephus Antiq. XII. 2. recensuisset, *ταῦτα μέν*, inquit, *τὰ πεμφθέντα εἰς Ἱεροσόλυμα ὑπὸ Πτολεμαίου ἀναθήματα.* Non tamen haec erant quae Apostoli spectabant, quae Lucas voluit, omnia enim ea Antiochus Illustris abstulit. Ioseph. Antiq. XII. 5. *Χρυσὸν γὰρ ἑώρα πολὺν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ τὸν τῶν ἀναθημάτων κόσμον πολυτελέστατον· ἵνα συλήσῃ τοῦτον, ὑπέμεινε τὰς πρὸς ἐκείνους αὐτῷ σπονδὰς παραβῆναι.* Et qui Philadelpho successit Ptolemaeus Euergetes, cum universam Asiam armis obtinuisset, Deo Israelitarum sacrificavit, plurimaque donaria in templo Hierosolymitano dedicavit, Iosephus contr. Apion. II. 5. *Οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν, ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα πολλὰς ὡς ἦν νόμιμόν ἐστιν ἀπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ, καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια.* Alia post haec donaria erant, quorum unum pulcherrimum quidem Aristobulus Pompeio donavit, et in

Iovis Capitolini templo dedicatum est, ut testantur Strabo r) et Iosephus. Reliqua vero, quae Pompeii continentia reliquit, avaritia Crassi Cassiique expilavit. Cum Herodes templum restauravit, ipse vite alia, in illius locum quam Aristobulus Pompeio donaverat, pulcherrimo donario locupletavit. Et de Augusto Philo, Legat. ad Caium. p. 1014. *Ὥστε μονονοὺ πανοίκιος ἀναθημάτων πολυτελείαις τὸ ἱερὸν ἡμῶν ἐκόσμησε.* Quippe non tantum Caesar ipse, sed plurimi ex eius familia donariis templum ornaverant locupletaverantque. Et Ioseph. de Bell. Iud. VI. 37. *ἀκροθινίων* meminit ab Augusto et ab uxore eius dedicatione. Nam et de Iulia Augusta legimus apud Philon. Legat. p. 1036. *Ἰουλία Σεβαστὴ κατεκόσμησε τὸν ναὸν χρυσοῦς φιάλαις καὶ σπονδείοις, καὶ ἄλλων ἀναθημάτων πολυτελεστάτων πλήθει.* Imperatores enim Romani templum Hierosolymitanum semper ornaverant. Ioseph. De Bell. Iud. VI. 37. Et de M. Agrippa: *Ἀναθήμασι δὲ κοσμήσας ὅσον ἐξῆν τὸ ἱερόν.* De his igitur talibusque donariis, quae a Cyro interprete Corbane vocantur, loqui discipulos volunt, quod talia in gazophylacio asservabantur, a quo Christus iam exibat, ubi et *observabat eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites*, Luc. XXI. 1. Verum pace tantorum virorum, neque haec dona sacra fuisse, de quibus agunt discipuli, puto; erant enim illa in apothecis posita, in thesauris recondita, quae nunc gazophylacia nunc *ποσοφόρια* nunc *ἔξεδραι* vocantur. At vero gazophylacium, in cuius conspectu Christus iam sedebat, nihil aliud fuisse videtur quam arca quaedam et reconditorium temporarium, in quod quotidie pii ex Iudaeis aliquod pecuniae coniecerunt, ubi *ὁ ὄχλος ἔβαλλε χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.* Marc. XII. 41. Praeterea ea de quibus Apostoli loquuntur intuenti templum apparuere. *Egressus enim Iesus de templo ibat*, inquit D. Matthaeus, XXIV. 1., et cum iam erat extra templum constitutus, ait ei unus ex discipulis suis, *aspice quales lapides et quales structurae*, D. Marc. XIII. 1. Vel quod eodem recidit, dicentibus quibusdam de templo *ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται*, de ornamento aliquo templi loquitur, quod in oculos ambulantium incurrebat, quod ipsi structura inerat, aut aderat quod parietibus, ut ex Christi responso satis patet. Videtis haec omnia? et *ταῦτα ἃ θεωρεῖτε*, haec ipsa quae vobis aspicientibus tam pulchra atque ornata videntur. De illis igitur locuti sunt, quae vel ex templo egredientibus vel retrospicientibus erant ante oculos posita, ad ornatum maiestatemque templi facientia. Haec autem mihi videntur fuisse *ἀκροθίνια*, sc. ex bello, ex spoliis *ἀναθήματα*. Herodes enim, ut templum de novo aedificavit, lapidibusque mirae pulchritudinis quantitatisque per-

---

r) Strab. XVI, 524. Cas.

polivit, unde prior pars admirationis, ἰδὲ ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί, spoliis etiam hostium de more parietes ornavit, adeoque templum non tantum λίθοις καλοῖς sed et ἀναθήμασι κεκόσμηται. Talia vero spolia circa templum undequaque affixa et dedicata ab Herode fuisse, locuples nobis testis est Iosephus, V. 14. Τοῦ δὲ ἱεροῦ παντὸς ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικὰ, καὶ ταῦτα πάντα βασιλεὺς Ἡρώδης ἀνέθηκε προσθεὶς ὅσα καὶ τῶν Ἀράβων ἔλαβε.]

v. 287. ΜΗ ΦΥΓΗΙΣ. Fortasse legendum ἐκφύγῃς.

v. 288. ΕΠ' ΑΝΔΡΑΣ ΕΞ—ΤΑΞΩ ΜΟΛΩΝ. Ἐπιτάξω. Tmesis. [Quod non percepit Schol. Α'. cum interpretatus esset ἐγὼ δὲ παραγενόμενος ἐπ' ἄνδρας ἓξ σὺν ἐμοὶ ἑβδόμῳ τάξω εἰς ἑπτατειχεῖς ἐξόδους.]

[v. 295. ΖΩΠΥΡΟΥΣΙ. Suid. Ζωπυρεῖ· ἀναζῇν ποιεῖ, ἢ ἐκκαίει. Senec. Agam. v. 130.

Flammae medullas et cor exurunt meum,
Mistus dolori subdidit stimulos timor.]

[Ibid. ΤΑΡΒΟΣ. f. ταρβῶ. Sed nostra editio coniungi cum ζωπυροῦσι.]

[v. 297. ΔΡΑΚΟΝΤΑ. Moschus, IV. 21.

Ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς
Ὀλλυμένοις, οὕς τ' αἰγὸς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας
Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει· ἡ δὲ κατ' αὐτοὺς
Πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ, πότνια μήτηρ·
Οὐ γὰρ [οὐδ' ἄρ'] ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι.]

v. 298. ΛΕΧΕΩΝ ΔΥΣΕΥΝΗΤΕΙΡΑ ΠΑΝΤΡΟΦΟΣ. Λεχέων δυσευνήτειρα infeliciter cubans. [Πάντροφος dictam Aeschylo columbam tradit Io. Tzetzes, quia per totum annum coit ac pullos fovet, in Lycophr. v. 87. Καὶ γὰρ ἡ περιστερὰ μόνη τῶν πτηνῶν δι' ὅλου ἔτους ὀχεῖται καὶ νεοττοὺς ποιεῖ.]

v. 304. ΑΜΦΙΒΟΛΟΙΣΙΝ. Suidas, Ἀμφίβολοι· παντα-χόθεν βαλλόμενοι, ἢ ἀπορούμενοι. Portus interpres: Ambigui dubii, ancipites, incerti, qui undique petuntur et premuntur; aut qui dubitant et nesciunt quo se vertant, qui consilii inopia laborant.

[v. 306. ΧΕΡΜΑΔ' ΟΚΡΥΟΕΣΣΑΝ. Hesych. Χερμάς λίθος χειροπλήθης, ὃν τῇ χειρὶ βαστάσαι ἢ ἀνελέσθαι δύναταί τις. Hic vero significat acervum lapidum, lapidationem, ut λιθ. v. 163. ubi Schol. σωρὸς λίθων.]

v. 308. ΣΤΡΑΤΟΝ. Populum: sic Pindarus s), Pyth. II. 160.]

v. 310. ΠΟΙΟΝ Δ' ΑΜΕΙΨΕΣΘΕ ΓΑΙΑΣ ΠΕΔΟΝ. Quodnam aliud petituri estis terrae solum? Si relinquitis has quas alias terras petituri vel migraturi estis his meliores

s) Pyth. II, 87. Bkh.

Alibi quoque, si bene memini, in hac fabula, v. 223. [Nos olim *reddideritis*, nullo plane sensu. *Quale admigrabitis terrae solum hoc melius?* Ita v. 840. *διαμείψαι*. Scholiastes Ξουνηφόρους Sophoclis citat; a Viris doctissimis Isaaco Casaubono et Iohanne Meursio in catalogis quas exhibuerunt tragoediarum Sophocl earum praetermissum est istius fabulae nomen, ut et aliarum aliquot, quarum epigraphas hac occasione in medium proferre operae erit pretium.

ΑΧΑΙΔΕΣ. Erotian. Lexic. p. 128.

ΕΡΜΙΟΝΗ. Eustathius, in Homer. Odyss. Δ. p. 1479. l. 10. *Σοφοκλῆς δὲ* [(φασὶν)] *ἐν Ἑρμιόνῃ ἱστορεῖ, ἐν Τροίᾳ ὄντος ἔτι Μενελάου, ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ τοῦ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ, εἶτα ὕστερον ἀφαιρεθεῖσαν αὐτοῦ ἐκδοθῆναι πάλιν κατὰ τὴν ἐν Τροίᾳ ὑποσχεσιν. Αὐτοῦ δὲ Πύρρου ὑπὸ Μαχαιρέως ὅτε τὸν Ἀπόλλω τινόμενος τὸ ἔμφυτον φόνον, ἀποκαταστῆναι αὖθις αὐτὴν τῷ Ὀρέστῃ τὸν Τισαμενὸν, φερωνύμως οὕτω κληθέντα παρά τινων· ἐπεὶ ὁ πατὴρ Ὀρέστης ἐτίσατο τοὺς φονέας μίμνοντος.*

ΘΗΣΕΥΣ. Suidas, *Ὄμπνιον νέφος· μέγα, πολὺ, ηὐξημένον. Σοφοκλῆς Θησεῖ.*

ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΙ. [a]) Stephanus, *περὶ πόλεων* in voce *Κράνεια· Κράνεια· χωρίον Ἀμβρακιωτῶν. Θεόπομπος πεντηκοστῷ πρώτῳ· τὸ ἐθνικὸν Κρανειάτης, ὡς Μαρειάτης, ὅς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος.* MS. A. in Biblioth. Vatic. ex MSS. Palat: *Λαρισσαίοις.*

ΝΙΠΤΡΟΙ. [b]) Suidas in voce *παρουσία, Καὶ ἐπὶ τοῦ παρεῖναι δὲ τάσσεται, ὡς καὶ ἐν τοῖς Νίπτροις Σοφοκλέους.*

ΞΟΑΝΗΦΟΡΟΙ. Scholiastes noster *A'*. *Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ξουνηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τοῦ Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα.*

ΡΗΣΟΣ. Quae inter fabulas Euripideas extat, eam a nonnullis Sophocli olim attributam fuisse, prodit argumenti auctor. Uterque Scaliger hanc tutatur sententiam.

ΤΕΥΚΡΟΙ. [x]) Scholiastes Aristophanis in Nubes, ad illa verba comici, v. 583.

Βροντὴ δ' ἐξέβαγε δι' ἀστραπῆς,

παρὰ τὰ ἐκ Τεύκρων [y]) *Σοφοκλέους*, inquit, *οὐρανοῦ δ' ἀπὸ Ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐξέβαγε δι' ἀστραπῆς.* Eadem videtur quae Τεύκρος Stephano et Stobaeo.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. (*ὁ ἐν Τροίᾳ.*) Binas Philoctetis nomine tragoedias edidit Sophocles, quarum illa quae periit Φιλοκτήτης ὁ ἐν Τροίᾳ dicebatur; altera sub Philoctetis nomi-

---

δ) Eadem fabula atque Acrisius. v. Brunck. p. 9. Gaisf.

a) Λάρισσα. x) Τεῦκρος. y) Τεύκρου.

ne simpliciter extat, cui tamen, ni fallor, plenus titulus *Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ.* Nam quod Meursius hanc quae exta eandem cum *Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ* fuisse putat, id omnino vel ex ipsa fabulae scena et argumento refelli potest. Adeo ut nihil opus quod moneamus, duo illa, quae ex Hesychio et Prisciano adducit, fragmenta in ista quae extat fabula nusquam comparere.

Hactenus de Sophocle: praetermissae etiam sunt a Iohanne Meursio hae fabulae Euripidis.

ΑΙΓΙΣ. Harpocration. Lexic. p. 228. [z])

ΔΙΚΤΗΣ. [a]) Auctor argumenti in Medeam Euripidis *Τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί.* vero legendum *Δίκτυς.*

ΕΚΑΒΗ. Extat.

ΘΕΡΙΣΤΑΙ. Satyrica fabula. Argumenti auctor i Medeam: *Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί. Σάτυροι σ σώζεται* [b]). Nempe *Θερισταί*, ultima tetralogiae fabula.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ Β. ΣΤΕΦΑΝΙΑΣ. Scholiastes Eu ripidis, p. 226. *a.*

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΚΑΛΥΠΤΟΜΕΝΟΣ. Iulius Pol lux, IX. 5.

ΚΕΡΚΥΩΝ. Eustathius in Homeri Il. *Z'*. p. 522 *Καὶ κῦμα τὸ γέννημα ὡς ἐκ τοῦ κύημα κατὰ κρᾶσιν, ὡς δηλοῖ πα Εὐριπίδῃ ἐν Κερκυόνι τὸ, γέμουσαν κύματος θεοσπόρου, ἤγο ἐγκυμονοῦσαν ἐκ Ποσειδῶνος.* Idem, in Odyss. p. 430. *Ὁ δὲ τοῦ τοιούτου κύειν, καὶ παραγωγόν ἐστι κῦμα ὃ σύλληψιν δηλ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ὥσπερ καὶ προείρη ται Κερκυόνι· ὅπου λέγει τὴν ἐκείνου θυγατέρα γέμουσαν κύματι θεοσπόρου τοῦ κατὰ σύλληψιν.*

[v. 317. (311.) *ΤΗΘΥΟΣ ΤΕ ΠΑΙΔΕΣ.* Prometh. v. 13

Τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα.

Vide sis quae illic annotata.]

v. 321. (315.) *ΡΙΨΟΠΛΟΝ.* Innuit fugam; [solent eni milites fugati arma abiicere, quo magis perniciter avolent, u arma fugae impedimento sint. Aristophanes, Vespis, v. 27

Δεινόν γέ ποὐσι' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα.

Hinc lux praebenda S. Scripturae loco, perperam fortas verso, minusque hactenus recte intellecto. Cum Benhadad exercitus, qui Samariam obsederat, subito timore coelit immisso perculsus consternatusque fugeret, II. Reg. VII. 1 *Ecce omnis via plena erat vestibus et vasis.* Ubi כלים non su vasa proprie sic dicta, ut interpretes nostri VESTES, a

---

z) Harpocr. v. *Πάναχτος.* Ms. Vratislav. *ἐν αἰγί.* Scr. *Αἰγεῖ.* Pra termisit Matth.

a) *Δίκτυς.*

b) Cf. Elmsl. ad Med. p. 71. Ox.

c) p. 522, 57. cf. 1234, 40.

omnia instrumentorum utensiliumque genera, ut nuperi commentatores volunt, sed arma tantum, sive ut vetus interpres apud Iuditham *πάντα τὰ σκεύη*, *universa arma bellica*. Ita I. Sam. XXXI. 4. Saulis armiger dicitur נשא כליו LXX. *ὁ αἴρων τὰ σκεύη αὐτοῦ*. Et David, cum ensem aut lanceam poscit ab Abimelecho, hanc postulati rationem reddit, כי גם חרבי וגם כלי לא לקחתי בידי quod neque gladium, inquit, neque *τὰ σκεύη*, arma reliqua, mecum tulerim. Ita apud Graecos omnia armorum nomina, vasa vel instrumenta; ita *τεύχη*, frequentissime quidem arma, nunc armamenta seu instrumenta nautica, nunc vasa *χαλκευτικά*. Neque aliter *ἔντεα*. Hesych. *Ἔντεα δαιτός· σκεύη· τὰ μὲν γὰρ ἔντεα ὅπλα, τὰ δὲ ὅπλα σκεύη*. Ex Apione vel Apollonio Athenaeus [d]), V. 4. ad eundem Homeri locum: *Δῆλον ὡς τὰ ἀγγεῖα* (i. e. Homerum [e]) per *ἔντεα δαιτός* vasa intellexisse manifestum est), *καὶ γὰρ τῶν ὅπλων τὰ σκεπαστικὰ θώρακα καὶ κνημῖδας καὶ τὰ τούτοις ἐμφερῆ λέγουσιν ἔντη, καθάπερ ἀντία τῶν τοῦ σώματος μερῶν ὄντα*. Fuerunt igitur et haec Syrorum vasa *ὅπλα* et, ut Thucydides loquitur, *τὰ περὶ τὸ σῶμα σκεύη* proprie *σκεύη πολεμικά*. Quippe milites Benhadadis, qui subito irruentium hostium sonitu arma corripuerant, vasa omnia cum omnibus, quae in iis continebantur, post se, cum equis armisque tentoriisque ipsis in castris reliquerunt, non vasa negligentes sed animas tantum suas servare cupientes, v. 7. atque arma etiam vestesque, ut fieri solet, proiecerunt. Porro inde fit, ut istiusmodi milites ignominioso nomine *ῥιψάσπιδες* dicerentur, quod inter *ἀδικημάτων ὀνόματα* recensetur a Iulio Polluce, Onomast. VI. 36.: *Ῥίψασπις· ἐπὶ δὲ τούτου ὁ Πλάτων φησὶν, ῥίψασπις μὲν γὰρ οὐκ ἐν πᾶσιν ὀνομάζοιτ' ἂν δικαίως, ἀποβολεὺς δὲ ὅπλων*. Nam tales summe infames habiti, sicut discimus etiam ex Isocratis Orat. de Pace [f]), Aeschine adversus Timarchum, aliisque. Aelian. Var. Hist. X. 13. *Οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστὴς καὶ τὸ ἐπὶ τούτων αἴσχιστον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν*. Atque eo nomine legibus plectebantur. Sextus Empir. Pyrrh. Hypotyp. III. 24. [g]) *Ἀλλὰ καὶ ὁ δειλὸς καὶ ὁ ῥίψασπις ἀνὴρ κολάζεται παρὰ πολλοῖς νόμῳ*. Mox Archilochi [h]) profert in hac re versus notissimos, qui extant etiam apud Plutarchum in Laconicis institutis p. 239. [i]) Meminit et Aelianus loco nuper citato. Neque apud Graecos tantum, verum etiam Romanos maxima ignominia *ῥιψάσπιδας* afficiebant, quod saepius apud auctores observare est. Horat. Od. II. 7.

---

d) Athen. V. p. 193. C. e) Odyss. VII, 232.
f) Isocr. p. 550, 9. edit. Basil. postrem.
g) §. 216. Fabr. h) Archil. fragm. p. 146. Lieb.
i) p. 888. sq. vol. VI. Reisk.

v. 267. *ΛΕΓΟΙΣ ΑΝ ΩΣ ΤΑΧΙΣΤΑ.* Sophocles, Oedip. Tyran. v. 1516.

—— *λέξεις, καὶ τόδ' εἴσομαι κλύων.*

v. 274. *ΟΛΟΛΥΓΜΟΝ ΙΕΡΟΝ ΕΥΜΕΝΗ ΠΛΑΩΝΙΣΟΝ. Clamorem sacrum placabilem accinas.* Nonnullis video magis arridere *παιάνισον*, namque vox victrix animosa paean: sed mutatio est nihili. Radix est *παιάων*, inquit Eustathius[i]): hinc alii extrito *ω* fecere *παιάν*, alii extrito *ᾱ* fecere *παιών*; atque utcunque *παιᾶνα ᾄσαι* dicamus, non vero *παιῶνα ᾄσαι*, tamen promiscue auctores et *παιανίζω* et *παιωνίζω* usurpant. [Obiter notandus est lapsus lexicographi doctissimi. *Παιάν*, inquit, *pes metricus, quem duplicem esse scribit Cicero.* Fallitur V. Cl.; est enim hoc paeon, et ita apud Ciceronem legi debet.]

[Ibid. *ΕΥΜΕΝΗ.* Ab effectu; *εὐμενῆ* pro *εὐμενιστήν*, *placatum* pro *placatorio.*]

v. 278. *ΠΕΔΙΟΝΟΜΟΙΣ.* Virg. Georg. I. 21.

Diique Deaeque omnes, studium quibus arva tueri.

Propertius, III. 13. [k])

Diique Deaeque omnes, quibus est tutela per agros.

Vidi etiam Romae, inquit Fulvius Ursinus, ad Virgilii locum modo adductum, *basim marmoream, in qua Graecis literis incisum erat:*

NOMIOIC ΘΕΟΙC
IOYΛIOC
MAIOP
ANTONINOC.]

v. 279. *ΟΥΔ' ΑΠ' ΙΣΜΗΝΟΥ ΛΕΓΩ.* Tmesis, *οὐδ' ἀπολέγω.* Quae sola interpretatio ex omnibus a scholiaste allatis veritati vicina.

v. 283. *ΘΗΣΕΙΝ ΤΡΟΠΑΙΑ.* Notatur Aeschylus a Scholiaste quasi tempus non recte observarit, *οὐδέπω γὰρ ἡ τῶν τροπαίων ὀνομασία κατὰ τὸν Ἐτεοκλέα.* Certum sane est vocem *τρόπαιον* Homeri temporibus multo posteriorem fuisse; a quo tamen, licet ipse nomen non noverit, veteres morem erigendi trophaea mutuati creduntur. Locus est ubi Ulysses exuvias Doloni iamiam expiranti detractas e vestigio Minervae dedicat *τῇ Λητίδι*, Iliad. *K*. 460.

Καὶ τά γ' Ἀθηναίῃ Λητίδι δῖος Ὀδυσσεὺς
Ὑψόσ' ἀνέσχεθε χειρί ——

Atque hinc Alexander Homeri imprimis studiosus, post primam in Asia partam victoriam, CCC armaturas Persicas do-

---

i) Eustath. ad Iliad. XXII. p. 1275, 40. et alibi. k) Propert. III, 13, 41.

no Palladi misit. Arrian. I. 17. Ἀποπέμπει δὲ καὶ εἰς Ἀθήνας τριακοσίας πανοπλίας Περσικὰς, ἀνάθημα εἶναι τῇ πόλει. Si itaque in hoc erratum fuerit Aeschylo, necesse est ut fateamur Euripidem pariter errasse, Phoeniss. v. 575. ubi Iocasta ait:

—— τρόπαια πῶς ἀναστήσεις δορός;

pariter et castigatissimum scriptorem Virgilium, apud quem Aeneas quercui, ut Ulysses *μυρίκῃ*, (Aen. XI. 6.)

—— fulgentiaque induit arma,
Mezentii ducis exuvias; tibi magne trophaeum
Bellipotens. ——

Multo magis errasse dicendum erit eos, qui gesta Herculis et Heraclidarum, cum illi ante bellum Thebanum vixerint, describentes, eandem vocem usurpant; inter hos tamen recensendus Euripides, qui in Heraclidis, v. 936.

Ὕλλος μὲν οὖν (inquit) ὅ,τ' ἐσθλὸς Ἰόλεως βρέτας
Διὸς τροπαίου καλλίνικον ἑστασαν.

Iupiter Τρόπαιος dictus ut Τροπαιοῦχος Dionysio [l]), quod ei dedicarentur capta ab hostibus spolia in trophaei modum composita. Et Lycophron, v. 1327.

Σὺν θηρὶ βλώσας τῷ σπάσαντι δηΐας
Μύσιγι Τροπαίας μαστὸν εὔθηλον θεᾶς.

Quibus verbis innuit Herculem puerum ubera Iunonis suxisse. Schol. Τροπαίας· τῆς Ἥρας· παρ' ὅσον καὶ αὐτῇ οἱ νικῶντες, ὥσπερ τῷ Διὶ, τρόπαιον ἀνετίθεντο. Neque aliter Etymologus [m]) et Phavorinus [n]). Sed quod Aeschylo obiicit Scholiastes, ex mera *λογομοχίᾳ* ortum est: nam ipsum trophaeorum erigendi modum bello Thebaico longe vetustiorem fuisse, mox ostendemus. [Ita Philistaei, Israelitarum exercitu fugato, veniunt die proximo, ἐκδιδύσκειν τοὺς νεκρούς. I. Sam. XXXI. 8. Atque inventum Saulis cadaver armis spoliant, et ἀνέθηκαν τὰ σκεύη αὐτοῦ, arma sc. (vid. quae ad v. 321.) εἰς τὸ Ἀσταρτεῖον. Eodem plane modo Mardonii acinaces et Masistii thorax, ab interfectis detracti, diis dedicabantur. De acinace Mardonii Dion. Chrysost. de Reg. Orat. II. p. 26. ubi urbem Atheniensium beatam esse ait, non propter sumptum aut magnificentiam, sed propter res gestas a maioribus, uptote τὸν ἀκινάκην τοῦ Μαρδονίου πολὺ σεμνότερον καὶ κρεῖττον ἀνάθημα ἔχουσαν. Et Pausanias cum thorace Masistii, Persarum equitum ducis, acinacem Mardonii agnoscit, in Atticis, I. 27. Λάφυρα δὲ ἀπὸ Μήδων, Μασιστίου θώραξ.... καὶ ἀκινάκης Μαρδονίου λεγόμενος εἶναι. Cum autem Pausanias λεγόμενος εἶναι dixit, significat se dubitare, an Medus ille acinaces Mardonii fuerit. Thoracem quidem Masistii fuisse non dubitat,

l) Dionys. Hal. Ant. Rom. II, 34.
m) Etym. p. 769, 13.
n) Phavor. p. 709.

quia ab Atheniensium equitatu interfectus est: illius igitur thoracem in eorum potestatem venisse non erat dubitandum. At de Mardonio alia plane ac contraria ratio est: nam interprete Amasaeo *Mardonius in acie contra Lacedaemonios militans a Spartano milite est interfectus, eius igitur acinacem aut omnino non sustulissent Lacedaemonii, aut sublatum Atheniensibus non concessissent.* Quae quidem verba nec quod voluit auctor ostendunt, nec omnino quicquam rationis in se habent, et Sylburgium, qui toties Amasaeum correxit, solita hic plane fugit diligentia. Verba auctoris sunt: *Μασίστιον μὲν δὴ τελευτήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων· Μαρδονίου δὲ μαχεσαμένου Λακεδαιμονίοις ἐναντία καὶ ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος, οὐδ' ἂν ἐπιδέξαντο ἀρχὴν, οὐδὲ ἴσως Ἀθηναίοις παρῆκαν φέρεσθαι Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀκινάκην.* Quae quidem verba recte intellecta hanc nobis mentem auctoris exhibent: Masistium quidem ab Atheniensium equitatu interemptum scimus (adeoque eius thoracem fuisse verisimillimum est). Cum autem Mardonius in acie contra Lacedaemonios dimicarit, et a milite Spartano interfectus sit, nec primo Athenienses sustulisse, nec Atheniensibus Lacedaemonios concessisse credibile est, adeoque Mardonii fuisse acinacem non videtur.

Eundem in Palaestina morem ab ipso Dei populo observatum legimus. Ita David gladium Goliae Deo in tabernaculo consecravit. *Caput victi*, inquit Sulpitius Severus, Hist. I. 60. *et spolia abstulit, gladium postea in templum posuit.* Neque ensem tantum, sed et caput Goliae pariter dedicasse putavit Basilius Seleuciensis, Orat. XV. et Hieronymus arma etiam reliqua fuisse consecrata. Uterque ex I. Sam. XVII. 54. *Assumens autem David caput Philistaei attulit illud in Ierusalem; arma vero eius posuit in tabernaculo suo.* Ad quem locum D. Hieronymus in traditionibus Hebr.: *Arma vero eius*, i. e. Philistaei, *non est intelligendum quod in suo posuerit tabernaculo, sed in tabernabulo Dei; de quo tabernaculo postea haec ad Abimelech sacerdote suscepit.* Quod de ense quidem verissimum esse extra omne dubium est. Ita enim Abimelechus ipse loquitur, I. Sam. XXI. 9. Ut Iosephi verbis utar Antiq. Iud. VI. 12. *τὴν δὲ τὴν Γολιάθου ῥομφαίαν, ἣν ἀποκτείνας τὸν Παλαιστῖνον αὐτὸς ἀνεθείη τῷ θεῷ.* Neque aliter intelligendum est de armis aureis II. Sam. VIII. 7. quae Septuaginta interpretes *χλιδῶνας*, Aquila *κλαίους* vocant: *Et tulit David arma aurea, quae habebant servi Adadezer, et detulit ea in Ierusalem.* Licet enim Hebr. simpliciter dicat ויביאם ירושלם et Septuaginta *ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς Ἰερουσαλήμ*, recte tamen Iosephus haec arma Deo dedicata *ἀνατεθέντα* dicit, VII. 5. *Τάς τε χρυσᾶς φαρέτρας καὶ τὰς παναπλίας ἃς οἱ τοῦ Ἀδάδου σωματοφύλακες ἐφόρουν, ἀνέθηκε τῷ Θεῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.*

Ibid. *ΠΟΛΕΜΙΩΝ Σ' ΕΣΘΗΜΑΤΑ.* Mortuis spolia detrahere Graeci *συλᾶν* proprie dicunt. Hom. Iliad. K'. 387

Ἢ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνειώτων.

ἀντὶ τοῦ ἐκδύσων κατὰ τοὺς παλαιούς, ut inquit Eustathius o): Ita *συλᾷ, ἐκδύει.* Et rursus, *συλᾶν, γυμνοῦν.* Schol. *ἀπεγύμνουν.* Ita Glossa vet. *Spoliarium*, *ἀποδυτήριον.* Nec aliunde Latinis *exuviae* quasi ab *exuendo* dictae. Claud. XXXVI. 348.

—— hos onerat ramos exutus Ophion:

id est, exuviae Ophionis. Hesych. qui obiter emendandus, *Σκλαβὰς ὁδοῦ· τοὺς συλῶντας καὶ ἐκδύοντας.* Lege *Συλητάς.* Cui errori similis est plane apud Etymologicum p) eodem negotio eximendus. *Σύλαι· αἱ συλλήψεις.* Lege *συλήσεις.*

v. 284. *ΑΓΝΟΙΣ ΔΟΜΟΙΣ.* Antiquissimum morem fuisse spolia hostium in Deorum templis suspendendi, observat Eustathius in Iliad. *H'*. p. 666. l. 33. *Τὸ δὲ ἐν ναοῖς κρεμᾶν τὰ σκῦλα τῶν νενικημένων ἔθος ἦν ἀρχαῖον. Καὶ δηλοῖ αὐτὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινισσαῖς, καὶ ὁ κωμικὸς δὲ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι.* Euripidis verba haec sunt, Phoeniss. v. 571.:

Καὶ [χεὶς] σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς;
Θήβας πυρώσας τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
Ἀσπίδας ἔθηκε. ——

Atque etiam Phoeniss. v. 1481.

—— *ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,*
Οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας,
Οἱ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
Σκυλεύμαι' εἷσω τειχέων ἐπέμπομεν.

Aristophanis vero haec, in Equit. v. 842.:

Ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου τι λοιπόν.

Ad quae verba Scholiastes: *Πάλιν ὁ Κλέων τὰ περὶ Πύλον θρυλλεῖ καὶ Σφακτηρίαν καὶ τὰ τῶν αἰχμαλώτων. Ἔθος δὲ ἦν, τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων* (lego *πολεμίων* ex Suida, qui haec Scholiastae verba in collectanea sua transtulit, in *Ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον, κ. τ. λ.*) *ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατιθέναι. Ἕως οὖ, φησὶν, ἀνάκειται ἀπὸ Πύλου καὶ Σφακτηρίας ὅπλα, ἅπερ ἀνέθηκα τοῖς θεοῖς νικήσας, οὐδεὶς τῶν ἐχθρῶν τολμήσει κατ' ἐμοῦ λέγειν.* Graviter igitur lapsus est Vir Cl. Ioannes Meursius, qui verba haec Scholiastae adduxit, ut in more positum veteribus fuisse, cum militia se abdicarent, arma sua in Deorum templis suspendere, ostenderet. At nihil minus Scholiastes intellexit, qui morem illum spolia hostium consecrandi clarissime expressit. Notissima est ex Thucydide q) historia de Lacedaemoniis ad Pylum et Sphacteriam insulam a Cleone, Atheniensi duce,

---

o) Apud Eust. p. 813, 24. haec verba non exstant; cf. tamen p. 686, 48. 666, 20.

p) Etym. p. 734, 2.

q) Thuc. IV, 30.

captis. Hunc Cleonem scutis Lacedaemoniorum dedicatis gloriantem comicus introducit, se inimicorum omnium ora facillime obturatum ire. Morem hunc recte dixit antiquum Eustathius; nam et ante Thebani belli tempora templum Pici antiqui Latinorum regis spoliis hostium ornatum describit veterum rituum observantissimus Maro, Aeneid. VII. 183.

> Multaque praeterea sacris in postibus arma,
> Captivi pendent currus, curvaeque secures
> Et cristae capitum, et portarum ingentia claustra,
> Spiculaque clypeique, ereptaque rostra carinis.

Et de Sesostre, antiquissimo Aegyptiorum rege, qui post novem annorum expeditionem, qua Asiam subegit omnem una cum parte Europae, excitatis ubique monumentis gentium a se devictarum, amplissima cum praeda domum revertit, Diodor. I. 55. *Τὰ μὲν ἱερὰ πάντα τὰ κατ' Αἴγυπτον ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις καὶ σκύλοις ἐκόσμησε.* [Quin et huius generis fuisse *ἀναθήματα* illa templi Hierosolymitani, quorum meminit D. Lucas XXI. 5. persuasum mihi habeo, licet qualia ea fuerint non est a quopiam hactenus satis aperte demonstratum. Theophylactus ad h. l. putat haec illa ipsa fuisse templi ornamenta, quae ex ipso Dei praecepto formata ad divinum cultum pertinebant, de quibus agitur I. Reg. VI.: *Οἶμαι δὲ τὰ τορευτὰ ἐκεῖνα καὶ γλυπτὰ λέγειν οἷον φοίνικας καὶ χερουβίμ. Ταῦτα γὰρ ἴσως τὰ ἀναθήματα.* Fortassis inquit, adeo timide pronuntiat. Verum omnino verisimile non est, ea quae ad templum a prima institutione pertinuerunt, ipsiusque quasi partes fuere, hic intelligi. Et Hecataeus post templum secundum conditum testatus est nullum in eo *ἀνάθημα* fuisse: *Ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀνάθημα τὸ παράπαν.* Iosephus contra Apion. I. 22. Quaenam igitur aut unde haec donaria? Primo quidem post aetatem Hecataei Ptolemaeus Philadelphus templum Hierosolymitanum donariis ornavit, quorum cum catalogum nobis Iosephus Antiq. XII. 2. recensuisset *ταῦτα μέν*, inquit, *τὰ πεμφθέντα εἰς Ἱεροσόλυμα ὑπὸ Πτολεμαίου ἀναθήματα.* Non tamen haec erant quae Apostoli spectabant quae Lucas voluit, omnia enim ea Antiochus Illustris abstulit. Ioseph. Antiq. XII. 5. *Χρυσὸν γὰρ ἑώρα πολὺν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ τὸν τῶν ἀναθημάτων κόσμον πολυτελέστατον· ἵνα συλήσῃ τοῦτον, ὑπέμενε τὰς πρὸς ἐκείνους αὐτῷ σπονδὰς παραβῆναι.* Et qui Philadelpho successit Ptolemaeus Euergetes, cum universam Asiam armis obtinuisset, Deo Israelitarum sacrificavit, plurimaque donaria in templo Hierosolymitano dedicavit, Iosephi contr. Apion. II. 5. *Οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν, ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα πολλὰς ὡς ἦν νόμιμόν ἐστιν ἀπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ, καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια.* Alia post haec donaria erant, quorum unum pulcherrimum quidem Aristobulus Pompeio donavit, et in

Iovis Capitolini templo dedicatum est, ut testantur Strabo r) et Iosephus. Reliqua vero, quae Pompeii continentia reliquit, avaritia Crassi Cassiique expilavit. Cum Herodes templum restauravit, ipse vite alia, in illius locum quam Aristobulus Pompeio donaverat, pulcherrimo donario locupletavit. Et de Augusto Philo, Legat. ad Caium. p. 1014. *Ὥστε μονονοὺ πανοίκιος ἀναθημάτων πολυτελείαις τὸ ἱερὸν ἡμῶν ἐκόσμησε.* Quippe non tantum Caesar ipse, sed plurimi ex eius familia donariis templum ornaverant locupletaverantque. Et Ioseph. de Bell. Iud. VI. 37. *ἀκροθινίων* meminit ab Augusto et ab uxore eius dedicatione. Nam et de Iulia Augusta legimus apud Philon. Legat. p. 1036. *Ἰουλία Σεβαστὴ κατεκόσμησε τὸν ναὸν χρυσοῦς φιάλαις καὶ σπονδείοις, καὶ ἄλλων ἀναθημάτων πολυτελεστάτων πλήθει.* Imperatores enim Romani templum Hierosolymitanum semper ornaverant. Ioseph. De Bell. Iud. VI. 37. Et de M. Agrippa: *Ἀναθήμασι δὲ κοσμήσας ὅσον ἐξῆν τὸ ἱερόν.* De his igitur talibusque donariis, quae a Cyro interprete Corbane vocantur, loqui discipulos volunt, quod talia in gazophylacio asservabantur, a quo Christus iam exibat, ubi et *observabat eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites*, Luc. XXI. 1. Verum pace tantorum virorum, neque haec dona sacra fuisse, de quibus agunt discipuli, puto; erant enim illa in apothecis posita, in thesauris recondita, quae nunc gazophylacia nunc *κοσσοφόρια* nunc *ἔξεδραι* vocantur. At vero gazophylacium, in cuius conspectu Christus iam sedebat, nihil aliud fuisse videtur quam arca quaedam et reconditorium temporarium, in quod quotidie pii ex Iudaeis aliquod pecuniae coniecerunt, ubi *ὁ ὄχλος ἔβαλλε χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.* Marc. XII. 41. Praeterea ea de quibus Apostoli loquuntur intuenti templum apparuere. *Egressus enim Iesus de templo ibat*, inquit D. Matthaeus, XXIV. 1., et cum iam erat extra templum constitutus, ait ei unus ex discipulis suis, *aspice quales lapides et quales structurae*, D. Marc. XIII. 1. Vel quod eodem recidit, dicentibus quibusdam de templo *ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται*, de ornamento aliquo templi loquitur, quod in oculos ambulantium incurrebat, quod ipsi structura inerat, aut aderat quod parietibus, ut ex Christi responso satis patet. Videtis haec omnia? et *ταῦτα ἃ θεωρεῖτε*, haec ipsa quae vobis aspicientibus tam pulchra atque ornata videntur. De illis igitur locuti sunt, quae vel ex templo egredientibus vel retrospicientibus erant ante oculos posita, ad ornatum maiestatemque templi facientia. Haec autem mihi videntur fuisse *ἀκροθίνια*, sc. ex bello, ex spoliis *ἀναθήματα*. Herodes enim, ut templum de novo aedificavit, lapidibusque mirae pulchritudinis quantitatisque per-

---

r) Strab. XVI, 524. Cas.

polivit, unde prior pars admirationis, *ἰδὲ ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί*, spoliis etiam hostium de more parietes ornavit, adeoque templum non tantum *λίθοις χαλοῖς* sed et *ἀναθήμασι κεκόσμηται*. Talia vero spolia circa templum undequaque affixa et dedicata ab Herode fuisse, locuples nobis testis est Iosephus, V. 14. *Τοῦ δὲ ἱεροῦ παντὸς ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικὰ, καὶ ταῦτα πάντα βασιλεὺς Ἡρώδης ἀνέθηκε προσθεὶς ὅσα καὶ τῶν Ἀράβων ἔλαβε.*]

v. 287. *ΜΗ ΦΥΓΗΙΣ.* Fortasse legendum *ἐκφύγῃς.*

v. 288. *ΕΠ' ΑΝΔΡΑΣ ΕΞ —— ΤΑΞΩ ΜΟΛΩΝ.* Ἐντάξω. Tmesis. [Quod non percepit Schol. *A'.* cum interpretatus esset *ἐγὼ δὲ παραγενόμενος ἐπ' ἄνδρας ἓξ σὺν ἐμοὶ ἐβδόμῳ τάξω εἰς ἑπτατειχεῖς ἐξόδους.*]

[v. 295. *ΖΩΠΥΡΟΥΣΙ.* Suid. *Ζωπυρεῖ· ἀναζῇν ποιεῖ, ἐκκαίει.* Senec. Agam. v. 130.

Flammae medullas et cor exurunt meum,
Mistus dolori subdidit stimulos timor.]

[Ibid. *ΤΑΡΒΟΣ.* f. *ταρβῶ.* Sed nostra editio coniungi cum *ζωπυροῦσι.*]

[v. 297. *ΔΡΑΚΟΝΤΑ.* Moschus, IV. 21.

Ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς
Ὀλλυμένοις, οὓς τ' αἰπὺς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας
Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει· ἡ δὲ καὶ αὐτοὺς
Πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ, πότνια μήτηρ·
Οὐ γὰρ [οὐδ' ἄρ'] ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι.]

v. 298. *ΛΕΧΕΩΝ ΔΥΣΕΥΝΗΤΕΙΡΑ ΠΑΝΤΡΟΦΟΣ Λεχέων δυσευνήτειρα infeliciter cubans.* [*Πάντροφος* dicta Aeschylo columbam tradit Io. Tzetzes, quia per totum annum coït ac pullos fovet, in Lycophr. v. 87. *Καὶ γὰρ ἡ περιστερὰ μόνη τῶν πτηνῶν δι' ὅλου ἔτους ὀχεῖται καὶ νεοττοὺς ποιεῖ.*]

v. 304. *ΑΜΦΙΒΟΛΟΙΣΙΝ.* Suidas, *Ἀμφίβολοι· πανταχόθεν βαλλόμενοι, ἢ ἀπορούμενοι.* Portus interpres: *Ambigui dubii, ancipites, incerti, qui undique petuntur et premuntur; aut qui dubitant et nesciunt quo se vertant, qui consilii inopia laborant.*

[v. 306. *ΧΕΡΜΑΔ' ΟΚΡΥΟΕΣΣΑΝ.* Hesych. *Χερμάς· λίθος χειροπλήθης, ὃν τῇ χειρὶ βαστάσαι ἢ ἀνελέσθαι δύναταί τις.* Hic vero significat acervum lapidum, lapidationem, ut *λίθων* v. 163. ubi Schol. *σωρὸς λίθων.*]

v. 308. *ΣΤΡΑΤΟΝ.* Populum: sic Pindarus s), Pyth. II. 160.]

v. 310. *ΠΟΙΟΝ Δ' ΑΜΕΙΨΕΣΘΕ ΓΑΙΑΣ ΠΕΔΟΝ Quodnam* aliud *petituri estis terrae solum?* Si relinquitis hunc, quas alias terras petituri vel migraturi estis his meliores

s) Pyth. II, 87. Bkh.

Alibi quoque, si bene memini, in hac fabula, v. 223. [Nos olim *reddideritis*, nullo plane sensu. *Quale admigrabitis terrae solum hoc melius?* Ita v. 840. *διαμείψαι*. Scholiastes Ξοαηφόρους Sophoclis citat; a Viris doctissimis Isaaco Casaubono et Iohanne Meursio in catalogis quas exhibuerunt tragoediarum Sophoclearum praetermissum est istius fabulae nomen, ut et aliarum aliquot, quarum epigraphas hac occasione in medium proferre operae erit pretium.

ΑΧΑΙΔΕΣ. Erotian. Lexic. p. 123.

ΕΡΜΙΟΝΗ. Eustathius, in Homer. Odyss. Δ. p. 1479. l. 10. *Σοφοκλῆς δὲ [(φασὶν)] ἐν Ἑρμιόνῃ ἱστορεῖ, ἐν Τροίᾳ ὄντος ἔτι Μενελάου, ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ τοῦ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ, εἶτα ὕστερον ἀφαιρεθεῖσαν αὐτοῦ ἐκδοθῆναι τῷ Νεοπτολέμῳ κατὰ τὴν ἐν Τροίᾳ ὑπόσχεσιν. Αὐτοῦ δὲ Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Μαχαιρέως ὅτε τὸν Ἀπόλλω τινόμενος τὸν τοῦ πατρὸς ἐξδίκει φόνον, ἀποκαταστῆναι αὖθις αὐτὴν τῷ Ὀρέστῃ ἐξ ὧν γενέσθαι τὸν Τισαμενόν, φερωνύμως οὕτω κληθέντα παρὰ τὴν μετὰ μένους τίσιν· ἐπεὶ ὁ πατὴρ Ὀρέστης ἐτίσατο τοὺς φονεῖς τοῦ Ἀγαμέμνονος.*

ΘΗΣΕΥΣ. Suidas, *Ὄμπνιον νέφος· μέγα, πολὺ, ηὐξημένον. Σοφοκλῆς Θησεῖ.*

ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΙ. [t]) Stephanus, *περὶ πόλεων* in voce *Κράνεια· Κρώνεια· χωρίον Ἀμβρακιωτῶν. Θεόπομπος πεντηκοστῷ πρώτῳ· τὸ ἐθνικὸν Κρανειάτης, ὡς Μαρειάτης, ὥς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος.* MS. A. in Biblioth. Vatic. ex MSS. Palat. *Λαρισσαίοις.*

ΝΙΠΤΡΟΙ. [u]) Suidas in voce *παρουσία, Καὶ ἐπὶ τοῦ παρεῖναι δὲ τάσσεται, ὡς καὶ ἐν τοῖς Νίπτροις Σοφοκλέους.*

ΞΟΑΝΗΦΟΡΟΙ. Scholiastes noster *A'*. *Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τοῦ Ἰλίου φέρουσι ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα.*

ΡΗΣΟΣ. Quae inter fabulas Euripideas extat, eam a nonnullis Sophocli olim attributam fuisse, prodit argumenti auctor. Uterque Scaliger hanc tutatur sententiam.

ΤΕΥΚΡΟΙ. [x]) Scholiastes Aristophanis in Nubes, ad illa verba comici, v. 583.

Βροντὴ δ' ἐβρύαγη δι' ἀστραπῆς,

παρὰ τὰ ἐκ Τεύκρων [y]) Σοφοκλέους, inquit, *οὐρανοῦ δ' ἀπὸ Ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐβρύαγη δι' ἀστραπῆς.* Eadem videtur quae Τεῦκρος Stephano et Stobaeo.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. (*ὁ ἐν Τροίᾳ.*) Binas Philoctetis nomine tragoedias edidit Sophocles, quarum illa quae periit Φιλοκτήτης ὁ ἐν Τροίᾳ dicebatur; altera sub Philoctetis nomi-

---

t) Eadem fabula atque Acrisius. v. Brunck. p. 9. Gaisf.

u) *Νίπτρα.* x) *Τεῦκρος.* y) *Τεύκρου.*

ne simpliciter extat, cui tamen, ni fallor, plenus titulus, *Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ.* Nam quod Meursius hanc quae extat eandem cum *Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ* fuisse putat, id omnino vel ex ipsa fabulae scena et argumento refelli potest. Adeo ut nihil opus quod moneamus, duo illa, quae ex Hesychio et Prisciano adducit, fragmenta in ista quae extat fabula nusquam comparere.

Hactenus de Sophocle: praetermissae etiam sunt a Iohanne Meursio hae fabulae Euripidis.

ΑΙΓΙΣ. Harpocration. Lexic. p. 228. [z])

ΔΙΚΤΗΣ. [a]) Auctor argumenti in Medeam Euripidis: *Τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί.* f. vero legendum *Δίκτυς.*

ΕΚΑΒΗ. Extat.

ΘΕΡΙΣΤΑΙ. Satyrica fabula. Argumenti auctor in Medeam: *Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί. Σάτυρος δὲ σῴζεται* [b]). Nempe *Θερισταί*, ultima tetralogiae fabula.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ Β. ΣΤΕΦΑΝΙΑΣ. Scholiastes Euripidis, p. 226. *a.*

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΚΑΛΥΠΤΟΜΕΝΟΣ. Iulius Pollux, IX. 5.

ΚΕΡΚΥΩΝ. Eustathius in Homeri Il. *Z'*. p. 522 [c]) *Καὶ κῦμα τὸ γέννημα ὡς ἐκ τοῦ κύημα κατὰ κρᾶσιν, ὡς δηλοῖ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Κερκυόνι τὸ, γέμουσαν κύματος θεοσπόρου, ἤγουν ἐγκυμονοῦσαν ἐκ Ποσειδῶνος.* Idem, in Odyss. p. 430. *Ὅτι δὲ τοῦ τοιούτου κύειν, καὶ παραγωγόν ἐστι κῦμα ὃ σύλληψιν δηλοῖ, παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ὥσπερ καὶ προείρηται Κερκυόνι· ὅπου λέγει τὴν ἐκείνου θυγατέρα γέμουσαν κύματος θεοσπόρου τοῦ κατὰ σύλληψιν.*

[v. 317. (311.) *ΤΗΘΥΟΣ ΤΕ ΠΑΙΔΕΣ.* Prometh. v. 137.

Τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα.

Vide sis quae illic annotata.]

v. 321. (315.) *ΡΙΨΟΠΛΟΝ.* Innuit fugam; [solent enim milites fugati arma abiicere, quo magis perniciter avolent, ne arma fugae impedimento sint. Aristophanes, Vespis, v. 27.

Δεινόν γέ ποὐστ' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα.

Hinc lux praebenda S. Scripturae loco, perperam fortasse verso, minusque hactenus recte intellecto. Cum Benhadadi exercitus, qui Samariam obsederat, subito timore coelitus immisso perculsus consternatusque fugeret, II. Reg. VII. 15. *Ecce omnis via plena erat vestibus et vasis.* Ubi כלים non sunt vasa proprie sic dicta, ut interpretes nostri vertunt, au-

---

z) Harpocr. v. *Πάναχτος.* Ms. Vratislav. *ἐν αἰγί.* Scr. *Αἰγεῖ.* Praetermisit Matth.

a) *Δίκτυς.*

b) Cf. Elmsl. ad Med. p. 71. Ox.

c) p. 522, 57. cf. 1234, 40.

omnia instrumentorum utensiliumque genera, ut nuperi commentatores volunt, sed arma tantum, sive ut vetus interpres apud Iuditham *πάντα τὰ σκεύη*, *universa arma bellica*. Ita I. Sam. XXXI. 4. Saulis armiger dicitur נשא כליו LXX. *ὁ αἴρων τὰ σκεύη αὐτοῦ*. Et David, cum ensem aut lanceam poscit ab Abimelecho, hanc postulati rationem reddit, כי גם חרבי וגם כלי לא לקחתי בידי quod neque gladium, inquit, neque *τὰ σκεύη*, arma reliqua, mecum tulerim. Ita apud Graecos omnia armorum nomina, vasa vel instrumenta; ita *τεύχη* frequentissime quidem arma, nunc armamenta seu instrumenta nautica, nunc vasa *χαλκευτικά*. Neque aliter *ἔντεα*. Hesych. *Ἔντεα δαιτός· σκεύη· τὰ μὲν γὰρ ἔντεα ὅπλα, τὰ δὲ ὅπλα σκεύη*. Ex Apione vel Apollonio Athenaeus [d]), V. 4. ad eundem Homeri locum: *Δῆλον ὡς τὰ ἀγγεῖα* (i. e. Homerum [e]) per *ἔντεα δαιτός* vasa intellexisse manifestum est), *καὶ γὰρ τῶν ὅπλων τὰ σκεπαστικὰ θώρακα καὶ κνημῖδας καὶ τὰ τούτοις ἐμφερῆ, λέγουσιν ἔντη, καθάπερ ἀντία τῶν τοῦ σώματος μερῶν ὄντα*. Fuerunt igitur et haec Syrorum vasa ὅπλα et, ut Thucydides loquitur, *τὰ περὶ τὸ σῶμα σκεύη* proprie *σκεύη πολεμικά*. Quippe milites Benhadadis, qui subito irruentium hostium sonitu arma corripuerant, vasa omnia cum omnibus, quae in iis continebantur, post se, cum equis armisque tentoriisque ipsis in castris reliquerunt, non vasa negligentes sed animas tantum suas servare cupientes, v. 7. atque arma etiam vestesque, ut fieri solet, proiecerunt. Porro inde fit, ut istiusmodi milites ignominioso nomine *ῥιψάσπιδες* dicerentur, quod inter *ἀδικημάτων ὀνόματα* recensetur a Iulio Polluce, Onomast. VI. 36.: *Ῥίψασπις· ἐπὶ δὲ τούτου ὁ Πλάτων φησὶν, ῥίψασπις μὲν γὰρ οὐκ ἐν πᾶσιν ὀνομάζοιτ' ἂν δικαίως, ἀποβολεὺς δὲ ὅπλων*. Nam tales summe infames habiti, sicut discimus etiam ex Isocratis Orat. de Pace [f]), Aeschine adversus Timarchum, aliisque. Aelian. Var. Hist. X. 13. *Οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστὴς καὶ τὸ ἐπὶ τούτων αἴσχιστον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν*. Atque eo nomine legibus plectebantur. Sextus Empir. Pyrrh. Hypotyp. III. 24. [g]) *Ἀλλὰ καὶ ὁ δειλὸς καὶ ὁ ῥίψασπις ἀνὴρ κολάζεται παρὰ πολλοῖς νόμῳ*. Mox Archilochi [h]) profert in hac re versus notissimos, qui extant etiam apud Plutarchum in Laconicis institutis p. 239. [i]) Meminit et Aelianus loco nuper citato. Neque apud Graecos tantum, verum etiam Romanos maxima ignominia *ῥιψάσπιδας* afficiebant, quod saepius apud auctores observare est. Horat. Od. II. 7.

---

d) Athen. V. p. 193. C.
e) Odyss. VII, 232.
f) Isocr. p. 550, 9. edit. Basil. postrem.
g) §. 216. Fabr.
h) Archil. fragm. p. 146. Lieb.
i) p. 888. sq. vol. VI. Reisk.

Tecum Philippos et celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula,
Cum fracta virtus, et minaces
Turpe solum tetigere mento.

Quin et apud Germanos; Tacitus, De Mor. German. c. 6. *Scutum reliquisse praecipuum flagitium, nec aut sacris adesse aut consilium inire ignominioso fas. Multique superstites bellorum infamiam laqueo finiverunt.*] Quod Aeschylum vero spectat, potuit per *ῥίψασπιν ἄτην* innuisse deditionem; qui enim se dedebant arma abiicere et tradere iubebantur. Caesar, de bello Gall. VII. 40. *Aedui manus tendere, deditionem significare, et proiectis armis mortem deprecari incipiunt.* Vide Bri-sonium de Form. [l])

v. 327. (321.) *ΩΓΥΓΙΑΝ.* *Ὠγύγιον· παλαιὸν, ἀρχαῖον* Hesychio. Ratio nominis inde est: erat Ogyges rex perantiquus, quem alii Atticae, alii Thebarum regem constituunt, in quibus *πύλας Ὠγυγίας* volunt ab illo sic dictas, ipsam urbem Ogygiam: unde Statius bellum hoc *Ogygium* vocat, VII. 38. Propter vero regis illius antiquitatem antiqua omnia vocabantur *ὠγύγια.* Quod etiam eo videtur probabilius, quia *καλυδναῖον*, interprete Hesychio, significat *ἀρχαῖον, παλαιόν*; nam Calydnus rex erat Thebarum antiquissimus. Unde *καλυδναῖον* et *ὠγύγιον* procul dubio ab utroque rege propter vetustatem. Hinc fit, ut Thebas Aegyptiorum, quibus nihil cum Ogyge, *Ogygias* etiam alibi vocat. Potuit etiam utrobique reddi *μέγα, ὑπερμέγεθες*, ut monuit Hesychius et Suidas. Pindarus, Nem. VI. 71. [m])

—— *βοτάνα τέ νιν — Πόδ' ἀ λέοντος νικάσαντ' ἔρεψ' ἀσπὶς Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν.*

ubi licet interpres reddat *vetustis*, atque insuper Scholiast *ἀρχαίοις τοῖς Φλιοῦντος ὄρεσιν*, malim tamen reddi *immens sublimibus*; quia *vetustus* montis epitheton satis est ineptum ut etiam, pace interpretum, in illo Callimachi Hymn. I. 13.

—— *ἀλλὰ ἑ Ῥείης — Ὠγύγιον καλέουσι λεχαῖον Ἀπιδανῆες*

v. 328. *ΑΙΔΙ ΠΡΟΙΑΨΑΙ.* Homericum. [Scholiast Homeri Il. *A'*. 3. *Προΐαψε, πρὸ τῆς εἱμαρμένης ἔπεμψεν.* Cr debant enim antiqui, eos, qui morte aliqua violenta perie runt, ante diem a fatis constitutam vita excedere: hinc Didone Virgilius, Aen. IV. 696.

—— nec fato merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem.

Alibi vero hoc fieri posse negat uterque poeta. Hom. Il. 2 486.

---

l) p. 354. sq. ed. Francof. a. 1582. m) v. 45. Bkh.

Οὐ γάρ τις μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ Ἄϊδι προϊάψει.

Et Virg. Aen. X. 467.

Stat sua cuique dies.]

v. 332. (326.) *ΑΓΕΣΘΑΙ——ΙΠΠΗΔΟΝ ΠΛΟΚΑΜΩΝ.* [Qualiter Virgilius Cassandram describit, Aen. II. 403.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo — Crinibus.

Ἄγεσθαι πλοκάμων dicitur, ut ῥινὸς ἄγεσθαι. Subdit ἱππηδόν, ut Suppl. v. 436.

—— βίᾳ — Δίκας ἀγομέναν — Ἱππηδόν.

ita equi per iubas interdum ducuntur, inopia capistri.] Legit Grotius ἱππηδὸν ἀπὸ πλοκάμων.

[v. 336. *ΒΟΑΙ Δ' ΕΚΚΕΝΟΥΜΕΝΑ ΠΟΛΙΣ.* Sic v. 253.

Στένει πόλισμα δῆθεν ὡς κυκλουμένων.

Dicit urbem ipsam populatam et civibus destitutam clamorem tollere. Eiusmodi prosopopoeia apud Ieremiam Thren. I. 2. *Quomodo sedet sola civitas*, etc. *Plorans ploravit in nocte, et lacrymae in maxillis eius.*]

[v. 337. *ΜΙΞΟΘΡΟΟΥ.* Captivorum virorum, mulierum, virginum et infantium. Contra, Agam. v. 329. *βοὴν ἄμικτον* vocat triumphantium et devictorum clamorem.]

[v. 339. *ΑΡΤΙΤΡΟΠΟΙΣ.* Νεωστὶ ἠθοποιήτοις, novellis, nuper formatis; vel bene et pudice moratis virginibus.]

Ibid. *ΩΜΟΔΡΟΠΩΝ.* Latinis *virgo acerba.* Vide Nonium in voce *Acerbum.* Vide et grammaticos in Virgilii librum VI. 304.

—— cruda Deo viridisque senecta.

v. 342. (336.) *ΤΟΝ ΦΘΙΜΕΝΟΝ ΓΑΡ ΠΡΟΛΕΓΩ.* [Προλέγω, praedico, *are*, alibi praedico, *ere*; πρό in compositione retinet vim quam saepe in appositione habet, ut cum dicatur πρὸ πάντων, *coram omnibus, palam.* Neque enim assentior V. Cl. Ier. Hoelzlino qui in Apoll. I. 9. legit] τὸν φθίμενον γὰρ πρὸ λέγω· nam, inquit, Scholiastes interpretatur τὸν προτεθνηκότα.

v. 348. *ΚΑΙΠΝΩι ΔΕ ΧΡΑΙΝΕΤΑΙ.* [V. Cl. Petrus Victorius, Var. Lect. XXXIV. 11. „Quod Virgilius inquit, Aen. III. 3.

—— Omnis humo fumat Neptunia Troia —

videtur acceptum ab Euripide, quem poetam, ut reliquos tragicos, noster epicus accurate legebat; indeque multos flosculos, seu potius magnos fructus decerpebat, quibus opus suum eximium ornaret. In prologo enim *Τρῳάδων* ita Neptunus loquitur, iniquo animo ferens interitum eius urbis, quam ipse cum Apolline suis manibus extruxerat:

quia ab Atheniensium equitatu interfectus est: illius igitur thoracem in eorum potestatem venisse non erat dubitandum. At de Mardonio alia plane ac contraria ratio est: nam interprete Amasaeo *Mardonius in acie contra Lacedaemonios militans a Spartano milite est interfectus, eius igitur acinacem aut omnino non sustulissent Lacedaemonii, aut sublatum Atheniensibus non concessissent.* Quae quidem verba nec quod voluit auctor ostendunt, nec omnino quicquam rationis in se habent, et Sylburgium, qui toties Amasaeum correxit, solita hic plane fugit diligentia. Verba auctoris sunt: *Μασίστιον μὲν δὴ τελευτήσαντα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων οἶδα ἱππέων· Μαρδονίου δὲ μαχομένου Λακεδαιμονίοις ἐναντία καὶ ὑπὸ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου πεσόντος, οὐδ' ἂν ὑπεδέξαντο ἀρχὴν, οὐδὲ ἴσως Ἀθηναίοις παρῆκαν φέρεσθαι Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀκινάκην.* Quae quidem verba recte intellecta hanc nobis mentem auctoris exhibent: Masistium quidem ab Atheniensium equitatu interemptum scimus (adeoque eius thoracem fuisse verisimillimum est). Cum autem Mardonius in acie contra Lacedaemonios dimicarit, et a milite Spartano interfectus sit, nec primo Atheniensis sustulisse, nec Atheniensibus Lacedaemonios concessisse credibile est, adeoque Mardonii fuisse acinacem non videtur.

Eundem in Palaestina morem ab ipso Dei populo observatum legimus. Ita David gladium Goliae Deo in tabernaculo consecravit. *Caput victi*, inquit Sulpitius Severus, Hist. I. 60. *et spolia abstulit, gladium postea in templum posuit.* Neque ensem tantum, sed et caput Goliae pariter dedicasse putavit Basilius Seleuciensis, Orat. XV. et Hieronymus arma etiam reliqua fuisse consecrata. Uterque ex I. Sam. XVII. 54. *Assumens autem David caput Philistaei attulit illud in Ierusalem; arma vero eius posuit in tabernaculo suo.* Ad quem locum D. Hieronymus in traditionibus Hebr.: *Arma vero eius*, i. e. Philistaei, *non est intelligendum quod in suo posuerit tabernaculo, sed in tabernabulo Dei; de quo tabernaculo postea haec ab Abimeleth sacerdote suscepit.* Quod de ense quidem verissimum esse extra omne dubium est. Ita enim Abimelechus ipse loquitur, I. Sam. XXI. 9. Ut Iosephi verbis utar Antiq. Iud. VI. 12. *τὰ δὲ τὴν Γολιάθου ῥομφαίαν, ἣν ἀποκτείνας τὸν Παλαιστῖνον αὐτὸς ἀνεθείη τῷ θεῷ.* Neque aliter intelligendum est de armis aureis II. Sam. VIII. 7. quae Septuaginta interpretes *χλιδῶνας*, Aquila *κλαίους* vocant: *Et tulit David arma aurea, quae habebant servi Adadezer, et detulit ea in Ierusalem.* Licet enim Hebr. simpliciter dicat ויביאם ירושלם et Septuaginta *ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς Ἱερουσαλήμ*, recte tamen Iosephus haec arma Deo dedicata *ἀναθέντα* dicit, VII. 5. *Τάς τε χρυσᾶς φαρέτρας καὶ τὰς παροπλίας ἃς οἱ τοῦ Ἀδάδου σωματοφύλακες ἐφόρουν, ἀνέθηκε τῷ Θεῷ εἰς Ἱεροσόλυμα.*

Ibid. *ΠΟΛΕΜΙΩΝ Σ' ΕΣΘΗΜΑΤΑ.* Mortuis spolia detrahere Graeci *συλᾶν* proprie dicunt. Hom. Iliad. Κ'. 387

Ἢ τινα συλήσων νεκύων καταπεθνειώτων.

ἀντὶ τοῦ ἐκδύσων κατὰ τοὺς παλαιούς, ut inquit Eustathius o): Ita *συλᾷ, ἐκδύει.* Et rursus, *συλᾶν, γυμνοῦν.* Schol. *ἀπεγύμνουν.* Ita Glossa vet. *Spoliarium*, *ἀποδυτήριον.* Nec aliunde Latinis *exuviae* quasi ab *exuendo* dictae. Claud. XXXVI. 348.

—— hos onerat ramos exutus Ophion:

id est, exuviae Ophionis. Hesych. qui obiter emendandus, Σελλαβὰς ὁδοῦ· *τοὺς συλῶντας καὶ ἐκδύοντας.* Lege Συλητάς. Cui errori similis est plane apud Etymologicum p) eodem negotio eximendus. *Σύλαι· αἱ συλλήψεις.* Lege *συλήσεις.*

v. 284. *ΑΓΝΟΙΣ ΔΟΜΟΙΣ.* Antiquissimum morem fuisse spolia hostium in Deorum templis suspendendi, observat Eustathius in Iliad. *H'*. p. 666. l. 33. *Τὸ δὲ ἐν ναοῖς κρεμᾶν τὰ σκῦλα τῶν νενικημένων ἔθος ἦν ἀρχαῖον. Καὶ δηλοῖ αὐτὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοινισσαῖς, καὶ ὁ κωμικὸς δὲ ἐν τοῖς Ἱππεῦσι.* Euripidis verba haec sunt, Phoeniss. v. 571.:

Καὶ [χεὶς] σκῦλα γράψεις πῶς ἐπ' Ἰνάχου ῥοαῖς;
Θήβας πυρώσας τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
Ἀσπίδας ἔθηκε. ——

Atque etiam Phoeniss. v. 1481.

—— *ὡς δ' ἐνικῶμεν μάχῃ,*
Οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἱστασαν βρέτας,
Οἱ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
Σκυλεύμαι' εἷσω τειχέων ἐπέμπομεν.

Aristophanis vero haec, in Equit. v. 842.:

Ἕως ἂν ᾖ τῶν ἀσπίδων τῶν ἐκ Πύλου τι λοιπόν.

Ad quae verba Scholiastes: *Πάλιν ὁ Κλέων τὰ περὶ Πύλον θρυλλῖ καὶ Σφακτηρίαν καὶ τὰ τῶν αἰχμαλώτων. Ἔθος δὲ ἦν, τὰ ἀπὸ τῶν πολέμων* (lego *πολεμίων* ex Suida, qui haec Scholiastae verba in collectanea sua transtulit, in *Ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον, κ. τ. λ.*) *ὅπλα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατιθέναι. Ἕως οὖ, φησὶν, ἀνάκειται ἀπὸ Πύλου καὶ Σφακτηρίας ὅπλα, ἅπερ ἀνέθηκα τοῖς θεοῖς νικήσας, οὐδεὶς τῶν ἐχθρῶν τολμήσει κατ' ἐμοῦ λέγειν.* Graviter igitur lapsus est Vir Cl. Ioannes Meursius, qui verba haec Scholiastae adduxit, ut in more positum veteribus fuisse, cum militia se abdicarent, arma sua in Deorum templis suspendere, ostenderet. At nihil minus Scholiastes intellexit, qui morem illum spolia hostium consecrandi clarissime expressit. Notissima est ex Thucydide q) historia de Lacedaemoniis ad Pylum et Sphacteriam insulam a Cleone, Atheniensi duce,

---

o) Apud Eust. p. 813, 24. haec verba non exstant; cf. tamen p. 686, 48. 666, 20.

p) Etym. p. 734, 2.

q) Thuc. IV, 30.

captis. Hunc Cleonem scutis Lacedaemoniorum dedicatis gloriantem comicus introducit, se inimicorum omnium ora facillime obturatum ire. Morem hunc recte dixit antiquum Eustathius; nam et ante Thebani belli tempora templum Pici antiqui Latinorum regis spoliis hostium ornatum describit veterum rituum observantissimus Maro, Aeneid. VII. 183.

> Multaque praeterea sacris in postibus arma,
> Captivi pendent currus, curvaeque secures
> Et cristae capitum, et portarum ingentia claustra,
> Spiculaque clypeique, ereptaque rostra carinis.

Et de Sesostre, antiquissimo Aegyptiorum rege, qui post novem annorum expeditionem, qua Asiam subegit omnem una cum parte Europae, excitatis ubique monumentis gentium a se devictarum, amplissima cum praeda domum revertit, Diodor. I. 55. *Τὰ μὲν ἱερὰ πάντα τὰ κατ' Αἴγυπτον ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις καὶ σκύλοις ἐκόσμησε.* [Quin et huius generis fuisse *ἀναθήματα* illa templi Hierosolymitani, quorum meminit D. Lucas XXI. 5. persuasum mihi habeo, licet qualia ea fuerint non est a quopiam hactenus satis aperte demonstratum. Theophylactus ad h. l. putat haec illa ipsa fuisse templi ornamenta, quae ex ipso Dei praecepto formata ad divinum cultum pertinebant, de quibus agitur I. Reg. VI.: *Οἶμαι δὲ τὰ τορευτὰ ἐκεῖνα καὶ γλυπτὰ λέγειν οἷον φοίνικας καὶ χερουβίμ. Ταῦτα γὰρ ἴσως τὰ ἀναθήματα.* Fortassis inquit, adeo timide pronuntiat. Verum omnino verisimile non est, ea quae ad templum a prima institutione pertinuerunt, ipsiusque quasi partes fuere, hic intelligi. Et Hecataeus post templum secundum conditum testatus est nullum in eo *ἀνάθημα* fuisse *Ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀνάθημα τὸ παράπαν.* Iosephus contra Apion. I. 22. Quaenam igitur aut unde haec donaria? Primo quidem post aetatem Hecataei Ptolemaeus Philadelphus templum Hierosolymitanum donariis ornavit, quorum cum catalogum nobis Iosephus Antiq. XII. 2. recensuisset *ταῦτα μέν*, inquit, *τὰ πεμφθέντα εἰς Ἱεροσόλυμα ὑπὸ Πτολεμαίου ἀναθήματα.* Non tamen haec erant quae Apostoli spectabant quae Lucas voluit, omnia enim ea Antiochus Illustris abstulit. Ioseph. Antiq. XII. 5. *Χρυσὸν γὰρ ἑώρα πολὺν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ τὸν τῶν ἀναθημάτων κόσμον πολυτελέστατον· ἵνα συλήσῃ τοῦτον, ὑπέμενε τὰς πρὸς ἐκείνους αὐτῷ σπονδὰς παραβῆναι.* Et quo Philadelpho successit Ptolemaeus Euergetes, cum universam Asiam armis obtinuisset, Deo Israelitarum sacrificavit, plurimaque donaria in templo Hierosolymitano dedicavit, Iosephi contr. Apion. II. 5. *Οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν, ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα πολλὰς ὡς ἦν νόμιμόν ἐστιν ὑπετέλεσε θυσίας τῷ Θεῷ, καὶ ἀνέθηκεν ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια.* Alia post haec donaria erant, quorum unum pulcherrimum quidem Aristobulus Pompeio donavit, et in

Iovis Capitolini templo dedicatum est, ut testantur Strabo r) et Iosephus. Reliqua vero, quae Pompeii continentia reliquit, avaritia Crassi Cassiique expilavit. Cum Herodes templum restauravit, ipse vite alia, in illius locum quam Aristobulus Pompeio donaverat, pulcherrimo donario locupletavit. Et de Augusto Philo, Legat. ad Caium. p. 1014. *Ὥστε μονονοὺ πανοίκιος ἀναθημάτων πολυτελείαις τὸ ἱερὸν ἡμῶν ἐκόσμησε.* Quippe non tantum Caesar ipse, sed plurimi ex eius familia donariis templum ornaverant locupletaverantque. Et Ioseph. de Bell. Iud. VI. 37. *ἀκροτοφόρων* meminit ab Augusto et ab uxore eius dedicatione. Nam et de Iulia Augusta legimus apud Philon. Legat. p. 1036. *Ἰουλία Σεβαστὴ κατεκόσμησε τὸν ναὸν χρυσοῦς φιάλαις καὶ σπονδείοις, καὶ ἄλλων ἀναθημάτων πολυτελεστάτων πλήθει.* Imperatores enim Romani templum Hierosolymitanum semper ornaverant. Ioseph. De Bell. Iud. VI. 37. Et de M. Agrippa: *Ἀναθήμασι δὲ κοσμήσας ὅσον ἐξῆν τὸ ἱερόν.* De his igitur talibusque donariis, quae a Cyro interprete Corbane vocantur, loqui discipulos volunt, quod talia in gazophylacio asservabantur, a quo Christus iam exibat, ubi et *observabat eos qui mittebant munera sua in gazophylacium divites*, Luc. XXI. 1. Verum pace tantorum virorum, neque haec dona sacra fuisse, de quibus agunt discipuli, puto; erant enim illa in apothecis posita, in thesauris recondita, quae nunc gazophylacia nunc *ποσοφόρια* nunc *ἔξεδραι* vocantur. At vero gazophylacium, in cuius conspectu Christus iam sedebat, nihil aliud fuisse videtur quam arca quaedam et reconditorium temporarium, in quod quotidie pii ex Iudaeis aliquod pecuniae coniecerunt, ubi *ὁ ὄχλος ἔβαλλε χαλκὸν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον.* Marc. XII. 41. Praeterea ea de quibus Apostoli loquuntur intuenti templum apparuere. *Egressus enim Iesus de templo ibat*, inquit D. Matthaeus, XXIV. 1., et cum iam erat extra templum constitutus, ait ei unus ex discipulis suis, *aspice quales lapides et quales structurae*, D. Marc. XIII. 1. Vel quod eodem recidit, dicentibus quibusdam de templo *ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται*, de ornamento aliquo templi loquitur, quod in oculos ambulantium incurrebat, quod ipsi structura inerat, aut aderat quod parietibus, ut ex Christi responso satis patet. Videtis haec omnia? et *ταῦτα ἃ θεωρεῖτε*, haec ipsa quae vobis aspicientibus tam pulchra atque ornata videntur. De illis igitur locuti sunt, quae vel ex templo egredientibus vel retrospicientibus erant ante oculos posita, ad ornatum maiestatemque templi facientia. Haec autem mihi videntur fuisse *ἀκροθίνια*, sc. ex bello, ex spoliis *ἀναθήματα*. Herodes enim, ut templum de novo aedificavit, lapidibusque mirae pulchritudinis quantitatisque per-

---

r) Strab. XVI, 524. Cas.

polivit, unde prior pars admirationis, *ἰδὲ ποταποὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί*, spoliis etiam hostium de more parietes ornavit, adeoque templum non tantum *λίθοις καλοῖς* sed et *ἀναθήμασι κεκόσμηται*. Talia vero spolia circa templum undequaque affixa et dedicata ab Herode fuisse, locuples nobis testis est Iosephus, V. 14. *Τοῦ δὲ ἱεροῦ παντὸς ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικὰ, καὶ ταῦτα πάντα βασιλεὺς Ἡρώδης ἀνέθηκε προσθεὶς ὅσα καὶ τῶν Ἀράβων ἔλαβε.*]

v. 287. *ΜΗ ΦΥΓΗΙΣ.* Fortasse legendum *ἐκφύγῃς.*

v. 288. *ΕΙΠ' ΑΝΔΡΑΣ ΕΞ —— ΤΑΞΩ ΜΟΛΩΝ.* *Ἐκτάξω.* Tmesis. [Quod non percepit Schol. *A'.* cum interpretatus esset *ἐγὼ δὲ παραγενόμενος ἐπ' ἄνδρας ἐξ οὗ ἐμοὶ ἐβούλοντο τάξω εἰς ἑπτατειχεῖς ἐξόδους.*]

[v. 295. *ΖΩΠΥΡΟΥΣΙ.* Suid. *Ζωπυρεῖ· ἀναζῆν ποιεῖ, ἢ ἐκκαίει.* Senec. Agam. v. 130.

Flammae medullas et cor exurunt meum,
Mistus fiolori subdidit stimulos timor.]

[Ibid. *ΤΑΡΒΟΣ.* f. *ταρβῶ.* Sed nostra editio coniungit cum *ζωπυροῦσι.*]

[v. 297. *ΔΡΑΚΟΝΤΑ.* Moschus, IV. 21.

Ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς
Ὀλλυμένοις, οὓς τ' αἰρὸς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας
Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατεσθίει· ἡ δὲ καὶ αὐτοὺς
Πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ, πότνια μήτηρ·
Οὐ γὰρ [οὐδ' ἄρ'] ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι.]

v. 298. *ΛΕΧΕΩΝ ΔΥΣΕΥΝΗΤΕΙΡΑ ΠΛΑΝΤΡΟΦΟΣ* *Λεχέων δυσευνήτειρα infeliciter cubans.* [*Πάντροφος* dictam Aeschylo columbam tradit Io. Tzetzes, quia per totum annum coït ac pullos fovet, in Lycophr. v. 87. *Καὶ γὰρ ἡ περιστερὰ μόνη τῶν πτηνῶν δι' ὅλου ἔτους ὀχεῖται καὶ νεοττοὺς ποιεῖ.*]

v. 304. *ΑΜΦΙΒΟΛΟΙΣΙΝ.* Suidas, *Ἀμφίβολοι· παντοχόθεν βαλλόμενοι, ἢ ἀπορούμενοι.* Portus interpres: *Ambigui dubii, ancipites, incerti, qui undique petuntur et premuntur; aut qui dubitant et nesciunt quo se vertant, qui consilii inopia laborant.*

[v. 306. *ΧΕΡΜΑΔ' ΟΚΡΥΟΕΣΣΑΝ.* Hesych. *Χερμάς· λίθος χειροπλήθης, ὃν τῇ χειρὶ βαστάσαι ἢ ἀνελέσθαι δύναται τις.* Hic vero significat acervum lapidum, lapidationem, ut *λιθ* v. 163. ubi Schol. *σωρὸς λίθων.*]

v. 308. *ΣΤΡΑΤΟΝ.* Populum: sic Pindarus s), Pyth. II. 160.]

v. 310. *ΠΟΙΟΝ Δ' ΑΜΕΙΨΕΣΘΕ ΓΑΙΑΣ ΠΕΔΟΝ* *Quodnam* aliud *petituri estis terrae solum?* Si relinquitis hanc quas alias terras petituri vel migraturi estis his meliores

s) Pyth. II, 87. Bkh.

Alibi quoque, si bene memini, in hac fabula, v. 223. [Nos olim *reddideritis*, nullo plane sensu. *Quale admigrabitis terrae solum hoc melius?* Ita v. 840. διαμείψαι. Scholiastes Ξοανηφόρους Sophoclis citat; a Viris doctissimis Isaaco Casaubono et Iohanne Meursio in catalogis quas exhibuerunt tragoediarum Sophoclearum praetermissum est istius fabulae nomen, ut et aliarum aliquot, quarum epigraphas hac occasione in medium proferre operae erit pretium.

ΑΧΑΙΔΕΣ. Erotian. Lexic. p. 123.

ΕΡΜΙΟΝΗ. Eustathius, in Homer. Odyss. Δ. p. 1479. l. 10. *Σοφοκλῆς δὲ [(φασὶν)] ἐν Ἑρμιόνῃ ἱστορεῖ, ἐν Τροίᾳ ὄντος ἔτι Μενελάου, ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ τοῦ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ, εἶτα ὕστερον ἀφαιρεθεῖσαν αὐτοῦ ἐκδοθῆναι τῷ Νεοπτολέμῳ κατὰ τὴν ἐν Τροίᾳ ὑπόσχεσιν. Αὐτοῦ δὲ Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Μαχαιρέως ὅτε τὸν Ἀπόλλω τινόμενος τὸν τοῦ πατρὸς ἐξεδίκει φόνον, ἀποκαταστῆναι αὖθις αὐτὴν τῷ Ὀρέστῃ ἐξ ὧν γενέσθαι τὸν Τισαμενόν, φερωνύμως οὕτω κληθέντα παρὰ τὴν μετὰ μένους τίσιν· ἐπεὶ ὁ πατὴρ Ὀρέστης ἐτίσατο τοὺς φονεῖς τοῦ Ἀγαμέμνονος.*

ΘΗΣΕΥΣ. Suidas, *Ὄμπνιον νέφος· μέγα, πολὺ, ηὐξημένον. Σοφοκλῆς Θησεῖ.*

ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΙ. t) Stephanus, περὶ πόλεων in voce *Κράνεια· Κρώνεια· χωρίον Ἀμβρακιωτῶν. Θεόπομπος πεντηκοστῷ πρώτῳ· τὸ ἐθνικὸν Κρανειάτης, ὡς Μαρειάτης, ὥς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος.* MS. A. in Biblioth. Vatic. ex MSS. Palat. *Λαρισσαίοις.*

ΝΙΠΤΡΟΙ. u) Suidas in voce *παρουσία, Καὶ ἐπὶ τοῦ παρεῖναι δὲ τάσσεται, ὡς καὶ ἐν τοῖς Νίπτροις Σοφοκλέους.*

ΞΟΑΝΗΦΟΡΟΙ. Scholiastes noster *A'*. *Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τοῦ Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα.*

ΡΗΣΟΣ. Quae inter fabulas Euripideas extat, eam a nonnullis Sophocli olim attributam fuisse, prodit argumenti auctor. Uterque Scaliger hanc tutatur sententiam.

ΤΕΥΚΡΟΙ. x) Scholiastes Aristophanis in Nubes, ad illa verba comici, v. 583.

Βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς,

παρὰ τὰ ἐκ Τεύκρων y) Σοφοκλέους, inquit, *οὐρανοῦ δ' ἀπὸ Ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς.* Eadem videtur quae Τεῦκρος Stephano et Stobaeo.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. (*ὁ ἐν Τροίᾳ.*) Binas Philoctetis nomine tragoedias edidit Sophocles, quarum illa quae periit Φιλοκτήτης ὁ ἐν Τροίᾳ dicebatur; altera sub Philoctetis nomi-

---

t) Eadem fabula atque Acrisius. v. Brunck. p. 9. Gaisf.

u) *Νίπτρα.* x) *Τεῦκρος.* y) *Τεύκρου.*

ne simpliciter extat, cui tamen, ni fallor, plenus titulus, *Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ.* Nam quod Meursius hanc quae extat eandem cum *Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ* fuisse putat, id omnino vel ex ipsa fabulae scena et argumento refelli potest. Adeo ut nihil opus quod moneamus, duo illa, quae ex Hesychio et Prisciano adducit, fragmenta in ista quae extat fabula nusquam comparere.

Hactenus de Sophocle: praetermissae etiam sunt a Iohanne Meursio hae fabulae Euripidis.

ΑΙΓΙΣ. Harpocration. Lexic. p. 228. [z])

ΔΙΚΤΗΣ. [a]) Auctor argumenti in Medeam Euripidis: *Τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί.* Sed vero legendum *Δίκτυς.*

ΕΚΑΒΗ. Extat.

ΘΕΡΙΣΤΑΙ. Satyrica fabula. Argumenti auctor in Medeam: *Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί. Σάτυροι δὲ σώζεται* [b]). Nempe *Θερισταί*, ultima tetralogiae fabula.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ Β. ΣΤΕΦΑΝΙΑΣ. Scholiastes Euripidis, p. 226. *a.*

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΚΑΛΥΠΤΟΜΕΝΟΣ. Iulius Pollux, IX. 5.

ΚΕΡΚΥΩΝ. Eustathius in Homeri Il. *Z'*. p. 522. [c]) *Καὶ κῦμα τὸ γέννημα ὡς ἐκ τοῦ κύημα κατὰ κρᾶσιν, ὡς δηλοῖ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Κερκύονι τὸ, γέμουσαν κύματος θεοσπόρου, ἤγουν ἐγκυμονοῦσαν ἐκ Ποσειδῶνος.* Idem, in Odyss. p. 430. *Ὅτι δὲ τοῦ τοιούτου κύειν, καὶ παραγωγόν ἐστι κῦμα ὃ σύλληψιν δηλοῖ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ὥσπερ καὶ προείρηται Κερκύονι· ὅπου λέγει τὴν ἐκείνου θυγατέρα γέμουσαν κύματος θεοσπόρου τοῦ κατὰ σύλληψιν.*

[v. 317. (311.) *ΤΗΘΥΟΣ ΤΕ ΠΑΙΔΕΣ.* Prometh. v. 137

Τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα.

Vide sis quae illic annotata.]

v. 321. (315.) *ΡΙΨΟΠΛΑΟΝ.* Innuit fugam; [solent enim milites fugati arma abiicere, quo magis perniciter avolent, ne arma fugae impedimento sint. Aristophanes, Vespis, v. 27.

Δεινόν γέ πουσὶ ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα.

Hinc lux praebenda S. Scripturae loco, perperam fortasse verso, minusque hactenus recte intellecto. Cum Benhadadi exercitus, qui Samariam obsederat, subito timore coelitus immisso perculsus consternatusque fugeret, II. Reg. VII. 15. *Ecce omnis via plena erat vestibus et vasis.* Ubi כלים non sunt vasa proprie sic dicta, ut interpretes nostri VESSELS, at

---

z) Harpocr. v. *Πάναχτος.* Ms. Vratislav. *ἐν αἰγί.* Scr. *Αἰγεῖ.* Praetermisit Matth.

a) *Δίκτυς.*

b) Cf. Elmsl. ad Med. p. 71. Ox.

c) p. 522, 57. cf. 1234, 40.

omnia instrumentorum utensiliumque genera, ut nuperi commentatores volunt, sed arma tantum, sive ut vetus interpres apud Iuditham *πάντα τὰ σκεύη, universa arma bellica*. Ita I. Sam. XXXI. 4. Saulis armiger dicitur נשא כליו LXX. ὁ αἴρων τὰ σκεύη αὐτοῦ. Et David, cum ensem aut lanceam poscit ab Abimelecho, hanc postulati rationem reddit, כי אם חרבי וגם כלי לא לקחתי בידי quod neque gladium, inquit, neque τὰ σκεύη, arma reliqua, mecum tulerim. Ita apud Graecos omnia armorum nomina, vasa vel instrumenta; ita τεύχη, frequentissime quidem arma, nunc armamenta seu instrumenta nautica, nunc vasa χαλκευτικά. Neque aliter ἔντεα. Hesych. Ἔντεα δαιτός· σκεύη· τὰ μὲν γὰρ ἔντεα ὅπλα, τὰ δὲ ὅπλα σκεύη. Ex Apione vel Apollonio Athenaeus [d]), V. 4. ad eundem Homeri locum: Δῆλον ὡς τὰ ἀγγεῖα (i. e. Homerum [e]) per ἔντεα δαιτός vasa intellexisse manifestum est), καὶ γὰρ τῶν ὅπλων τὰ σκεπαστικὰ θώρακα καὶ κνημῖδας καὶ τὰ τούτοις ἐμφερῆ λέγουσιν ἔντη, καθάπερ ἀντία τῶν τοῦ σώματος μερῶν ὄντα. Fuerunt igitur et haec Syrorum vasa ὅπλα et, ut Thucydides loquitur, τὰ περὶ τὸ σῶμα σκεύη proprie σκεύη πολεμικά. Quippe milites Benhadadis, qui subito irruentium hostium sonitu arma corripuerant, vasa omnia cum omnibus, quae in iis continebantur, post se, cum equis armisque tentoriisque ipsis in castris reliquerunt, non vasa negligentes sed animas tantum suas servare cupientes, v. 7. atque arma etiam vestesque, ut fieri solet, proiecerunt. Porro inde fit, ut istiusmodi milites ignominioso nomine ῥιψάσπιδες dicerentur, quod inter ἀδικημάτων ὀνόματα recensetur a Iulio Polluce, Onomast. VI. 36.: Ῥίψασπις· ἐπὶ δὲ τούτου ὁ Πλάτων φησὶν, ῥίψασπις μὲν γὰρ οὐκ ἐν πᾶσιν ὀνομάζοιτ' ἂν δικαίως, ἀποβολεὺς δὲ ὅπλων. Nam ales summe infames habiti, sicut discimus etiam ex Isocratis Orat. de Pace [f]), Aeschine adversus Timarchum, aliisque. Aelian. Var. Hist. X. 13. Οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστὴς, οὔτε τὸ ἐπὶ τούτων αἴσχιστον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. Atque eo nomine legibus plectebantur. Sextus Empir. Pyrrh. Hypotyp. III. 24. [g]) Ἀλλὰ καὶ ὁ δειλὸς καὶ ὁ ῥίψασπις ἀνὴρ κολάζεται παρὰ πολλοῖς νόμῳ. Mox Archilochi [h]) profert in hac re versus notissimos, qui extant etiam apud Plutarchum in Laconicis institutis p. 239. [i]) Meminit et Aelianus loco nuper cito. Neque apud Graecos tantum, verum etiam Romanos maxima ignominia ῥιψάσπιδας afficiebant, quod saepius apud auctores observare est. Horat. Od. II. 7.

---

d) Athen. V. p. 193. C.
e) Odyss. VII, 232.
f) Isocr. p. 550, 9. edit. Basil. postrem.
g) §. 216. Fabr.
h) Archil. fragm. p. 146. Lieb.
i) p. 888. sq. vol. VI. Reisk.

Tecum Philippos et celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula,
Cum fracta virtus, et minaces
Turpe solum tetigere mento.

Quin et apud Germanos; Tacitus, De Mor. German. c. 6. *Scutum reliquisse praecipuum flagitium, nec aut sacris adesse aut consilium inire ignominioso fas. Multique superstites bellorum infamiam laqueo finiverunt.*] Quod Aeschylum vero spectat, potuit per ῥίψαπλον ἄταν innuisse deditionem; qui enim se dedebant arma abiicere et tradere iubebantur. Caesar, de bello Gall. VII. 40. *Aedui manus tendere; deditionem significare, et proiectis armis mortem deprecari incipiunt.* Vide Brissonium de Form. [l])

v. 327. (321.) *ΩΓΥΓΙΑΝ.* Ὠγύγιον· παλαιὸν, ἀρχαῖον Hesychio. Ratio nominis inde est: erat Ogyges rex perantiquus, quem alii Atticae, alii Thebarum regem constituunt, in quibus πύλας Ὠγυγίας volunt ab illo sic dictas, ipsam urbem Ogygiam: unde Statius bellum hoc *Ogygium* vocat, VII. 38. Propter vero regis illius antiquitatem antiqua omnia vocabantur ὠγύγια. Quod etiam eo videtur probabilius, quia καλυδναῖον, interprete Hesychio, significat ἀρχαῖον, παλαιόν; nam Calydnus rex erat Thebarum antiquissimus. Unde καλυδναῖον et ὠγύγιον procul dubio ab utroque rege propter vetustatem. Hinc fit, ut Thebas Aegyptiorum, quibus nihil cum Ogyge, *Ogygias* etiam alibi vocat. Potuit etiam utrobique reddi μέγα, ὑπερμέγεθες, ut monuit Hesychius et Suidas. Pindarus, Nem. VI. 71. [m])

—— βοτάνα τέ νιν — Πόθ' ἁ λέοντος νικάσαντ' ἔρεψ' ἀσκίοις
Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν.

ubi licet interpres reddat *vetustis*, atque insuper Scholiastes ἀρχαίοις τοῖς Φλιοῦντος ὄρεσιν, malim tamen reddi *immensis, sublimibus*; quia *vetustus* montis epitheton satis est ineptum: ut etiam, pace interpretum, in illo Callimachi Hymn. I. 13.

—— ἀλλὰ ἓ Ῥείης — Ὠγύγιον καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες.

v. 328. *ΑΙΔΙ ΠΡΟΙΑΨΑΙ.* Homericum. [Scholiastes Homeri Il. *Α'*. 3. Προΐαψε, πρὸ τῆς εἱμαρμένης ἔπεμψεν. Credebant enim antiqui, eos, qui morte aliqua violenta perierunt, ante diem a fatis constitutam vita excedere: hinc de Didone Virgilius, Aen. IV. 696.

—— nec fato merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem.

Alibi vero hoc fieri posse negat uterque poeta. Hom. Il. Ζ' 486.

---

l) p. 354. sq. ed. Francof. a. 1542. m) v. 43. Bkh.

Οὐ γάρ τις μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ Ἄϊδι προϊάψει.

Et Virg. Aen. X. 467.

Stat sua cuique dies.]

v. 332. (326.) *ΑΓΕΣΘΑΙ——ΙΠΠΗΔΟΝ ΠΛΟΚΑΜΩΝ.* [Qualiter Virgilius Cassandram describit, Aen. II. 403.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo — Crinibus.

Ἄγεσθαι πλοκάμων dicitur, ut ῥινὸς ἄγεσθαι. Subdit ἱππηδόν, ut Suppl. v. 436.

—— βίᾳ — Δίκας ἀγομέναν — Ἱππηδόν.

ita equi per iubas interdum ducuntur, inopia capistri.] Legit Grotius ἱππηδὸν ἀπὸ πλοκάμων.

[v. 336. *ΒΟΑι Δ' ΕΚΚΕΝΟΥΜΕΝΑ ΠΟΛΙΣ.* Sic v. 253.

Στένει πόλισμα δῆθεν ὡς κυκλουμένων.

Dicit urbem ipsam populatam et civibus destitutam clamorem tollere. Eiusmodi prosopopoeia apud Ieremiam Thren. I. 2. *Quomodo sedet sola civitas*, etc. *Plorans ploravit in nocte, et lacrymae in maxillis eius.*]

[v. 337. *ΜΙΞΟΘΡΟΟΥ.* Captivorum virorum, mulierum, virginum et infantium. Contra, Agam. v. 329. *βοὴν ἄμικτον* vocat triumphantium et devictorum clamorem.]

[v. 339. *ΑΡΤΙΤΡΟΠΟΙΣ.* Νεωστὶ ἠθοποιήτοις, novellis, nuper formatis; vel bene et pudice moratis virginibus.]

Ibid. *ΩΜΟΔΡΟΠΩΝ.* Latinis *virgo acerba.* Vide Nonium in voce *Acerbum.* Vide et grammaticos in Virgilii librum VI. 304.

—— cruda Deo viridisque senecta.

v. 342. (336.) *ΤΟΝ ΦΘΙΜΕΝΟΝ ΓΑΡ ΠΡΟΛΕΓΩ.* [*Προλέγω*, praedico, *are*, alibi praedico, *ere*; *πρό* in compositione retinet vim quam saepe in appositione habet, ut cum dicatur *πρὸ πάντων*, *coram omnibus*, *palam*. Neque enim assentior V. Cl. Ier. Hoelzlino qui in Apoll. I. 9. legit] *τὸν φθίμενον γὰρ πρὸ λέγω*· nam, inquit, Scholiastes interpretatur *τὸν προτεθνηκότα.*

v. 348. *ΚΑΠΝΩι ΔΕ ΧΡΑΙΝΕΤΑΙ.* [V. Cl. Petrus Victorius, Var. Lect. XXXIV. 11. „Quod Virgilius inquit, Aen. III. 3.

—— Omnis humo fumat Neptunia Troia —

videtur acceptum ab Euripide, quem poetam, ut reliquos tragicos, noster epicus accurate legebat; indeque multos flosculos, seu potius magnos fructus decerpebat, quibus opus suum eximium ornaret. In prologo enim *Τρῳάδων* ita Neptunus loquitur, iniquo animo ferens interitum eius urbis, quam ipse cum Apolline suis manibus extruxerat:

Ἡ νῦν καπνοῦται, καὶ πρὸς Ἀργείου δορὸς
Ὄλωλε πορθηθεῖσα. n)

In fabula etiam Aeschyli, quae inscribitur *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*, ita chorus canit, referens mala, in quae cadunt civitates captae ab hostibus:

Ἄλλος δ' ἄλλον ἄγει, — φονεύει, τὰ δὴ καὶ πυρφορεῖ, — Καπνῷ δὲ χραίνεται πόλισμ' ἅπαν.

Sed tamen prior locus magis exprimitur versu Latino."]

[v. 351. (345.) *ΚΟΡΚΟΡΥΓΑΙ.* Hesych. *Κορκορυγή· κραυγή, βοή, ταραχὴ μετὰ θορύβου.* Ieremias, de excidio Babylonis agens, LI. 38. *Simul ut leones rugient.*]

[v. 352. *ΟΡΚΑΝΗ.* Est ὀρχάνη secundum Eustath. in Il. *B'*. p. 233. l. 41. *ἕρκος τι ὡς ἀκανθῶδες περίφραγμα.* Hesychius inter caetera exponit *σαργάνην, φραγμόν.*]

[v. 354. *ΒΛΑΧΑΙ.* Hesych. *Βληχά· φωνὴ προβάτων.* Homer. Odyss. *M'*. 226. *Ὅτων τε βληχήν.* Inde ad puerulorum vagitum transfertur. Aristoph. Vesp. v. 568. *Τὰ δὲ παιδάρια συγκύπτονθ' ἅμα βληχᾶται.*]

[Ibid. *ΑΙΜΑΤΟΕΣΣΑΙ.* Infantium ab uberibus matrum detractorum et solo allisorum, vel alio quodam modo interfectorum, ut in urbium direptionibus fieri solet. Iuxta Homericum illud, Il. *X'*. 64.

καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα πρὸτὶ γαίῃ ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.

Ex communi iure belli; unde Psalm. CXXXVII. 9. beatus fore dicitur, qui Babyloniorum infantes petrae allidet.]

[v. 355. *ΕΠΙΜΑΣΤΙΔΙΩΝ.* Virg. Aen. V. 285.

—— geminique sub ubere nati.

Statius, Theb. III. 672.

—— parvumque sub ubere caro — Thessandrum portabat avo.]

[v. 356. *ΑΡΤΙΤΡΕΦΕΙΣ.* Pollux, Onomast. II. 2. *Ἐν ἐν γάλακτι, ἐπιμαστίδιον; ἐπιμάστιον, ἄρτι ἀπὸ θηλῆς, ἄρτι ἀπὸ μάστου.*]

[Ibid. *ΦΕΡΩΝ.* Suid. *Ἄγειν καὶ φέρειν· τὸ ληστεύειν καὶ ἁρπάζειν.*]

v. 357. *ΑΡΠΑΓΑΙ ΔΕ ΔΙΑΔΡΟΜΑΝ ΟΜΑΙΜΟΝΕΣ.* Sunt *διαδρομαί*, ut ego capio, *pereuntium*; qui capta urbe, desertis laribus huc illuc cursitant pavidi, ut saluti suae, si quid possint, consulant. *Ἅρπαγαί* sunt *perdentium*, seu victorum, qui domos desertas invadunt et spoliant. *Ἁρπαγμοί* autem quasi consectaria *τῶν διαδρομῶν*. Aeschylus hic ἁρπα-

n) Eur. Troad. 8. 9.

μονες, eo fortasse respiciens, quod utrumque cum multa caede et fusione sanguinis. Quare praestitisset fortasse in versione, *consanguineae*. Mira sunt quae uterque Scholiastes hic comminiscuntur. Illud ineptissimum, ut ἁρπαγαί et διαδρομαί ad eosdem referantur, quasi capta urbe fugere prae metu soleant (ita enim ille: ὁ γὰρ ἁρπάζων τι φεύγει, μήπως καταληφθῇ), qui praedantur. Fateor alioquin διαδρομαί etiam praedantibus tribui posse; et ita Quintilianus o) in pulcherrima captae urbis imagine utitur: *efferentium praedas, repetentiumque* (qui *extulerant* intelligit; non eos a quibus ablatae sunt, quibus ipsa vita conservata tali tempore pro praeda est) *discursus*; sed ibidem quoque: *aliorum fuga incerta*; quod ego hic verbo διαδρομή potius innui puto, et ita ratio suadet, ut praedantes et praedatos coniungat.

v. 358. *ΞΥΜΒΟΛΕΙ.* Hesychius, Συμβολεῖ· συντυγχάνει.

v. 361. (355.) *ΟΥΤΕ ΜΕΙΟΝ, ΟΥΤ' ΙΣΟΝ ΛΕΛΗΜΜΕΝΟΣ.* Videtur alludere ad veterem formulam οὔτε μεῖον, οὔτε μεῖζον, quae vera συννομίας lex est, sed praedantium alia: qui etsi socios non aspernentur, imo ut hic advocent, sibi tamen unice student, et id agunt sedulo, ut quam minimum aliis relinquant. Venuste igitur immutata formula, οὔτε μεῖον, οὔτ' ἴσον λελημμένοι, ut cum ξύννομον θέλων ἔχειν consentiat. Alii λελιμμένοι. Quam lectionem secuti sumus in versione.

v. 365. *ΘΑΛΑΜΗΠΟΛΩΝ.* Vertimus: *ministrantium puellarum.* Sed potius cum Scholiaste *A'*. *cubicularias* intelligi valde suspicor; id est, virgines et mulieres uxores, quarum propria olim laus τὸ οἰκουρεῖν. Θαλαμηπόλοι ut ὀνειροπόλοι, κ. τ. λ. Cur enim de famulis hic loquatur, cum dominarum ipsarum sors longe miserabilior sit? [Veteres uxoribus in editiore aedium parte ὑπερῴους θαλάμους κατεσκεύαζον, inquit Eustathius, in Iliad. *B'*. p. 272. l. 15. ὑπὲρ τοῦ δυσεντεύκτους αὐτὰς εἶναι. Ibi sub matrum custodia degebant virgines, seorsim a viris. Eo respexit Phocylides, v. 203.

> Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
> Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.

Nonnus, Dionys. IV. 12.

> Παρθενικὴ δ' ἀνέπαλτο καὶ ὠμάρτησε τεκούσῃ
> Εἰς δόμον αἰπύδμητον· ἀναπτύξασα δὲ μίτρῃ
> Ἐπταμύχου θαλάμοιο πολυσφρήγιστον ὀχῆα κ. τ. λ.

Achilles Tatius, de Clitoph. et Leucipp. II. p. 107. Ταύτην εἶχον τὴν κατωγωγὴν αἱ γυναῖκες, καὶ τὰ μὲν ἐνδοτέρω τῶν οἰκημάτων ἥ τε παρθένος καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς διειλήφεσαν, ἑκατέρα τὰ ἀντικρύ. Hinc παρθένος ἡ ἐκ θαλάμου Graecis, *matrem sequens* Horatio p) dicitur ἡ μήπω γεγαμημένη.]

---

o) Quintil. l. c.

p) Carm. I, 23, 11.

v. 369. Schol. *A'*. *ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΗΣΑΙ ΙΠΠΟΥ ΑΠΩΛΕΙΑΝ ΟΙΟΝΕΙ ΚΤΗΣΑΣΘΑΙ.* Pro ἵππου lege που. Dicit enim verbum εὐτυχῆσαι non ad sola pertinere χρήματα, sed alicubi quoque reperiri εὐτυχῆσαι, ἀπώλειαν κτήσασθαι, id est, *mactari infortunio* vel *exitio*. Et mox apud eundem pro παραχειανδυνουμένη scrib., ni fallor, παραχειανδυνευμένη: ita enim vulgo, παραχειανδυνευμένα, grammaticis vocantur, quae improprie et audaci quasi metaphora usurpata sunt.

[v. 370. (364.) *ΕΥΝΑΝ ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΝ.* Iuxta Homericum illud, Odyss. Θ'. 249. *Εἵματά, τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί.* Eustath. p. 1594. l. 33. *Τὸ δὲ καὶ εὐναὶ, σεμνοῦ λόγου ἐστί. Δηλοῖ γὰρ οὐχ ἁπλῶς κοίτας, ἀλλὰ καί τι πλέον, εἰ χρὴ σεμνῶς φράσαι τὸ σεμνόν.* Virum summum Ios. Scaligerum ad oram codicis sui reposuisse video εὐνᾶν αἰχμαλώτων.]

[v. 374. *ΕΠΙΡΡΟΘΟΝ. Adiutricem, auxiliatorem.* Hesych. Ἐπίῤῥοθος· ἰσχυρός. Adiutor auxilium ferens cum magna animi alacritate. Vox Homerica.]

v. 377. *ΔΙΩΚΩΝ.* Fortasse legendum διωκτῶν. [Thomas Magister q): *Καὶ διώκω, τὸ κινῶ ποιητικῶς. Αἰσχύλος ἐν τῷ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις· Σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν.*]

[Ibid. *ΧΝΟΑΣ ΠΟΔΩΝ.* Hesych. *Χνόην· τὸν τῶν ποδῶν ψόφον.*]

[v. 379. *ΑΡΤΙΚΟΛΛΟΝ.* Hesych. Ἀρτίκολλα· ἁρμοσμένα. Choeph. v. 578.

Ὅπως ἂν ἀρτίκολλα συμβαίνῃ τάδε.]

[v. 380. (374.) *ΟΥΚ ΑΠΑΡΤΙΖΕΙ ΠΟΔΑ.* Schol. *A'*. *Ἔοικε ἐκ τῆς ἄγαν ἐπιφαινομένης σπουδῆς οὐκ [μὴ] ἡδρασμένον ἔχειν τὸν αὐτοῦ πόδα ἀλλ' ἄστατον.* Cuius contrarium est ἀπαρτίζειν πόδα, quod Virgilius *alternare gressus*, ἀμείβειν πόδας καθ' ὁδόν. Alternatio ista conspicua est cum itur βάδην. Vult igitur Aeschylus adeo velociter festinare nuncium, ut imperceptibilis sit illa pedum alternatio: quod et in modiolis rotae celerrime circumactae conspicuum est.]

v. 383. *ΤΥΔΕΥΣ.* [*Αἰδεσθεὶς τὰ Ὁμηρικὰ ἐγκώμια π[ερὶ] τοῦ αὐτὸν καταλέγει*, inquit Scholiastes *A'*. Homeri locus, quem respexisse velit Scholiastes Aeschylum nostrum, habetur Iliad. *E'*. 801.

Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας ἀλλ' ὀ μαχητής.

Quinctilianus, Instit. III. 7. *Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem Tydea parvum, sed bellatorem dicit fuisse.* Et grammatici nominis etymon deducunt a τυτθόν, quod pusillum significat, ob corporis brevitatem. De eodem Statius, Theb. I. 417.

---

q) Thom. p. 244. Bra.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Menander historicus, de Sapiro milite, II. 8. *Τὸ μὲν σῶμα ὡς ὁ παρ' Ὁμήρῳ Τυδεὺς ἀνυμινούμενος, τὴν δὲ γνώμην καὶ περαιτέρω Τυδέως.* Fuit autem Tydeus Oenei, Aetolorum regis, ex Periboa filius, qui Alcathoum et Lycopea patrueles patri suo insidiantes in agro occidit, cum patruo Melane, quem imprudenter vulneraverat.] Amphiaraum collocant ad hanc portam Euripides et Apollodorus.

[v. 385. *ΟΥ ΓΑΡ ΣΦΑΓΙΑ ΓΙΝΕΤΑΙ ΚΑΛΑ.* Solebant imperatores, antequam ad bellum progrederentur, *θύειν ἐπὶ τῇ διαβάσει.* Xenophon [r]). Graecan. VI. p. 598. *Ἐπλήρουν δὲ καὶ τριήρεις αὐτοί τε οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ Κορίνθιοι καὶ ἐδέοντο καὶ τῶν Σικυωνίων συμπληροῦν, ἐφ' ὧν διενοοῦντο τὸ στράτευμα διαβιβάζειν. Καὶ ὁ μὲν Ἀρχίδαμος ἐθύετο ἐπὶ τῇ διαβάσει.* Quod et alibi *θύειν τὰ διαβατήρια* dicit idem Xenophon [s]), Graecan. III. p. 496. *Ἐπεὶ καὶ [δὲ] θυσάμενος τὰ τ' ἄλλα ὅσα ἔδει καὶ τὰ διαβατήρια, ἐξῆλθε κ. τ. λ.* Dicunt Latini *facere propter viam* [t]). Et iis dicuntur *γίνεσθαι τὰ ἱερά*, qui sacrificantes litant, veluti *Ἀναβ.* V. Et Graecan. III. et alibi saepius. Plenius quandoque dicuntur *γίνεσθαι καλά.* Ita Strabo, III. *Ἐνταῦθα δὲ θύσαντας, μὴ γενομένων καλῶν τῶν ἱερείων ἀνακάμψαι πάλιν.* Et Ibid. *Μὴ γενομένων δὲ καλῶν τῶν ἱερείων ἐπανελθεῖν οἴκαδε.* Onosander X. [u]) *Γενομένων δὲ καλῶν τῶν ἱερῶν, ἀρχέσθω πάσης πράξεως, καὶ καλείτω τοὺς ἡγεμόνας πάντας ἐπὶ τὴν ὄψιν τῶν ἱερῶν.* Aristoteles, Rhetor. II. 7. inter causas *θάρσους* sive confidentiae assignat, *ὅλως ἂν τὰ πρὸς θεοὺς αὐτοῖς καλῶς ἔχῃ, τά τε ἄλλα καὶ τὰ ἀπὸ σημείων καὶ λογίων. Omnino si sacra rite procurata fuerint, praesertim omina et oracula.*]

[v. 886. *ΜΑΡΓΩΝ.* Hesych. *Μαργῶντες· μαινόμενοι.* Statius, de Tydeo moribundo, VIII. 751.

—— amens — Laetitiaque iraque.

Hesych. *Μάργος· μαινόμενος, ὑβριστής.* Noster, in Suppl. v. 765.

—— *ἀνιέρῳ μένει — Μεμαργωμένοι.*]

[Ibid. *ΜΑΧΗΣ ΛΕΛΙΜΜΕΝΟΣ.* Ut mox v. 898. *μάχης ἐρῶν.* Statius, IV. 114. de eodem,

—— Non ille minis Polynicis et irae
Inferior, dubiumque adeo cui bella gerantur.]

[v. 887. *ΜΕΣΗΜΒΡΙΝΑΙΣ ΚΛΑΓΓΑΙΣΙΝ ΩΣ ΔΡΑΚΩΝ.* Statius, Theb. IV. 92.

---

r) Xenoph. Hell. VI, cap. 4, §. 19. — s) Hell. III, cap. 4, §. 3.
t) cf. Fest. v. propter viam.
u) Onos. X, p. 57. Schwebel. (p. 46. Rigalt.)

polivit, unde prior pars admirationis, *ἰδὲ ποταπαὶ λίθοι καὶ ποταπαὶ οἰκοδομαί*, spoliis etiam hostium de more parietes ornavit, adeoque templum non tantum *λίθοις καλοῖς* sed et *ἀναθήμασι κεκόσμηται*. Talia vero spolia circa templum undequaque affixa et dedicata ab Herode fuisse, locuples nobis testis est Iosephus, V. 14. *Τοῦ δὲ ἱεροῦ παντὸς ἦν ἐν κύκλῳ πεπηγμένα σκῦλα βαρβαρικὰ, καὶ ταῦτα πάντα βασιλεὺς Ἡρώδης ἀνέθηκε προσθεὶς ὅσα καὶ τῶν Ἀράβων ἔλαβε.*]

v. 287. *ΜΗ ΦΥΓΗιΣ.* Fortasse legendum *ἐκφύγῃς.*

v. 288. *ΕΙΠ' ΑΝΔΡΑΣ ΕΞ —— ΤΑΞΩ ΜΟΛΩΝ.* Ἐκτάξω. Tmesis. [Quod non percepit Schol. *Α'.* cum interpretatus esset *ἐγὼ δὲ παραγενόμενος ἐπ' ἄνδρας ἓξ σὺν ἐμοὶ ἑβδόμῳ τάξω εἰς ἐπτατειχεῖς ἐξόδους.*]

[v. 295. *ΖΩΠΥΡΟΥΣΙ.* Suid. *Ζωπυρεῖ· ἀναζῇν ποιεῖ, ἢ ἐκκαίει.* Senec. Agam. v. 130.

Flammae medullas et cor exurunt meum,
Mistus dolori subdidit stimulos timor.]

[Ibid. *ΤΑΡΒΟΣ.* f. *ταρβῶ.* Sed nostra editio coniungit cum *ζωπυροῦσι.*]

[v. 297. *ΔΡΑΚΟΝΤΑ.* Moschus, IV. 21.

Ὡς δέ τ' ὀδύρεται ὄρνις ἐπὶ σφετέροισι νεοσσοῖς
Ὀλλυμένοις, οὓς τ' αἰρὸς ὄφις ἔτι νηπιάχοντας
Θάμνοις ἐν πυκινοῖσι κατισθίει· ἡ δὲ καὶ αὐτοὺς
Πωτᾶται κλάζουσα μάλα λιγὺ, πότνια μήτηρ·
Οὐ γὰρ [οὐδ' ἄρ'] ἔχει τέκνοισιν ἐπαρκέσαι.]

v. 298. *ΛΕΧΕΩΝ ΔΥΣΕΥΝΗΤΕΙΡΑ ΠΛΑΝΤΡΟΦΟΣ* *Λεχέων δυσευνήτειρα infeliciter cubans.* [*Πάντροφος* dictam Aeschylo columbam tradit Io. Tzetzes, quia per totum annum coït ac pullos fovet, in Lycophr. v. 87. *Καὶ γὰρ ἡ περιστερὰ μόνη τῶν πτηνῶν δι' ὅλου ἔτους ὀχεῖται καὶ νεοττοὺς ποιεῖ.*]

v. 304. *ΑΜΦΙΒΟΛΟΙΣΙΝ.* Suidas, *Ἀμφίβολοι· παντοχόθεν βαλλόμενοι, ἢ ἀπορούμενοι.* Portus interpres: *Ambigui dubii, ancipites, incerti, qui undique petuntur et premuntur; aut qui dubitant et nesciunt quo se vertant, qui consilii inopia laborant.*

[v. 306. *ΧΕΡΜΑΔ' ΟΚΡΥΟΕΣΣΑΝ.* Hesych. *Χερμάς· λίθος χειροπληθής, ὃν τῇ χειρὶ βαστάσαι ἢ ἀνελέσθαι δύναταί τις.* Hic vero significat acervum lapidum, lapidationem, ut λιθάς v. 163. ubi Schol. *σωρὸς λίθων.*]

v. 308. *ΣΤΡΑΤΟΝ.* Populum: sic Pindarus s), Pyth. II. 160.]

v. 310, *ΠΟΙΟΝ Δ' ΑΜΕΙΨΕΣΘΕ ΓΑΙΑΣ ΠΕΔΟΝ;* *Quodnam* aliud *petituri estis terrae solum?* Si relinquitis has quas alias terras petituri vel migraturi estis his meliores?

---

s) Pyth. II, 87. Bkh.

Alibi quoque, si bene memini, in hac fabula, v. 223. [Nos olim *reddideritis*, nullo plane sensu. *Quale admigrabitis terrae solum hoc melius?* Ita v. 340. διαμείψαι. Scholiastes Ξοανηφόρους Sophoclis citat; a Viris doctissimis Isaaco Casaubono et Iohanne Meursio in catalogis quas exhibuerunt tragoediarum Sophoclearum praetermissum est istius fabulae nomen, ut et aliarum aliquot, quarum epigraphas hac occasione in medium proferre operae erit pretium.

ΑΧΑΙΔΕΣ. Erotian. Lexic. p. 123.

ΕΡΜΙΟΝΗ. Eustathius, in Homer. Odyss. Δ. p. 1479. l. 10. Σοφοκλῆς δὲ [(φασιν)] ἐν Ἑρμιόνῃ ἱστορεῖ, ἐν Τροίᾳ ὄντος ἔτι Μενελάου, ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ τοῦ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ, εἶτα ὕστερον ἀφαιρεθεῖσαν αὐτοῦ ἐκδοθῆναι τῷ Νεοπτολέμῳ κατὰ τὴν ἐν Τροίᾳ ὑπόσχεσιν. Αὐτοῦ δὲ Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Μαχαιρέως ὅτε τὸν Ἀπόλλω τινόμενος τὸν τοῦ πατρὸς ἐξεδίκει φόνον, ἀποκαταστῆναι αὖθις αὐτὴν τῷ Ὀρέστῃ ἐξ ὧν γενέσθαι τὸν Τισαμενόν, φερωνύμως οὕτω κληθέντα παρὰ τὴν μετὰ μένους τίσιν· ἐπεὶ ὁ πατὴρ Ὀρέστης ἐτίσατο τοὺς φονεῖς τοῦ Ἀγαμέμνονος.

ΘΗΣΕΥΣ. Suidas, Ὄμπνιον νέφος· μέγα, πολύ, ηὐξημένον. Σοφοκλῆς Θησεῖ.

ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΙ. t) Stephanus, περὶ πόλεων in voce Κράνεια· Κρώνεια· χωρίον Ἀμβρακιωτῶν. Θεόπομπος πεντηκοστῷ πρώτῳ· τὸ ἐθνικὸν Κρανεάτης, ὡς Μαρειάτης, ὥς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος. MS. A. in Biblioth. Vatic. ex MSS. Palat. Λαρισσαίοις.

ΝΙΠΤΡΟΙ. u) Suidas in voce παρουσία, Καὶ ἐπὶ τοῦ παρεῖναι δὲ τάσσεται, ὡς καὶ ἐν τοῖς Νίπτροις Σοφοκλέους.

ΞΟΑΝΗΦΟΡΟΙ. Scholiastes noster Α'. Εἴρηται δὲ καὶ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τοῦ Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα.

ΡΗΣΟΣ. Quae inter fabulas Euripideas extat, eam a nonnullis Sophocli olim attributam fuisse, prodit argumenti auctor. Uterque Scaliger hanc tutatur sententiam.

ΤΕΥΚΡΟΙ. x) Scholiastes Aristophanis in Nubes, ad illa verba comici, v. 583.

Βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς,

παρὰ τὰ ἐκ Τεύκρων y) Σοφοκλέους, inquit, οὐρανοῦ δ' ἀπὸ Ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς. Eadem videtur quae Τεύκρος Stephano et Stobaeo.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ. (ὁ ἐν Τροίᾳ.) Binas Philoctetis nomine tragoedias edidit Sophocles, quarum illa quae periit Φιλοκτήτης ὁ ἐν Τροίᾳ dicebatur; altera sub Philoctetis nomi-

---

t) Eadem fabula atque Acrisius. v. Brunck. p. 9. Gaisf.

u) Νίπτρα. x) Τεῦκρος. y) Τεύκρου.

ne simpliciter extat, cui tamen, ni fallor, plenus titulus, *Φιλοκτήτης ἐν Λήμνῳ*. Nam quod Meursius hanc quae extat eandem cum *Φιλοκτήτῃ τῷ ἐν Τροίᾳ* fuisse putat, id omnino vel ex ipsa fabulae scena et argumento refelli potest. Adeo ut nihil opus quod moneamus, duo illa, quae ex Hesychio et Prisciano adducit, fragmenta in ista quae extat fabula usquam comparere.

Hactenus de Sophocle: praetermissae etiam sunt a Iohanne Meursio hae fabulae Euripidis.

ΑΙΓΙΣ. Harpocration. Lexic. p. 228. [z])

ΔΙΚΤΗΣ. [a]) Auctor argumenti in Medeam Euripidis: *Τρίτος Εὐριπίδης. Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί.* I. vero legendum *Δίκτυς*.

ΕΚΑΒΗ. Extat.

ΘΕΡΙΣΤΑΙ. Satyrica fabula. Argumenti auctor in Medeam: *Μήδεια, Φιλοκτήτης, Δίκτης, Θερισταί. Σάτυροι οἱ σώζονται* [b]). Nempe *Θερισταί*, ultima tetralogiae fabula.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ Β. ΣΤΕΦΑΝΙΑΣ. Scholiastes Euripidis, p. 226. *a*.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΣ ΚΑΛΥΠΤΟΜΕΝΟΣ. Iulius Pollux, IX. 5.

ΚΕΡΚΥΩΝ. Eustathius in Homeri Il. *Z'*. p. 522. [c]) *Καὶ κῦμα τὸ γέννημα ὡς ἐκ τοῦ κύημα κατὰ κρᾶσιν, ὡς δηλοῖ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Κερκυόνι τὸ, γέμουσαν κύματος θεοσπόρου, ἤγουν ἐγκυμονοῦσαν ἐκ Ποσειδῶνος.* Idem, in Odyss. p. 430. *Ὅτι δὲ τοῦ τοιούτου κύειν, καὶ παραγωγόν ἐστι κῦμα ὃ σύλληψιν δηλοῖ, παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ὥσπερ καὶ προείρηται Κερκυόνι· ὅπου λέγει τὴν ἐκείνου θυγατέρα γέμουσαν κύματος θεοσπόρου τοῦ κατὰ σύλληψιν.*

[v. 317. (311.) *ΤΗΘΥΟΣ ΤΕ ΠΑΙΔΕΣ*. Prometh. v. 137.

Τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα.

Vide sis quae illic annotata.]

v. 321. (315.) *ΡΙΨΟΠΛΟΝ*. Innuit fugam; [solent enim milites fugati arma abiicere, quo magis perniciter avolent, ne arma fugae impedimento sint. Aristophanes, Vespis, v. 27.

Δεινόν γέ πουσι' ἄνθρωπος ἀποβαλὼν ὅπλα.

Hinc lux praebenda S. Scripturae loco. perperam fortasse verso, minusque hactenus recte intellecto. Cum Benhadadis exercitus, qui Samariam obsederat, subito timore coelitus immisso perculsus consternatusque fugeret, II. Reg. VII. 15. *Ecce omnis via plena erat vestibus et vasis.* Ubi כלים non sunt vasa proprie sic dicta, ut interpretes nostri VESSELS, ac

---

z) Harpocr. v. *Πάναχτος*. Ms. Vratislav. *ἐν αἰγί*. Scr. *Αἰγεῖ*. Praetermisit Matth.

a) *Δίκτυς*.

b) Cf. Elmsl. ad Med. p. 71. Ox.

c) p. 522, 57. cf. 1234, 40.

omnia instrumentorum utensilium*que* genera, ut nuperi commentatores volunt, sed arma tantum, sive ut vetus interpres apud Iuditham *πάντα τὰ σκεύη, universa arma bellica*. Ita I. Sam. XXXI. 4. Saulis armiger dicitur נשא כליו LXX. ὁ αἴρων τὰ σκεύη αὐτοῦ. Et David, cum ensem aut lanceam poscit ab Abimelecho, hanc postulati rationem reddit, כי גם חרבי וגם כלי לא לקחתי בידי quod neque gladium, inquit, neque τὰ σκεύη, arma reliqua, mecum tulerim. Ita apud Graecos omnia armorum nomina, vasa vel instrumenta; ita τεύχη frequentissime quidem arma, nunc armamenta seu instrumenta nautica, nunc vasa χαλκευτικά. Neque aliter ἔντεα Hesych. Ἔντεα δαιτός· σκεύη· τὰ μὲν γὰρ ἔντεα ὅπλα, τὰ δὲ ὅπλα σκεύη. Ex Apione vel Apollonio Athenaeus [d]), V. 4. ad eundem Homeri locum: *Δῆλον ὡς τὰ ἀγγεῖα* (i. e. Homerum [e]) per ἔντεα δαιτός vasa intellexisse manifestum est), *καὶ γὰρ τῶν ὅπλων τὰ σκεπαστικὰ θώρακα καὶ κνημῖδας καὶ τὰ τούτοις ἐμφερῆ λέγουσιν ἔντη, καθάπερ ἀντία τῶν τοῦ σώματος μερῶν ὄντα.* Fuerunt igitur et haec Syrorum vasa ὅπλα et, ut Thucydides loquitur, *τὰ περὶ τὸ σῶμα σκεύη* proprie *σκεύη πολεμικά*. Quippe milites Benhadadis, qui subito irruentium hostium sonitu arma corripuerant, vasa omnia cum omnibus, quae iis continebantur, post se, cum equis armisque tentoriisque ipsis in castris reliquerunt, non vasa negligentes sed animas tantum suas servare cupientes, v. 7. atque arma etiam vestesque, ut fieri solet, proiecerunt. Porro inde fit, ut istiusmodi milites ignominioso nomine ῥιψάσπιδες dicerentur, quod inter *ἀδικημάτων ὀνόματα* recensetur a Iulio Polluce, Onomast. VI. 36.: *Ῥίψασπις· ἐπὶ δὲ τούτου ὁ Πλάτων φησὶν, ῥίψασπις μὲν γὰρ οὐκ ἐν πᾶσιν ὀνομάζοιτ' ἂν δικαίως, ἀποβολεὺς δὲ ὅπλων.* Nam tales summe infames habiti, sicut discimus etiam ex Isocratis Orat. de Pace [f]), Aeschine adversus Timarchum, aliisque. Aelian. Var. Hist. X. 13. *Οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστὴς, ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τούτων αἴσχιστον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν.* Atque eo nomine legibus plectebantur. Sextus Empir. Pyrrh. Hypotyp. III. 24. [g]) *Ἀλλὰ καὶ ὁ δειλὸς καὶ ὁ ῥίψασπις ἀνὴρ κολάζεται παρὰ πολλοῖς νόμῳ.* Mox Archilochi [h]) profert in hac re versus notissimos, qui extant etiam apud Plutarchum in Laconicis institutis p. 239. [i]) Meminit et Aelianus loco nuper citato. Neque apud Graecos tantum, verum etiam Romanos maxima ignominia ῥιψάσπιδας afficiebant, quod saepius apud auctores observare est. Horat. Od. II. 7.

---

d) Athen. V. p. 193. C.
e) Odyss. VII, 232.
f) Isocr. p. 550, 9. edit. Basil. postrem.
g) §. 216. Fabr.
h) Archil. fragm. p. 146. Lieb.
i) p. 888. sq. vol. VI. Reisk.

Tecum Philippos et celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula,
Cum fracta virtus, et minaces
Turpe solum tetigere mento.

Quin et apud Germanos; Tacitus, De Mor. German. c. 6. *Scutum reliquisse praecipuum flagitium, nec aut sacris adesse aut consilium inire ignominioso fas. Multique superstites bellorum infamiam laqueo finiverunt.*] Quod Aeschylum vero spectat, potuit per ῥίψασπιν ἄτην innuisse deditionem; qui enim se dedebant arma abiicere et tradere iubebantur. Caesar, de bello Gall. VII. 40. *Aedui manus tendere; deditionem significare, et proiectis armis mortem deprecari incipiunt.* Vide Brissonium de Form. [l])

v. 327. (321.) *ΩΓΥΓΙΑΝ.* Ὠγύγιον· παλαιὸν, ἀρχαῖον Hesychio. Ratio nominis inde est: erat Ogyges rex perantiquus, quem alii Atticae, alii Thebarum regem constituunt, in quibus πύλας Ὠγυγίας volunt ab illo sic dictas, ipsam urbem Ogygiam: unde Statius bellum hoc *Ogygium* vocat, VII. 38. Propter vero regis illius antiquitatem antiqua omnia vocabantur ὠγύγια. Quod etiam eo videtur probabilius, quia καλυδναῖον, interprete Hesychio, significat ἀρχαῖον, παλαιόν; nam Calydnus rex erat Thebarum antiquissimus. Unde καλυδναῖον et ὠγύγιον procul dubio ab utroque rege propter vetustatem. Hinc fit, ut Thebas Aegyptiorum, quibus nihil cum Ogyge, *Ogygias* etiam alibi vocat. Potuit etiam utrobique reddi μέγα, ὑπερμέγεθες, ut monuit Hesychius et Suidas. Pindarus, Nem. VI. 71. [m])

—— βοτάνα τέ νιν — Πόθ' ἁ λέοντος νικάσαντ' ἔρεψ' ἀσκὸν
Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν.

ubi licet interpres reddat *vetustis*, atque insuper Scholiastes ἀρχαίοις τοῖς Φλιοῦντος ὄρεσιν, malim tamen reddi *immensis, sublimibus*; quia *vetustus* montis epitheton satis est ineptum: ut etiam, pace interpretum, in illo Callimachi Hymn. I. 13.

—— ἀλλὰ ἓ Ῥείης — Ὠγύγιον κελέονσι λεχαῖον Ἀπιδανῆες.

v. 328. *ΑΙΔΙ ΠΡΟΙΑΨΑΙ.* Homericum. [Scholiastes Homeri Il. *A'*. 3. *Προΐαψε, πρὸ τῆς εἱμαρμένης ἔπεμψεν.* Credebant enim antiqui, eos, qui morte aliqua violenta perierunt, ante diem a fatis constitutam vita excedere: hinc de Didone Virgilius, Aen. IV. 696.

—— nec fato merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem.

Alibi vero hoc fieri posse negat uterque poeta. Hom. Il. *Z'*. 486.

---

l) p. 354. sq. ed. Francof. a. 1548. m) v. 43. Bkh.

Οὐ γάρ τις μ' ὑπὲρ αἶσαν ἐσῆλθ' Ἀΐδι προϊάψει.

Et Virg. Aen. X. 467.

Stat sua cuique dies.]

v. 332. (326.) *ΑΓΕΣΘΑΙ——ΙΠΠΗΛΟΝ ΠΛΟΚΑΜΩΝ.* [Qualiter Virgilius Cassandram describit, Aen. II. 403.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo — Crinibus.

Ἄγεσθαι πλοκάμων dicitur, ut ῥινὸς ἄγεσθαι. Subdit ἱππηδόν, ut Suppl. v. 436.

—— βίᾳ — Λίχας ἀγομέναν — Ἱππηδόν.

Ita equi per iubas interdum ducuntur, inopia capistri.] Legit Grotius ἱππηδὸν ἀπὸ πλοκάμων.

[v. 336. *ΒΟΑΙ Δ' ΕΚΚΕΝΟΥΜΕΝΑ ΠΟΛΙΣ.* Sic v. 253.

Στένει πόλισμα δῆθεν ὡς κυκλουμένων.

Dicit urbem ipsam populatam et civibus destitutam clamorem tollere. Eiusmodi prosopopoeia apud Ieremiam Thren. I. 2. *Quomodo sedet sola civitas*, etc. *Plorans ploravit in nocte, et lacrymae in maxillis eius.*]

[v. 337. *ΜΙΞΟΘΡΟΟΥ.* Captivorum virorum, mulierum, virginum et infantium. Contra, Agam. v. 329. *βοὴν ἄμικτον* vocat triumphantium et devictorum clamorem.]

[v. 339. *ΑΡΤΙΤΡΟΠΟΙΣ.* *Νεωστὶ ἠθοποιήτοις*, novellis, nuper formatis; vel bene et pudice moratis virginibus.]

Ibid. *ΩΜΟΔΡΟΠΩΝ.* Latinis *virgo acerba.* Vide Nonium in voce *Acerbum.* Vide et grammaticos in Virgilii librum VI. 304.

—— cruda Deo viridisque senecta.

v. 342. (336.) *ΤΟΝ ΦΘΙΜΕΝΟΝ ΓΑΡ ΠΡΟΛΕΓΩ.* [*Προλέγω*, praedico, *are*, alibi praedico, *ere*; *πρό* in compositione retinet vim quam saepe in appositione habet, ut cum dicatur *πρὸ πάντων*, *coram omnibus*, *palam*. Neque enim assentior V. Cl. Ier. Hoelzlino qui in Apoll. I. 9. legit] *τὸν φθίμενον γὰρ πρὸ λέγω·* nam, inquit, Scholiastes interpretatur *τὸν προτεθνηκότα.*

v. 348. *ΚΑΠΝΩι ΔΕ ΧΡΑΙΝΕΤΑΙ.* [V. Cl. Petrus Victorius, Var. Lect. XXXIV. 11. „Quod Virgilius inquit, Aen. III. 3.

—— Omnis humo fumat Neptunia Troia —

videtur acceptum ab Euripide, quem poetam, ut reliquos tragicos, noster epicus accurate legebat; indeque multos flosculos, seu potius magnos fructus decerpebat, quibus opus suum eximium ornaret. In prologo enim *Τρῳάδων* ita Neptunus loquitur, iniquo animo ferens interitum eius urbis, quam ipse cum Apolline suis manibus extruxerat:

Ἢ νῦν καπνοῦται, καὶ πρὸς Ἀργείου δορὸς
Ὄλωλε πορθηθεῖσα. n)

In fabula etiam Aeschyli, quae inscribitur *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*, ita chorus canit, referens mala, in quae cadunt civitates captae ab hostibus:

Ἄλλος δ' ἄλλον ἄγει, — φονεύει, τὰ δὴ καὶ πυρφορεῖ, — Καπνῷ δὲ χραίνεται πόλισμ' ἅπαν.

Sed tamen prior locus magis exprimitur versu Latino."]

[v. 351. (345.) *ΚΟΡΚΟΡΥΓΑΙ.* Hesych. *Κορκορυγή· κραυγή, βοή, ταραχὴ μετὰ θορύβου.* Ieremias, de excidio Babylonis agens, LI. 38. *Simul ut leones rugient.*]

[v. 352. *ΟΡΚΑΝΗ.* Est ὀρχάνη secundum Eustath. in Il. *B'*. p. 233. l. 41. *Ἔρκος τι ὡς ἀχανθῶδες περίφραγμα.* Hesychius inter caetera exponit *σαργάνην, φραγμόν.*]

[v. 354. *ΒΛΑΧΑΙ.* Hesych. *Βληχά· φωνὴ προβάτων.* Homer. Odyss. *M'*. 226. *Ὅτων τε βληχήν.* Inde ad puerulorum vagitum transfertur. Aristoph. Vesp. v. 568. *Τὰ δὲ παιδάρια συγκύπτονθ' ἅμα βληχᾶται.*]

[Ibid. *ΑΙΜΑΤΟΕΣΣΑΙ.* Infantium ab uberibus matrum detractorum et solo allisorum, vel alio quodam modo interfectorum, ut in urbium direptionibus fieri solet. Iuxta Homericum illud, Il. *X'*. 64.

καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα προτὶ γαίῃ ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι.

Ex communi iure belli; unde Psalm. CXXXVII. 9. beatus fore dicitur, qui Babyloniorum infantes petrae allidet.]

[v. 355. *ΕΠΙΜΑΣΤΙΔΙΩΝ.* Virg. Aen. V. 285.

—— geminique sub ubere nati.

Statius, Theb. III. 672.

—— parvumque sub ubere caro — Thessandrum portabat avo.]

[v. 356. *ΑΡΤΙΤΡΕΦΕΙΣ.* Pollux, Onomast. II. 2. *Ἐπὶ ἐν γάλακτι, ἐπιμαστίδιον; ἐπιμάστιον, ἄρτι ἀπὸ θηλῆς, ἄρτι ἀπὸ μάστου.*]

[Ibid. *ΦΕΡΩΝ.* Suid. *Ἄγειν καὶ φέρειν· τὸ ληστεύειν καὶ ἁρπάζειν.*]

v. 357. *ΑΡΠΑΓΑΙ ΔΕ ΔΙΑΔΡΟΜΑΝ ΟΜΑΙΜΟΝΕΣ.* Sunt *διαδρομαί*, ut ego capio, *pereuntium*; qui capta urbe, desertis laribus huc illuc cursitant pavidi, ut saluti suae, si quid possint, consulant. *Ἁρπαγαί* sunt *perdentium*, seu victorum, qui domos desertas invadunt et spoliant. *Ἁρπαγαί* autem quasi consectaria *τῶν διαδρομῶν*. Aeschylus hic ἁρπα-

n) Eur. Troad. 8. 9.

μονες, eo fortasse respiciens, quod utrumque cum multa caede et fusione sanguinis. Quare praestitisset fortasse in versione, *consanguineae*. Mira sunt quae uterque Scholiastes hic comminiscuntur. Illud ineptissimum, ut ἁρπαγαί et διαδρομαί ad eosdem referantur, quasi capta urbe fugere prae metu soleant (ita enim ille: ὁ γὰρ ἁρπάζων τι φεύγει, μήπως καταληφθῇ), qui praedantur. Fateor alioquin διαδρομαί etiam praedantibus tribui posse; et ita Quintilianus o) in pulcherrima captae urbis imagine utitur: *efferentium praedas, repetentiumque* (qui *extulerant* intelligit; non eos a quibus ablatae sunt, quibus ipsa vita conservata tali tempore pro praeda est) *discursus*; sed ibidem quoque: *aliorum fuga incerta*; quod ego hic verbo διαδρομή potius innui puto, et ita ratio suadet, ut praedantes et praedatos coniungat.

v. 358. *ΞΥΜΒΟΛΕΙ.* Hesychius, Συμβολεῖ· συντυγχάνει.

v. 361. (355.) *ΟΥΤΕ ΜΕΙΟΝ, ΟΥΤ' ΙΣΟΝ ΛΕΛΗΜΜΕΝΟΣ.* Videtur alludere ad veterem formulam οὔτε μεῖον, οὔτε μεῖζον, quae vera συννομίας lex est, sed praedantium alia: qui etsi socios non aspernentur, imo ut hic advocent, sibi tamen unice student, et id agunt sedulo, ut quam minimum aliis relinquant. Venuste igitur immutata formula, οὔτε μεῖον, οὔτ' ἴσον λελημμένοι, ut cum ξύννομον θέλων ἔχειν consentiat. Alii λελιμμένοι. Quam lectionem secuti sumus in versione.

v. 365. *ΘΑΛΑΜΗΠΟΛΩΝ.* Vertimus: *ministrantium puellarum.* Sed potius cum Scholiaste *A'. cubicularias* intelligi valde suspicor; id est, virgines et mulieres uxores, quarum propria olim laus τὸ οἰκουρεῖν. Θαλαμηπόλοι ut ὀνειροπόλοι, κ. τ. λ. Cur enim de famulis hic loquatur, cum dominarum ipsarum sors longe miserabilior sit? [Veteres uxoribus in editiore aedium parte ὑπερῴους θαλάμους κατεσκεύαζον, inquit Eustathius, in Iliad. *B'*. p. 272. l. 15. ὑπὲρ τοῦ δυσεντεύκτους αὐτὰς εἶναι. Ibi sub matrum custodia degebant virgines, seorsim a viris. Eo respexit Phocylides, v. 203.

> Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
> Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσῃς.

Nonnus, Dionys. IV. 12.

> Παρθενικὴ δ' ἀνέπαλτο καὶ ὠμάρπασε τεκούσῃ
> Εἰς δόμον αἰπύδμητον· ἀναπτύξασα δὲ μήτηρ
> Ἐπαμύχου θαλάμοιο πολυσφρήγιστον ὀχῆα κ. τ. λ.

Achilles Tatius, de Clitoph. et Leucipp. II. p. 107. Ταύτην εἶχον τὴν κατωγωγὴν αἱ γυναῖκες, καὶ τὰ μὲν ἐνδοτέρω τῶν οἰκημάτων ἥ τε παρθένος καὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς διειλήφεσαν, ἑκατέρα τὰ ἀντικρύ. Hinc παρθένος ἡ ἐκ θαλάμου Graecis, *matrem sequens* Horatio p) dicitur ἡ μήπω γεγαμημένη.]

---

o) Quintil. l. c.

p) Carm. I, 23, 11.

v. 369. Schol. *Α'. ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΗΣΑΙ ΙΠΠΟΥ ΑΠΩΛΕΙΑΝ ΟΙΟΝΕΙ ΚΤΗΣΑΣΘΑΙ.* Pro ἵππου lege ποῦ. Dicit enim verbum *εὐτυχῆσαι* non ad sola pertinere *χρήματα*, sed alicubi quoque reperiri *εὐτυχῆσαι, ἀπώλειαν κτήσασθαι*, id est, *mactari infortunio* vel *exitio*. Et mox apud eundem pro *παραχειμαζομένη* scrib., ni fallor, *παραχειμαζομένη*: ita enim vulgo, *παραχειμαζόμενα*, grammaticis vocantur, quae improprie et audaci quasi metaphora usurpata sunt.

[v. 370. (364.) *ΕΥΝΑΝ ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΝ.* Iuxta Homericum illud, Odyss. *Θ'*. 249. *Εἵματά, τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί.* Eustath. p. 1594. l. 33. *Τὸ δὲ καὶ εὐναί, σεμνοῦ λόγου ἐστί. Δηλοῖ γὰρ οὐχ ἁπλῶς κοίτας, ἀλλὰ καί τι πλέον, εἰ χρὴ σεμνῶς φράσαι τὸ σεμνόν.* Virum summum los. Scaligerum ad oram codicis sui reposuisse video *εὐνᾶν αἰχμαλώτων.*]

[v. 374. *ΕΠΙΡΡΟΘΟΝ. Adiutricem, auxiliatorem.* Hesych. *Ἐπίῤῥοθος· ἰσχυρός.* Adiutor auxilium ferens cum magna animi alacritate. Vox Homerica.]

v. 377. *ΔΙΩΚΩΝ.* Fortasse legendum *διωκῶν.* [Thomas Magister [q]): *Καὶ διώκω, τὸ κινῶ ποιητικῶς. Αἰσχύλος ἐν τῷ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις· Σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν.*]

[Ibid. *ΧΝΟΑΣ ΠΟΔΩΝ.* Hesych. *Χνόην· τὸν τῶν ποδῶν ψόφον.*]

[v. 379. *ΑΡΤΙΚΟΛΛΟΝ.* Hesych. *Ἀρτίκολλα· ἁρμοσμένα.* Choeph. v. 578.

Ὅπως ἂν ἀρτίκολλα συμβαίνῃ τάδε.]

[v. 380. (374.) *ΟΥΚ ΑΠΑΡΤΙΖΕΙ ΠΟΔΑ.* Schol. *Α'. Ἔοικε ἐκ τῆς ἄγαν ἐπιφαινομένης σπουδῆς οὐκ [μὴ] ἡδρασμένον ἔχειν τὸν αὐτοῦ πόδα ἀλλ' ἄστατον.* Cuius contrarium est *ἀπαρτίζειν πόδα*, quod Virgilius *alternare gressus*, *ἀμείβειν πόδας καθ' ὁδόν.* Alternatio ista conspicua est cum itur *βάδην.* Vult igitur Aeschylus adeo velociter festinare nuncium, ut imperceptibilis sit illa pedum alternatio: quod et in modiolis rotae celerrime circumactae conspicuum est.]

v. 383. *ΤΥΔΕΥΣ.* [*Αἰδεσθεὶς τὰ Ὁμηρικὰ ἐγκώμια περὶ τοῦ αὐτὸν καταλέγει*, inquit Scholiastes *Α'*. Homeri locus, quem respexisse velit Scholiastes Aeschylum nostrum, habetur Iliad. *Ε'*. 801.

Τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας ἀλλὰ μαχητής.

Quinctilianus, Instit. III. 7. *Interim confert admirationi multum etiam infirmitas, ut cum idem Tydea parvum, sed bellatorem dicit fuisse.* Et grammatici nominis etymon deducunt ἐντυθόν, quod pusillum significat, ob corporis brevitatem. Idem eodem Statius, Theb. I. 417.

---

q) Thom. p. 244. Bra.

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

Menander historicus, de Sapiro milite, II. 8. *Τὸ μὲν σῶμα ὡς ὁ παρ' Ὁμήρῳ Τυδεὺς ἀνυμνούμενος, τὴν δὲ γνώμην καὶ περαιτέρω Τυδέως.* Fuit autem Tydeus Oenei, Aetolorum regis, ex Periboa filius, qui Alcathoum et Lycopeae patrueles patri suo insidiantes in agro occidit, cum patruo Melane, quem imprudenter vulneraverat.] Amphiaraum collocant ad hanc portam Euripides et Apollodorus.

[v. 385. *ΟΥ ΓΑΡ ΣΦΑΓΙΑ ΓΙΝΕΤΑΙ ΚΑΛΑ.* Solebant imperatores, antequam ad bellum progrederentur, *θύειν ἐπὶ τῇ διαβάσει.* Xenophon r). Graecan. VI. p. 598. *Ἐπλήρουν δὲ καὶ τριήρεις αὐτοί τε οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ Κορίνθιοι καὶ ἐδέοντο καὶ τῶν Σικυωνίων συμπληροῦν, ἐφ' ὧν διενοοῦντο τὸ στράτευμα διαβιβάζειν. Καὶ ὁ μὲν Ἀρχίδαμος ἐθύετο ἐπὶ τῇ διαβάσει.* Quod et alibi *θύειν τὰ διαβατήρια* dicit idem Xenophon s), Graecan. III. p. 496. *Ἐπεὶ καὶ [δὲ] θυσάμενος τὰ τ' ἄλλα ὅσα ἔδει καὶ τὰ διαβατήρια, ἐξῆλθε κ. τ. λ.* Dicunt Latini *facere propter viam* t). Et iis dicuntur *γίνεσθαι τὰ ἱερά*, qui sacrificantes litant, veluti *Ἀναβ.* V. Et Graecan. III. et alibi saepius. Plenius quandoque dicuntur *γίνεσθαι καλά.* Ita Strabo, III. *Ἐνταῦθα δὲ θύσαντας, μὴ γενομένων καλῶν τῶν ἱερείων ἀναχάμψαι πάλιν.* Et Ibid. *Μὴ γενομένων δὲ καλῶν τῶν ἱερείων ἐπανελθεῖν οἴκαδε.* Onosander, X. u) *Γενομένων δὲ καλῶν τῶν ἱερῶν, ἀρχέσθω πάσης πράξεως, καὶ καλείτω τοὺς ἡγεμόνας πάντας ἐπὶ τὴν ὄψιν τῶν ἱερῶν.* Aristoteles, Rhetor. II. 7. inter causas *θάρσους* sive confidentiae assignat, *ὅλως ἂν τὰ πρὸς θεοὺς αὐτοῖς καλῶς ἔχῃ, τά τε ἄλλα καὶ τὰ ἀπὸ σημείων καὶ λογίων. Omnino si sacra rite procurata fuerint, praesertim omina et oracula.*]

[v. 386. *ΜΑΡΓΩΝ.* Hesych. *Μαργῶντες· μαινόμενοι.* Statius, de Tydeo moribundo, VIII. 751.

—— amens — Laetitiaque iraque.

Hesych. *Μάργος· μαινόμενος, ὑβριστής.* Noster, in Suppl. v. 765.

—— *ἀνιέρῳ μένει — Μεμαργωμένοι.*]

[Ibid. *ΜΑΧΗΣ ΛΕΛΙΜΜΕΝΟΣ.* Ut mox v. 398. *μάχης ἐρῶν.* Statius, IV. 114. de eodem,

—— Non ille minis Polynicis et irae
Inferior, dubiumque adeo cui bella gerantur.]

[v. 387. *ΜΕΣΗΜΒΡΙΝΑΙΣ ΚΑΛΠΑΙΣΙΝ ΩΣ ΔΡΑΚΩΝ.* Statius, Theb. IV. 92.

---

r) Xenoph. Hell. VI, cap. 4, §. 19. s) Hell. III, cap. 4, §. 3.
t) cf. Fest. v. propter viam.
u) Onos. X, p. 57. Schwebel. (p. 46. Rigalt.)

Ecce inter medios patriae ciet agmina gentis
Fulmineus Tydeus, iam laetus et integer artus,
Ut primum strepuere tubae, ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad spiramina solis
Erigitur, liber senio et squalentibus annis
Exutus, lactisque minax interviret herbis.]

v. 389. *ΣΑΙΝΕΙΝ ΜΟΡΟΝ ΤΕ.* [Metaphora est a canum cauda. Forsan vero hic motum significat prae pavore potius quam blanditia factum. Plin. Hist. Nat. XI. 3. *Canum degeneres caudam trahunt.* Virg. de lupo pastorem fugiente, Aen. XI. 813.

—— caudamque remulcens — Subiectat pavitantem utero.

Vox non admodum dispar *ὀρρωδίας.* Uterque Scholiastes hanc significationem innuit. Proverbialis est dictio.] Vide et v. 710.

v. 390. (384.) *ΤΡΕΙΣ ΚΑΤΑΣΚΙΟΥΣ ΛΟΦΟΥΣ.* Virgilius, Aen. VII. 785.

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimaeram — Sustinet.

Ad quem locum vid. Germ. V. Guellium. Heroes olim galeam triplici cono gestabant. Homer. Iliad. *Τ'*. 382. *τρυφάλεια ἵππουρις.* [Aristophanes, Acharn. v. 1108.

[τὸ] *λοφεῖον ἐξένεγκε τῶν τριῶν λόφων.*

Valerius Flaccus, de Bellona, III. 62.

—— triplici pulsans fastigia crista.

Euripidi, Oreste, v. 1482. *τριχόρυθος* dicitur Aiax. Ubi interpres Graecus: *ὅτι ἔνιοι τῶν ἡρώων τριλόφοις ἐχρῶντο.* Male igitur Scholiastes noster *Α'.*: *νεωτερικὸν τοῦτο.*]

[v. 391. *ΣΕΙΕΙ ΚΡΑΝΟΥΣ ΧΑΙΤΩΜ'.* Homer. Il. *Τ'*. 382.

Ἵππουρις τρυφάλεια· περισσείοντο δ' ἔθειραι — Χρύσεαι.]

v. 392. *ΧΑΛΚΗΛΑΤΟΙ ΚΛΑΖΟΥΣΙ ΚΩΔΩΝΕΣ ΦΟΒΟΝ.* Tintinnabula fortasse clypeis appensa fuerunt ad sonum et terrorem. [Euripides, Rheso v. 382.

Ἰδὲ χρυσόδετον σώματος ἀλκὴν,
Κλύε δὲ [καὶ] κόμπους κωδωνοχρότους
Παρὰ πορπάκων τοὺς κελαδοῦντας.

Est *πόρπαξ ἡ λαβὴ τοῦ ὅπλου*, teste Hesychio. Idem, *πόρπαξ· ὁ ἀνοχεὺς τῆς ἀσπίδος εἰς ὃ ὁ πῆχυς ἀνίεται.* Annulus clypei. Unde *πορπακίζεσθαι* dicitur Aristophani, qui loro clypeum arreptum sibi applicat. Male itaque vir Cl. Ioannes Doughteius in Analectis sacris, excurs. 183. locum illum Euripidis adducit in testimonium moris antiqui, *quo divites et nobiles et primates cuiusque ordinis (non conductitii tantum aurigae seu rhedarii) bello domique solebant equos eiusmodi ornatu insignitos habere;* de qua consuetudine diximus supra ad v. 125.]

v. 393. *ΣΗΜ' ΕΠ' ΑΣΠΙΔΟΣ.* Antigonae paedagogum roganti, quomodo duces noverat, respondet paedagogus, Phoeniss. v. 144.

Σημεῖ' ἰδὼν τότ' ἀσπίδων ἐγνωρισα.

[Vetustissimus erat mos gerendi insignia, *σήματα* vel emblemata in clypeis: ita Homerus in descriptione armorum Achillis; et alii poetae de reliquis heroibus idem testantur. Ulysses delphinum pictum in scuto gerebat.]

v. 396. *ΠΡΕΣΒΙΣΤΟΝ ΑΣΤΡΩΝ.* Virg. Aen. IX. 405. *Astrorum decus.*

Ibid. *ΝΥΚΤΟΣ ΟΦΘΑΛΜΟΣ.* Ita plane Pindarus, Olymp. III. 35. x)

—— *διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος*
Ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε μῆνα.

[v. 397. *ΑΛΥΩΝ.* Hesych. *Ἀλύουσα· ἀδημονοῦσα ἢ χαίρουσα καὶ διαχεομένη. Ἀλύω, laetor.* Quo sensu apud Plutarchum saepius usurpari monet Eustathius y). Clemens Alexandrin. Paedagog. II. p. 88. *Καὶ δῆτα αὐτὰς περὶ τὰς μεμωρημένας ταύτας καὶ ἁβρὰς ἀλυούσας πορφύρας, κατὰ τὸ ποιητικὸν δὴ ἐκεῖνο, Ἕλλαβε πορφύρεος θάνατος. Quae autem foeminae mollibus his purpuris impense delectantur, eas, ut inquit poeta, purpurea arripuit mors.* Quin ipse Plutarchus in libro de audiendis poetis z), docet, *τὸ ἀλύειν* duo plane repugnantia habere apud Homerum significata: aliquando enim usurpari *ἀντὶ τοῦ δέχεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι*, ut in illo loco Homeri. Il. *E'*. 352.

Ὣς ἔφαθ', ἡ δ' ἀλύουσ' ἀπεβήσατο, τείρετο δ' αἰνῶς:

aliquando vero e contrario pro *γαυριᾶν* et *χαίρειν*, ut in illo versu Odyss. *Σ'*. 332.

Ἦ ἀλύεις, ὅτι Ἶρον ἐνίκησας τὸν ἀλήτην;

Etymologici a) auctor deducit *ἀπὸ τοῦ ἀλῶ* i. e. *πλανῶμαι*, quia languentium et maerentium animus ubique magis quam ubi est. Fastidium sc. innuit illud animi quod oscitantes et otiosos facile solet occupare. Clemens Alexandrin. Paedagog. II. p. 81. *Πολλοῦ γε δεῖ μεθ' ἡμέραν ἐπιτρέπειν καθεύδειν, ταῖς καὶ τῆς νυκτὸς τὸ πλεῖστον εἰς ἐγρήγορσιν ἀποτεμνομένοις. Ἄλνες δὲ, καὶ νυσταγμοὶ, καὶ διεκτάσεις, καὶ χάσμαι δυσαρεστίαι ψυχῆς εἰσιν ἀβέβαιοι* (legerim *ἀβεβαλου*). *Absit vero ut interdiu permittatur nobis dormire, qui maximam noctis partem ad vigilias resecare debemus: taedia autem et dormitiones et pandiculationes et oscitationes sunt instabilis animae fastidia.* An vero unquam

---

x) Ol. III, 19. Bkh.
y) Apud Eustath. ad Il. p. 654, 49. Plutarchi nulla mentio.
z) Plut. Vol. II, p. 22. E.
a) Etym. M. p. 56, 42. 72, 30.

apud auctores ἀλύειν significet τὸ πλανᾶσθαι valde dubito. Clemens Alexandrinus, Paedagog. III. p. 110. Ἔξωθεν, inquit, μετὰ τῶν ἀθέων ἀλύουσι χρυμάτων, καὶ τερετισμάτων ἑρωτικῶν. Ubi, inquit Sylburgius, in MS. ad verbum ἀλύουσι scholii loco adscriptum erat πλανῶνται. Item Herophilus tanquam synonyma posuit ἀλύειν et πλανᾶσθαι. Quin etiam notat vir incomparabilis Is. Casaubonus ad Athenaeum, Deipnos. V. 24. b), Plutarchum tradere duplicem τοῦ ἀλύειν significationem, tum scilicet prae dolore animi sola loca quaerere, tum etiam errare atque huc illuc ferri prae ignobilis otii abundantia. Ego tamen propius sum ut putem ἀλύειν nunquam significare τὸ πλανᾶσθαι, sed potius esse hoc unius aut alterius grammatici figmentum, nulla auctoritate subnixum. Nam quod Plutarchum praetendit vir eruditissimus, vereor ut illi vacillans memoria fraudi fuerit, nam de huius verbi significationibus agit illo solo quem nuper adduximus loco c), ubi περὶ τοῦ πλανᾶσθαι nihil dicit. Insuper etiam in illo loco apud Clementem Alexandrinum ἀλύουσι optime reddi potest χαίρουσι, vel ut Hervetus, *oblectant animum*. Cum autem ait V. Cl. ἀλύειν significare *huc et illuc ferre*, opinor potius illum Galeni locum habuisse in animo, ubi dicit aegros aliquando δι' ἄλυσμὸν μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλο. Sed hoc nihil est ad τὸ πλανᾶσθαι. Nam cum Hippocrates in Prognostico docuisset, nudos pedes et non admodum calidos, manus, collum, crura, ἀνωμάλως ἐρριμμένα, negligenter in lecto et inaequaliter proiecta, malum indicium esse, et significare τὸν ἄλυσμόν, notat ad illum locum Galenus, Ἄλυσμὸν δηλοῦν, praeter alia, τὸ δυσφορεῖν ἅπαντι σχήματι, καὶ μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλο, κ. τ. λ. Ἄλυσμὸν significare quandoque fastidium illud in aegris, quo in lectulo decumbentes nullam corporis positionem diu patiuntur, sed mutant e latere in latus, et collum et brachia et crura negligenter proiiciunt, διὰ τὴν τοῦ στομάχου κάκωσιν, ἢ δι' ἀῤῥωστίαν δυνάμεως ἀλύοντες. Atque vero ἀλύειν significare πλανᾶσθαι errorem tantum esse grammaticorum quorundam, non obscure innuit Erotianus in Lexico verborum Hippocratis, qui in verbo ἄλυσμὸς reprehendit Bacchium et Herophilum, quod sic fuerint interpretati. Βαχχεῖος μέντοι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν λέξεών φησι, τὸ ἀλύειν, ἀδυνατεῖν, πλανᾶσθαι, ἄχθεσθαι· οὐκ ὀρθῶς. οὐ γὰρ εἴ τις ἄχθεται πλανᾶται, ἢ ἀδυνατεῖ πάντως καὶ ἀλύει. οἱ γοῦν ἀλύοντες ἄχθονται μὲν ἐν τῇ ἀδυνα[τεῖ]σθαι, οὐκ ἀλύουσι δὲ οἱ πλανώμενοι. ἀλλ' ὡς εἰκὸς ἐπλήνησεν αὐτὸς ὁ Ἡρόφιλος, συνώνυμον θεὶς τὸ ἀλύειν τῷ πλανᾶσθαι.

v. 398. *ΜΑΧΗΣ ΕΡΩΝ.* Virg. Aen. XII. 480. *certus pugnae.*

v. 399. *ΙΠΠΟΣ ΧΑΛΙΝΩΝ.* Virg. Georg. III. 83.

---

b) ad Ath. V, c. 21. p. 198. D. c) Plut. d. aud. poet. p. 22. E.

—— tum si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus et tremit artus,
Collectumque premens volvit sub naribus ignem.

[Ovid. Metam. III. 704.

Ut fremit acer equus, cum bellicus aere sonoro
Signa dedit tubicen, pugnaeque assumit amorem.

Lucanus, IV. 750.

Quippe ubi non sonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulsu, rigidos vexantia fraenos
Ora terens, spargitque iubas, etc.

Plutarchus in Caesare [d]), *Μάλιστα δὲ ἐσφάδαζον οἱ ἱππεῖς ἐπὶ τὴν μάχην ὁρμώμενοι.* (Equitibus ut equis tribuit sicut Aeschylus noster). Et Sophocles [e]) Plutarcho citatus Quaest. Rom. p. 280.

—— *σφαδάζεις πῶλος ὡς εὐφορβίᾳ.*]

[Ibid. *ΚΑΤΑΣΘΜΑΙΝΩΝ.* Lucanus, in eadem re, IV. 756.

Pectora rauca gemunt, quae creber anhelitus urget,
Et defecta gravis longe trahit ilia pulsus.]

[v. 404. (398.) *ΟΥΔ' ΕΛΚΟΠΟΙΑ.* Scholiastes: *Ταῦτα παρ' Ἀλκαίου εἴρηται.*]

[407. *ΜΑΡΜΑΙΡΟΥΣΑΝ.* Hesych. *Μαρμαίροντα, λάμποντα.* Pindar. apud Athen. XIII. 8. [f])

Τάσδε Θεοξένου ἀκτῖνας προσώπου
Μαρμαιροῖζας δράκεις κ. τ. λ.]

v. 409. *ΝΥΞ ΕΠ' ΟΦΘΑΛΜΟΙΣ ΠΕΣΟΙ.* Callimachus, Hymn. V. 82. de caeco Tiresia,

—— *παιδὸς δ', ὄμματα νὺξ ἔβαλεν.*

Sophocles, Hercul. fur. [g])

Θάρσει, νὺξ ἔχει βλέφαρα παιδὶ σῷ.

Ovidius, de Argo, Metam. I. 721.

—— centumque oculos nox occupat una.

Hesychius, *Σκότος ὅσσε κάλυψε· θάνατος κατέσχεν.* Mortem vero *noctem* Graecis pariter ac Latinis dici, notius est quam ut exempla adducam.

[v. 413. (407.) *ΚΕΛΝΟΝ ΑΣΤΑΚΟΥ ΤΟΚΟΝ.* Melanippum; a quo vulneratus Tydeus occubuit. Apollodor. I. 8.

---

d) Plut. vit. Caes. 42. e) Sophocl. fragm. inc. LXIII. Br.
f) Ath. XIII, p. 601. C. (Pind. fragm. p. 611. Bkh.)
g) Eur. Herc. Fur. 1071.

Τυδεὺς μὲν οὖν ἐπὶ Θήβας μετὰ Ἀδράστου στρατευσάμενος ὑπὸ Μεναλίππου τρωθεὶς ἀπέθανεν. Statius, VIII. 718:

> Astacides Menalippus erat, nec prodidit ipse
> Et vellet latuisse manum, sed gaudia turmae
> Monstrabant trepidum, nam flexus in ilia Tydeus
> Submissum latus et clypei laxaverat orbem.]

[v. 414. *ΤΟΝΔ' ΑΝΤΙΤΑΞΩ.* Apollodorus, III. 6. *Καθώπλισε δὲ καὶ Ἐτεοκλῆς Θηβαίους, καὶ καταστήσας ἡγεμόνας ἴσους ἴσοις ἔταξε.*

v. 418. *ΣΠΑΡΤΩΝ Δ' ΑΠ' ΑΝΔΡΩΝ.* Apollodorus, III, 4. *Ἀγανακτήσας δὲ Κάδμος κτείνει τὸν δράκοντα, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ σπείρει· τούτων δὲ σπαρέντων ἀνέτειλαν ἐκ γῆς ἄνδρες ἔνοπλοι, οὓς ἐκάλεσαν σπαρτούς,* [Paroemiographus: *Τοῦ σπαρτῶν γένους.* „Genuini atque generosi prisce et poetice dicuntur *τοῦ σπαρτῶν γένους.* Apud Aeschylum in ea tragoedia, quae a septem ducibus nomen habet, cum nuncius explorator, ad Eteoclem reversus, hostium duces ad singulas portas collocatos recensere coepisset, et a Tydeo exorsus, eius ferociam et iactantiam explicasset: quaerit ex rege denique, quemnam putet huic opponi posse. Tum rex, derisa prius hostili superbia, Melanippum deligit, Astaci filium, qui Tydeo videatur posse resistere, cum sit generosus ac pudore plenus, superbiamque exosus, atque omnem fugiat turpitudinem, atque adeo genuinus sit civis, ut qui a sativis hominibus, quibus Mars olim pepercerat, originem ducat. Haec autem postrema Graece sic leguntur: *Σπαρτῶν δ' ἀπ' ἀνδρῶν κ. τ. λ.* Quae verba ex Apollodoro et Thebana historia sunt intelligenda; quae tradit, Cadmum draconis quem occiderat dentes seminasse, a quibus cum viri armati extitissent, eos mutuis caedibus periisse, quinque tantum servatis. Ovid. Metamorph. III. 124.

> Iamque brevis vitae spatium sortita iuventus
> Sanguineam tepido plangebat pectore matrem,
> Quinque superstitibus.

Ex his igitur oriundum vult Menalippum Aeschylus, non ex advenis illis, qui cum Cadmo terram occuparunt. Nam sic et Megareum paulo post [h]) *τοῦ σπαρτῶν γένους* esse prodidit: et Creontem in Phoenissis Euripides [i]).“ Haec ille.]

Ibid. *ΩΝ ΑΡΗΣ ΕΦΕΙΣΑΤΟ.* Apollodorus, III. 4. *Περιεσώθησαν δὲ πέντε, Ἐχίων, Οὐδαῖος, Χθόνιος, Ὑπερήνωρ, Πέλωρ.* Interpres Euripidis ad Phoeniss. v. 947. *οἱ περιλειφθέντες τῶν σπαρτῶν, ὡς Αἰσχύλος φησὶν, ἦσαν Χθόνιος, Οὐδαῖος, Πέλωρος, Ὑπερήνωρ καὶ Ἐχίων.*

---

h) v. 480. (474.)

i) Eurip. Phoen. 949. et alibi.

v. 420. (414.) *ΜΕΛΑΝΙΠΠΟΣ.* Recte secundum historiam Melanippum ad portas Proetidas collocat: extra enim eas portas in ipsa via, quae versus Chalcidem ducit, cecidit et sepultus est. Paus. Boeot. c. 18. [k])

Ibid. *ΕΝ ΚΥΒΟΙΣ ΑΡΗΣ ΚΡΙΝΕΙ.* Aristophanes, Vesp. v. 760.

Ἄρης διαχρινεῖ πρότερον ἢ 'γὼ πείσομαι.

ubi Scholiastes sic locutum esse Atreum ad Aëropam in Cressis Euripidis [l]) monet, *χρινεῖ ταῦτα.* Euripides, Rheso, v. 183.

—— χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν
Ψυχὴν προβάλλονθ' ἐν κύβοισι δαίμονος.

[*Alea belli* quo modo *alea fati* Lucano dicitur, VI. 7. De periculo et casu incerto. *Παροιμιωδῶς*, si quando ancipitem rei eventum significamus, quasi non ab arbitrio iacientis sed a fortuna pendentis, aleam iaci dicimus. Bellica vero fortuna penes Martem. Seneca, Theb. v. 629.

Fortuna belli semper ancipiti in loco est.

Virg. Georg. II. 283.

—— dubius Mars errat in armis.

Cic. Epist. VI. 4. *Cum omnis belli Mars communis, et cum semper incerti exitus praeliorum sint.* Liv. XXX. 30. *Vim fortunae Martemque belli communem propone animo.*]

v. 423. *ΑΝΤΙΠΑΛΟΝ.* Suidas, *Ἀντίπαλον τρία σημαίνει· τὸ ἐναντίον, καὶ τὸ ἰσόπαλον, καὶ τὸ ἰσόστροφον· οὐ γὰρ ἐξ ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως ὁ ἀγὼν ἔσται.* [Alieno sane sensu usurpatur haec vox, Prometh. v. 527.

Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων Θεῖτ' ἐμῷ γνώμᾳ κράτος Ἀντίπαλον Ζεύς.

Hic vero sumitur pro defensore; qui pro me pugnat, vel meas vices in pugnando suscipit. Vel pro illo qui pugnat contra alium ut me tueatur. Vel eo forte sensu, quo refertur a Iul. Polluce [m]) inter dictiones *περὶ τοῦ ἴσου· ἀντίπαλον, ἰσόπαλον κ. τ. λ.* illi scilicet oppugnatori oppositum, adversarium. Etymologus [n]). *Ἀντίπαλον· ἐναντίον, καὶ ἰσόπαλον, καὶ ἰσόστροφον.*]

[v. 429. *ΚΑΠΑΝΕΥΣ Δ' ΕΠ' ΗΛΕΚΤΡΑΙΣΙΝ.* Aliter Apollodorus, III. 6. *Καπανεὺς δὲ παρὰ τὰς Ὠγυγίας.*]

v. 430. (424.) *ΓΙΓΑΣ ΟΔ' ΑΛΛΟΣ.* Statius, Theb. III. 604.

Unus ut e sylvis Pholoes habitator opacae,
Inter et Aetnaeos aequus consurgere fratres.

---

k) Paus. IX, 18, 1. Bkk.
l) Eur. fr. p. 130. Mtth. (*Αἰδὼς χρινεῖ ταῦτα.*)
m) Poll. V, 157.
n) Etym. M. p. 114, 9.

Vide Philostr. Imag. Antig. o)

v. 431. *OY KAT ANΘPΩΠON ΦPONEI.* De eodem, Statius, Theb. III. 602.

—— diu tuto Superum contemptor, et aequi — Impatiens. ——

Ammianus Marcellinus, *Iulianus prosperis elatus ultra hominem spirabat.* Sophocles in Aiace, v. 768.

—— *μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ.*

[Passim sane monent poetae Graeci impietatem hanc esse cavendam. Ad II. Maccabaic. IX. 12. *Iustum est subditum esse Deo, et mortalem non paria Deo sentire;* „Multi sunt" inquit Magnus Grotius, „versus Graeci in eam sententiam, quorum aliquos recitare potuit Antiochus, Antiphanis:

Εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε θνητὰ καὶ φρόνει.

Chaeremonis p):

Ὅλως τὸ κρεῖσσον οὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα.

Demonactis q):

Θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς.

Sophoclis r):

Θνητὴν δὲ φύσιν χρὴ θνητὰ φρονεῖν,
Τοῦτο κατειδόσιν, ὡς οὐκ ἔστι
Πλὴν Διὸς οὐδεὶς τῶν μελλόντων
Ταμίας, ὅ, τι χρὴ τετελέσθαι."]

[v. 432. (426.) *Α ΜΗ ΚΡΑΝΟΙ ΤΥΧΗ.* Ad avertendam δυσφημίαν verborum praecedentium, *πύργοις δ' ἀπειλεῖ δεινά* hoc addit, ut supra v. 5. simili *εὐφημισμῷ, ὃ μὴ γένοιτο*, utitur, ad avertendam *δυσφημίαν* verborum insequentium.]

[v. 434. *ΚΑΙ ΜΗ ΘΕΛΟΝΤΟΣ.* Ita Aiax apud Homerum, Odyss. Δ'. 504.

Φῇ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης.

Et apud Sophoclem in Aiac. Mastigoph. v. 774.

Πάτερ, θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ
Κράτος καταχτήσαιτ' ἐγὼ δὲ καὶ δίχα
Κείνων, πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος.]

Ibid. *OYΔE THN ΔIOΣ EPIN.* Euripides, Phoenis: v. 1181.

—— *καὶ τοσόνδ' ἐκόμπασε,*
Μηδ' ἂν τὸ σεμνὸν πῦρ νιν εἰργάθειν Διὸς,
Τὸ μὴ οὐ κατ' ἄκρων περγάμων ἕλειν πόλιν.

---

o) Philostr. Imag. II, 30. p. 854. Olear.
p) Stob. Serm. XXII, 10. q) Stob. XXII, 16.
r) Soph. Ter. fragm. 5. (Stob. XXII, 22.)

[Sic impietatem Polyphemi praedicat Euripides, Cycl. v. 319.

Ζηνὸς δ' ἐγὼ κεραυνὸν οὐ φρίσσω, ξένε.]

[v. 435. *ΣΚΗΨΑΣΑΝ.* Hesych. *Σκηπτός· κεραυνὸς ἄνωθεν διὰ πυρός.* [scr. *διάπυρος.*] Idem, *Σκῆψαι· πεσεῖν.*]

[v. 438. *ΕΧΕΙ ΔΕ ΣΗΜΑ.* Aliter Statius, IV. 168.

—— squalet triplici ramosa corona
Hydra recens obitu. Pars anguibus aspera vivis
Argento caelata micat, pars arte reperta
Conditur, et fulvo moriens ignescit in auro.
Circum amnis torpens, et ferro caerula Lerna.]

Ibid. *ΑΝΔΡΑ ΠΥΡΦΟΡΟΝ. Πυρφόροι* proprie dicebantur, qui ante inventum tubae usum incensis facibus acies instructas praeibant, quibus utrinque coniectis manus conserebant. Euripidis Schol. Phoeniss. v. 1386. *Ἐχρῶντο κατὰ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀντὶ σαλπιγκτῶν πυρφόροις. Οὗτοι δὲ ἱεροὶ ἦσαν Ἄρεως, ἑκατέρας στρατιᾶς προηγούμενοι μετὰ λαμπάδος, ἣν ἀφιέντες εἰς τὸ μεταίχμιον ἀνεχώρουν ἀκίνδυνοι. Καὶ οὕτως συνέβαλλον αἱ στρατιαί.* Hic vero per virum *πυρφόρον* Prometheum intelligi nullus dubito; quo titulo tragoediam singularem insignivit Aeschylus noster, scil. *Προμηθεὺς πυρφόρος.* Facit hoc ut credam Euripides in Phoeniss. v. 1128. de Tydeo, nam insignia varie referuntur:

—— *δεξιᾷ δὲ λαμπάδα*
Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν, ὡς πρήσων πόλιν.

[v. 440. (434.) *ΧΡΥΣΟΙΣ ΔΕ ΦΩΝΕΙ ΓΡΑΜΜΑΣΙ.* Auctor Thebaidos, v. 399.

—— aurea clarum nota,
Nomen ducum vexilla praescriptum ferunt.]

[v. 443. *ΚΑΙ ΤΩΙΔΕ ΚΕΡΔΕΙ ΚΕΡΔΟΣ ΑΛΛΟ ΤΙΚΤΕΤΑΙ.* Proverbium: cui affine *δίκη δίκην τίκτεται, καὶ βλάβην βλάβη.* Zenob. III. 28. Et inde Latinum [s]), *Lis litem*, etc. Intelligit autem idem fatum fore Capanei quod Tydei.]

v. 447. *ΚΑΠΟΓΥΜΝΑΖΩΝ ΣΤΟΜΑ.* Phot. epist. I. de Ario, *Ἀλλὰ τοῦτον μέν, ὡς χείλη βλάσφημα, κατὰ τοῦ πεποιηκότος ὁπλιζόμενον τῆς ἱεροσύνης ὁ ἱερὸς ἀπεγύμνωσεν ὅμιλος.* [Nos in versione *exercens*, sed non probo; potius *nudans.* Vir doctus Gilbertus Cognatus, in adagiis: „*Ἀπογυμνάζεσθαι*, pro accingi ad certamen: vide Nazianzen. in Encomio Cypriani. *Accinctus* enim est, qui ad pugnam se comparat, et adhuc incertus est eventus; *discinctus*, qui ex pugna iam rediit et gloriari potest. Verba sunt Reg. III. 20. *Succinctus, instructus, et munitus.* Plinius in Paneg. [t]) *Frustra se ter-*

s) cf. Hor. Sat. II, 3, 103.

t) Plin. Paneg. cap. 49, 3.

rore succinxerit, qui septus caritate non fuerit. Exerti quoque accincti et promtissimi dicuntur; quia qui exerto sunt brachio, expeditiores sunt, et ad agendum promptiores." Haec ille.]

v. 449. *ΓΕΓΩΝΑ.* *Γεγωνεῖν* est *μέγα καὶ ἐξάκουστον βοᾶν*, interprete Hesychio: unde, inquit, apud Philonem *λόγος γεγωνώς* opponitur *λόγῳ ἐνδιαθέτῳ.*

Ibid. *ΚΥΜΑΙΝΟΝΤ' ΕΠΗ.* Eleganter Achilles Tatius, *αἰδὼς δὲ καὶ λύπη καὶ ὀργὴ τρία τῆς ψυχῆς κύματα.*

v. 451. (445.) *ΗΞΕΙΝ ΚΕΡΑΥΝΟΝ.* Et ita factum esse ferunt, Eurip. Phoeniss. v. 1187.

Ἤδη [δ'] ὑπερβαίνοντα γεῖσσα τειχέων
Βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν. ——

et Q. Calab. X. 482.

—— δμηθέντα Διὸς στονόεντι κεραυνῷ.

Vide Pausan. in Boeot. [u]) et Philostrat. Imag. [x]) in Antigone. At Vegetius IV. 21. *Qui scalis in obsidione urbium utuntur frequenter periculum sustinent; exemplo Capanei, a quo primum scalarum propugnatio perhibetur inventa, qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus.*

[v. 454. *ΑΙΘΩΝ.* Alii *αἶθον*, melius. Hesych. *Λῆμα· ἀνδρεία καὶ φρόνημα*, animi praesentia, fortitudo.]

[v. 455. *ΠΡΟΣΤΑΤΗΡΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΕΥΝΟΛΙΞΙ.* Quia ea porta Dianae sacra. Ad Virgilianum illud Aen. VII. 769.

—— et amore Dianae,

hunc locum Aeschyli adfert Germanus Valens Guellius.]

v. 458. *ΟΣ ΠΟΛΕΙ ΜΕΓΑΛ' ΕΠΕΥΧΕΤΑΙ, ΚΕΡΑΥΝΟΥ.* Euripides, Phoeniss. v. 185.

—— ὃς τὰ δεινὰ τῇδ' ἐφυβρίζει πόλει — Καπανεύς.

Idem, Phoeniss. v. 189.

Ἰὼ Νέμεσις καὶ Διὸς Βαρύβρομοι βρονταὶ Κεραυνόν τε πῦρ ἀθαλόεν, Σύ τοι μεγαλανορίαν ὑπεράνορα Κοιμίζεις ——

quae, et quae sequuntur, ex Aeschylo deprompta sunt, queis deprecatur Antigone servitutem virginum a Capaneo minitatam.

[v. 459. *ΚΕΡΑΥΝΟΥ ΔΕ ΜΙΝ ΒΕΛΟΣ ΕΠΙΣΧΕΘΟΙ.* Fulmen quod contemnit.]

[v. 460. (454.) *ΠΩΛΙΚΩΝ ΕΔΩΛΙΩΝ.* Hesych. *Πῶλος —— τὰς νέας καὶ παρθένους.* Sunt igitur *πωλικὰ ἐδώλια* thalami, in quibus seorsim a viris degebant virgines; *παρθενῶνας* vocat Prometh. v. 647.]

---

u) Paus. IX, 8, 7.

x) Philostr. p. 854. Olear.

v. 464. *ΕΤΕΟΚΛΩι.* Eustath. in Iliad. *A'*. p. 112. l. 40. *Ὅτι διχῶς καὶ Πάτροκλος λέγεται ὡς Ἐτέοκλος, καὶ Πατροκλῆς ὡς Ἐτεοκλῆς.* [Apollodor. III. 6. *Τινὲς δὲ Τυδέα μὲν καὶ Πολυνείκην οὐ καταριθμοῦσι· συγκαταλέγουσι δὲ τοῖς ἑπτὰ Ἐτέοκλον, Ἴφιον, καὶ Μηκιστέα: sunt qui Tydeum et Polynicem inter hosce minime connumerent, sed Eteoclum, Iphium et Mecisteum recensent.* Enimvero Eteocli fit mentio in Arundeliana Epocharum stela 37. *Ἀφ' οὗ Ἀργείων Ἐτέοκλος, Ἄδραστος καὶ Ἀμφιάραος ἐβασίλευσαν, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐν Νεμέᾳ συνήθλευσαν πρῶτοι, ἔτη* Η ΗΗΗ Δ ΔΔΔΠΙΙ, *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως: a quo Eteoclus, Adrastus et Amphiaraus Argis regnarunt, et in Nemea certamen primi celebrarunt, anni DCCCCLXXXVII, regnante Athenis Theseo.*]

Ibid. *ΠΑΛΟΣ.* Homerus, Iliad. *Γ'*. 316.

Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες,
Ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.

Cuius ad exemplum Virgilius, Aen. V. 490.

—— deiectamque aerea sortem — Accepit galea. ——

Stat. Theb. VI. 389.

Et iam sortitus Prothous versarat ahena — Casside. ——

[Antiquissimus erat mos excutiendi sortes, belli tempore ex galea, sicut pacis ex urna; atque hinc vox *πήληξ*, secundum Etymologici magni auctorem γ). *Πήληξ*, inquit, *ἡ περικεφαλαία· ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι καὶ σείεσθαι τὰς περικεφαλαίας ἐν τῷ κλήρῳ, ὡς Ὅμηρος· Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες.* Ad Virgilianum illud supra laudatum, Aen. V. 490., Germanus Valens Guellius: „Sic et Caesar, Bell. Civil. I. 6. *Provinciae privatis decernuntur, duae consulares, duae praetoriae. Scipioni obvenit Syria, L. Domitio Gallia, Philippus et Marcellus privato consilio praetereuntur, neque eorum sortes deiiciuntur.* Hoc autem ab Homero, qui sortes galea Graecos versavisse est auctor, cum sortito quaererent quem Hectori singulari certamine opponerent, Il. *H'*. 176. *Ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο κ. τ. λ.*

—— πάλλεν δὲ Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ.
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης ——

Item Il. *Ψ'*. 861.

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες.

Et Odyss. *K'*. 206.

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλομεν ὦκα,
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.

γ) Etym. M. p. 670, 32.

Et Il. Ψ'. 352.

Ἂν δ' ἔβαν ἐς ἅρματ', ἐν δὲ χλήρους ἔβάλοντο·
Πάλλ' Ἀχιλεὺς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε Νεστορίδαο.

Haec Guellius.]

[v. 466. (460.) *ΠΥΛΑΙΣΙ ΝΗΙΤΙΣΙ.* Hesych. *Ὁ ποιητὴς γὰρ οὐδέποτε πύλην ἑνικῶς λέγει, ἀλλὰ πληθυντικῶς.* Atqui studiosum fuisse Homeri imitatorem Aeschylum saepius observavimus.]

[v. 468. *ΔΙΝΕΙ.* Quod Ovidius, de arte amandi, III. 384.

—— et in gyros ire coactus equus.

Tibull. [z]) IV. 94.

Inque vicem modo directo contendere cursu,
Seu libeat curvo brevius compellere gyro.

Latine proprie *flectere equum.* Hor. Od. III. 7. [a])

Quamvis non alius flectere equum sciens.

Ovid. Epist. Heroid. IV. 79.

Sive ferocis equi luctantia colla recurvas,
Exiguo flexos miror in orbe pedes.

Iul. Pollux, Onomast. I. 11: „De his quae equiso facere debet: *καμπὰς δὲ χρὴ ποιεῖσθαι καὶ στροφὰς καὶ ὑποστροφάς, flexus quoque fieri oportet, conversiones et gyros.*]

v. 469. *ΦΙΜΟΙ, cami.* Ita usi sunt Septuaginta Interpretes Psal. XXXI. 9. Et B. Hieronymus in sua versione. Isidor. Orig. ult. cap. ult. *Camus est vinculum sive fraenum, quo equi coercentur.* Hesych. *Φιμοί· δεσμοὶ, παραστόμια.* [Ad Virgilianum illud, Georg. III. 399.

Primaque ferratis praefigunt ora capistris ——

V. Cl. Germanus Valens Guellius: „Nonnunquam Graeci *φιμόν* capistrum vocant, quo, non tantum inserto ori fraeno, sed toto ambitu, quasi fibula quadam, collecto rictu et ore, morsus arcetur. *Φιμόν* quoque interdum Latini postomia vocant, *οἱονεὶ προστόμια.* Tale quid *παυσιχάπη, πανοῦσα κάπτειν, ἤτοι ἐσθίειν.*" Haec ille. Hesych. [b]) *Αὐλωποί· φιμοὶ οἱ χημοί· διὰ τὸ τοῖς χημοῖς κώδωνας προσῆφθαι εἰς οὓς ἐμφυσῶντες οἱ ἵπποι φωνὴν σάλπιγγος προΐεντο.* Hoc est quod Aeschylus noster innuere videtur. *Συρίζουσι*, inquit, *βάρβαρον τρόπον,*

Μυκτηροκόμποις πνεύμασι πληρούμενοι.]

[v. 470. (464.) *ΜΥΚΤΗΡΟΚΟΜΠΟΙΣ.* Iulius Pollux, Onomast. II. 4. *Καὶ μυκτῆρες εὐπνοώτεροι παρὰ Ξενοφῶντι.*]

v. 474. *ΒΟΑι ΔΕ Χ' ΟΥΤΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.* Plaut. Rud. II. 5. [c]) de urna signata et sacra:

---

a) III, 7, 29.
b) Distingue sic: *Αὐλωποὶ φιμοί· οἱ χημοί.*
c) II, 5, 21.
z) IV, 1, 94.

Nam haec literata est; ab se cantet cuia sit.

[Euripides, Hippolyto, v. 877.

Βοᾷ βοᾷ δέλτος ἄλαστα.
Vociferantur pugillaria.

Noster, supra v. 440.

Χρυσοῖς δὲ φανεῖ γράμμασι, πρήσω πόλιν.]

v. 480. (474.) *ΣΠΕΡΜΑ ΤΟΥ ΣΠΑΡΤΩΝ ΓΕΝΟΥΣ.* Vide quae ad v. 418. Qui dentibus serpentis a Cadmo disseminatis e tellure procreati sunt (Ovid. Metam. III. 110.), in quoque corpore lanceae nota erat; cuius etiam formam, qui in illa familia postea nati sunt, corpore retinuere, perdurante multa saecula nota illa eius stirpis, teste Plutarcho, de sera numinis vindicta [d]). Eosdem *γηγενεῖς* ab Aristotele dici observat P. Victorius, Var. Lect. VIII. 16.

[v. 483. *ΘΑΝΩΝ ΤΡΟΦΕΙΑ ΠΛΗΡΩΣΕΙ ΧΘΟΝΙ.* Nutritionis praemia persolvere; quod Dionys. Halic. *τῇ μητρὶ ἀποδοῦναι χάριτας·* alii [e]), *θρεπτήρια ἀποδιδόναι τοῖς γονεῦσι.* Egregie hoc describitur Oppiano, Halieut. V. 84.

Ὡς δὲ πάϊς γενετῆρα παλαίτερον ἀμφαγαπάζει
Φρόντισι γηροκόμοισιν ἀπὸ θρεπτήρια τίνων,
Τὸν δ' ἤδη μελέεσσι καὶ ὄμμασιν ἀδρανέοντα
Ἐνδυκέως μεθέπων προσπιύσσεται, ἔν τε κελεύθοις
Χεῖρ' ὀρέγων, καὶ πᾶσιν ἐν ἔργμασιν αὐτὸς ἀμύνων·
Πατρὶ δὲ γηράσκοντι νέον σθένος υἷες ἐσίν.

Quippe summum hoc est filiorum erga parentes officium. Praeclare Aristoteles, Ethic. IX. 2. *Δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν ὡς ὀφείλοντας, καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς εἰς ταῦτ' ἐπαρκεῖν.* Ut et Hierocles, Comment. ad Aurea Carmina, v. 4. Oportet, inquit, liberos *πάντα πρὸς τῶν ἐκείνων (γονέων) χρείαν ἑτοίμως παρέχεσθαι, γεγηθότας καὶ ἡδομένους ἐπὶ τοῖς εἰς ἐκείνους πόνοις τε καὶ ἀναλώμασι. Τὸ γὰρ εὐχαριστως ταῦτα ποιεῖν καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς διασώζει νόμον, καὶ τὸν τῆς φύσεως ἀποδίδωσιν ἔρανον.* Inter leges Solonis ordinem ducit: *ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω.* Atque hinc est quod Hesiodus mores depravatissimos ferrei saeculi describens ait, *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* v. 189.

—— οὐδὲ μὲν οἵ γε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν.

Schol. *Οἱ παλαιοὶ τοῖς γονεῦσιν ἐδίδουν τὰ θρέπτρα.* Et Theophrastus [f]) in Charactere *περὶ ἀπονοίας „τὴν μητέρα μὴ τρέφειν τῆς ἐσχάτης πονηρίας καὶ ἀπονοίας"* signum facit. Quin et pro infelicibus ducebantur, quibus, immatura morte praeventis,

---

d) Plut. d. S. N. V. p. 563. A. B.
e) ut Hom. Il. IV, 476.
f) Theophr. Char. XIII. (VI.)

hanc gratiam persolvere non licuit. Homerus, de Simoisco ab Aiace interempto, Il. Δ'. 476.

— *οὐδὲ τοκεῦσι*
Θρέπτρά φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών.

Neque enim sensus poetae est, eum in aetatis flore interfectum fuisse, quod parentibus debitam gratiam non retulisset, neque *ἀντιλογικῶς* ea verba ponuntur, ac si dixisset: ideo in iuventute occidit, quia parentes non honoravit (quod nonnemo opinatus est argumentum historiae belli Troiani) sed, ut ita dicam, *ἀποτελεσματικῶς*, et eventum solummodo respiciunt. Debitum honorem parentibus non rependit, nec nutritionis praemia iis persolvit, non quod ex impietate hoc facere noluit, sed quia fato immaturo praeventus haec praestare non potuit. Mortis acerbae periphrasis; *ἐπί τινος πρὸ ὥρας τελευτήσαντος οἰκεῖον ῥηθῆναι τὸ οὐδὲ τοκεῦσι κ. τ. λ.* Quanquam et *πρὸ ὥρας τελευτᾶν* in lege divina ponitur tanquam poena et consequens *τῆς οὐκ ἀποδόσεως*. Porro cum filius virtutibus et bonis moribus excultus fuerit, satis ampla educationis suae praemia parentibus persolvere dicebatur, quasi nulla alia *θρεπτήρια* expectarent parentes praeter liberorum virtutem. Hinc illud Menandri s) apud Theon. Progymn. p. 48.

Ἀνδρὸς πένητος υἱὸς ἐκτεθραμμένος
Οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων ὁρῶν ἠσχύνετο
Τὸν πατέρα μικρὰ ἔχοντα, παιδευθεὶς γὰρ εὖ
Τὸν καρπὸν εὐθὺς ἀπεδίδου χάριτος καλόν.

Et egregie Phalaris in epistola quadam ad Lacritum, quem consolatur de morte filii: *Νομίσας οὖν ἀξίας παρ' αὐτοῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταύτην αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδος, τὸ πρᾴως καὶ εὐπαραγορήτως τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην ἐνεγκεῖν; quare sic tecum reputes dignas gratias pro genitura simul et educatione te ab ipso recepisse, quod usque ad finem vitae bonus probusque permanserit; illique contra hoc rependito, ut vicem eius leniter et moderate doleas.* De his quidem *τροφείοις* intelligendus est Aeschylus noster, hoc illud est officium, quod terrae communi omnium parenti et nutrici quisque debet; non patriae tantum sed et peregrinae terrae, si quando ab exteris foveri et hospitio excipi contingat. Unde in hac ipsa tragoedia de Parthenopaeo Arcade, Argis educato, ait, v. 554.

Μέτοικος, Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφάς,
Πύργοις ἀπειλεῖ τοῖσδ' ἃ μὴ κράνοι θεός.]

---

s) Menand. p. 124. Mein.

[v. 486. *ΜΗΔΕ ΜΟΙ ΦΘΟΝΕΙ ΛΕΓΩΝ.* Euripides Medea, v. 63.

Μὴ φθόνει φράσαι]

v. 490. (484.) *ΤΩΣ ΝΙΝ ΖΕΥΣ ΝΕΜΕΤΩΡ.* Cui superbientes iactationum poenas dabant. Sophocles Antig. v. 129.

Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
Ὑπερεχθαίρει ——

Inde *Νέμεσις* ultrix superborum, quam ait Pausanias Attic. c. 33. [h]) *θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβριστὰς ἀπαραίτητον εἶναι.* Aristoteles ad Eudem. III. 7. *Μέσος δὲ τούτων* (scil. *φθονερίας καὶ χαιρεκακίας*) *ὁ νεμεσητικὸς, καὶ ὃ ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι τὴν Νέμεσιν, τὸ λυπεῖσθαι μὲν ἐπὶ ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν κακοπραγίαις· διὸ καὶ θεὸν οἴονται εἶναι τὴν Νέμεσιν.* Unde obiter Stobaeum supplendum esse monemus in epitome sua morali Peripatetica: *μεγαλοπρέπειαν δὲ μεσότητα (βαναυσίας καὶ μικροπρεπείας· Νέμεσαν δὲ μεσότητα) φθονερίας καὶ ἐπιχαιρεκακίας.*

[v. 492. *ΠΥΛΑΣ ΕΧΩΝ ΟΓΚΑΣ.* Ita et Apollodorus, III. 6. *Ἱππομέδων δὲ παρὰ τὰς Ὀγκαΐδας.*]

v. 493. *ΟΓΚΑΣ ΑΘΑΝΑΣ.* Hesych. *Ὄγκας Ἀθήνας· τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει.* At Apollodoro aliae Ogygiae, aliae Oncaides. Pausaniae Ogygiae nominatae sunt, Oncaides non sunt; eaedem igitur esse possunt. Steph. *Ὀγκαῖαι, πύλαι Θηβῶν· Εὐφορίων Θρᾳκί.* Videtur autem hic Euphorion Aeschyli filius, et ipse tragicus.

v. 494. *ΙΠΠΩΜΕΔΟΝΤΟΣ ΣΧΗΜΑ.* Id est, Hippomedon. Veluti *σθένος, μένος* et *βία* frequentissime usurpantur. Et apud Euripidem in Phoeniss [hh]). *Καδμεία μέριμνα*, pro Cadmus; apud Horatium, Od. III. 21. *Catonis virtus, Κάτωνος βία*, pro Catone. Quomodo et Virgilium sub persona Didonis interpretandum censeo, Aen. IV. 654.

Et nunc magna mei sub terris ibit imago.

Magna mei imago, id est, *ego.*

[Ibid. *ΜΕΓΑΣ ΤΥΠΟΣ.* Euripidis Antigone de eodem, Phoeniss. v. 129.

Ἔ, ἔ, ὡς ταῦρος, ὡς φοβερὸς Εἰσιδεῖν, γίγαντι Γηγένετα προσόμοιος.]

v. 495. *ΑΣΠΙΔΟΣ ΚΥΚΛΟΝ.* *Κυκλικαὶ γὰρ ἦσαν αἱ ἀσπίδες τῶν παλαιῶν*, inquit Scholiastes Aristophanis in Vespas, v. 18. hunc locum proferens. Hesych. *Ἅλως, ἡ τοῦ ἡλίου ἢ σελήνης περιφέρεια. Αἰσχύλος· περιφέρειά τῆς ἀσπίδος, καὶ κύκλος.* Virg. Aen. III. 637.

Argolici clypei aut Phoebeae lampadis instar.

---

h) Paus. I, 33, §. 2.

hh) Phoen. 1070.

Ubi Servius: *Causa magnitudinis, Graecorum enim clypei rotundi, ut Cato I. Originum ait.* Ammianus, XXIV. 2. *Arcis medietas in sublime consurgens tereti ambitu Argolici scuti speciem ostendebat.* [Atque hoc idem voluit Homerus, cum dixerit, *ἀσπίδα πάντοσε ἴσην*: qua ratione ἄσπις dicitur, Eustath. in Iliad. Ξ'. p. 996. l. 23. *παρὰ τὸ ἀ στερητικὸν καὶ τὸ σπίζω ὃ ἐστιν ἐκτείνω, ἡ μὴ ἐκτεταμένη, ἀλλ' εἰς κύκλον συνηγμένη.* Ipsi Romani ante bellum Sabinum huiusmodi clypeis usi sunt; Sabinis vero in civitatem receptis, eorum scutis Romulus uti maluit. Plutarch. in Romulo i) p. 30. *Θυρεοῖς δὲ τοῖς ἐκείνων ὁ Ῥωμύλος ἐχρήσατο, καὶ μετέβαλε τὸν ὁπλισμὸν ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν Ῥωμαίων, Ἀργολικὰς πρότερον ἀσπίδας φορούντων.*]

[v. 496. *ΑΛΑΩΣ.* Hesych. *Ἄλλως· ματαίως.* Callim. Epigr. XXIII. 4. *Ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων.* Ubi Vulcanius: „ἄλλως, hoc est *μάτην*, significat enim *κενοτάφιον* sive *κωφὸν λίθακα* ei positum."]

[v. 497. *Ο ΣΗΜΑΤΟΥΡΓΟΣ Δ' ΟΥ ΤΙΣ ΕΥΤΕΛΗΣ.* Apuleius, Metam. II. p. 39. *In quo summum specimen operae fabrilis egregius ille signifex prodidit.* Arnob. VI. p. 199. *Inter significes ille memoratus Phidias.* Sidonius: *Quem Graecia suis commentariis, pictoribus significibusque illustris, sacravit templis, formavit statuis.*]

[v. 499. *ΤΥΦΩΝ'.* Aliter Statius in descriptione scuti Hippomedontis, IV. 133.

— perfectaque vivit in auro
Nox Danai. Sontes furiarum lampade nigra
Quinquaginta ardent thalami, pater ipse cruentis
In foribus laudatque nefas atque inspicit enses.]

v. 500. (494.) *ΠΥΡΟΣ ΚΑΣΙΝ.* [V. Cl. Petrus Victorius Var. Lect. XXIII. 5. „Consueverat M. Varro *μεταφορικῶς* adpellare *res aliquas inanimes rerum itidem inanimarum filios*, quod inde tanquam natae ac procreatae forent, cum tamen hoc nomen proprium animantium sit, atque ipsis primo conveniat. Idem etiam fecerunt Graeci poetae, ut Aeschylus, *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις*, cuius verba haec sunt:

Λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην πυρὸς κόσιν.

Pindarus, qui *imbres* vocavit *filios nebularum*, ita canens, Olymp. XI. k) 2. *ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων ὀμβρίων παίδων νεφέλης.*" Haec ille.] Ita in Agamemnone, v. 503. pulverem vocat *κόσιν πηλοῦ*.

Ibid. Schol. *B'. ΒΔΗΛΟΣ ΑΠΟ ΛΥΧΝΩΝ.* Lege *βδήλος* ex Etymologico l): quamvis videtur esse *ἀπὸ τοῦ βδέειν*.

---

i) cap. 21. p. 30.
k) Ol. X. init. Bkh.
l) Etym. M. 192, 39.

v. 501. *ΟΦΕΩΝ ΔΕ ΠΛΕΚΤΑΝΑΙΣΙ.* Apuleius, Metam. V. p. 157. *Immanem colubrum multinodis voluminibus serpentem.* Sic Avienus Perieg.

—— cerastarum sinuosa volumina —

[Virgil. Georg. II. 153.

—— neque tanto
Squameus in spiram tracta se colligit anguis.

Apollonius, de dracone, Argonaut. IV. 143.

Ὡς τότ' ἐκεῖνο πέλωρον ἀπειρεσίας ἑλέλιξε
Ῥυμβόνας ἀζαλέῃσιν ἐπηρεφέας φολίδεσσι.

Ubi interpres, *ῥυμβόνας, τὰς εἱλήσεις τῆς σπείρας, τὰς περιδινήσεις καὶ συστροφάς.*]

Ibid. *ΠΕΡΙΔΡΟΜΟΝ ΚΥΤΟΣ ΚΥΚΛΟΥ.* De eodem Statius, Thebaid. IV. 131.

—— humeros et pectora late
Flammeus orbis habet.]

v. 504. *ΘΥΑΣ ΩΣ.* Pacuvius, in Teucro, v. 317. [l])

Flexanima tanquam lymphata, ut Bacchi sacris
Commota, in tumulis Teucrum commemorans suum.

Virgilius, Aen. IV. 302.

—— qualis commotis excita sacris
Thyas ——

[Etymolog. [m]) *Θυάδες, αἱ βάκχαι· παρὰ τὸ θύω, τὸ ὁρμῶ.*]

[v. 507. *ΗΤ' ΑΓΧΙΠΤΟΛΙΣ.* Fortasse *ἡ δ' ἀγχίπτολις.*] Videtur omnino expositio cognominis Minervae, cuius ratio etiam redditur verbis sequentibus. Vult igitur Ὄγκαν Thebanis hanc dictam Deam *ἀπὸ τοῦ ἔχειν*, quasi *ἐχομένην*, proximam, adhaerentem, affixam, urbi scilicet, quod ad portas esset posita. Hesychio dicitur Ὄγγα. Neque id corrupte, ut literarum series ostendit. Forte eadem quae *Λογγάτις* Lycophroni, v. 525.

Βοαρμία Λογγάτις Ὁμολωΐς βία.

Recte Ὁμολωΐς, unde portae Ὁμολωΐδες. Nam quod *Λογγάς* oppidum Boeotiae sit, puto commentum esse Tzetzae [n]). Nam et Lycoph. rursus v. 1037.

Κλεινὸν θ' ἵδρυμα παρθένου Λογγάτιδος
Ἕλωρος ἔνθα ψυχρὸν ἐκβάλλει πόρον.

v. 509. *ΔΡΑΚΟΝΤΑ ΔΥΣΧΙΜΟΝ.* Hoelzlinus in Apollonium, IV. 1508. dubitat an legendum potius *δύσχυμον*, si admittenda fuerit H. Stephani coniectura in Apollonii locum praedictum, qui pro *μελάγχιμον* legit *μελάγχυμον*.

---

l) p. 143. Both. m) Etym. M. 457, 19. n) Tzetz. ad Lycophr. 520.

v. 512. (506.) *ΕΞΙΣΤΟΡΗΣΑΙ ΜΟΙΡΑΝ.* Ab *ἵστημι ἴστωρ.* Inde qui expertus fit rei alicuius id *ἱστορῆσαι* dicitur. Plutarchus, in Cicerone o), p. 861. *ὥστε τοὺς πατέρας τῶν παίδων ἐπιφοιτᾶν τοῖς διδασκαλείοις, ὄψει τε βουλομένους ἰδεῖν τὸν Κικέρωνα, καὶ τὴν ὑμνουμένην αὐτοῦ περὶ τὰς μαθήσεις ὀξύτητα καὶ σύνεσιν ἱστορῆσαι.* Nec aliter forsan accipiendus D. Paulus, Gal. I. 18. qui Hierosolymam rediit *ἱστορῆσαι Πέτρον*; non simpliciter ut viseret, sed ut notitiam compararet Apostoli sanctissimi, cui hactenus ignotus fuerat. Cicero ad Atticum, II. 8. *Nunc si quid in ea epistola, quam ante diem XVI. Kal. Maii dedisti, fuit historia dignum, scribe quamprimum, ne ignorem:* hoc est, scitu dignum. Platonem refert Apuleius, de Dogm. Platon. I. p. 571. in Siciliam profectum, *primo, historiae gratia, ut naturam Aetnae et naturam concavi montis intelligeret:* quod Laertius, III. 18. *μετὰ θέαν τῆς νήσου*, ubi graecismum optime agnovit doctissimus Casaubonus. Noster, in Agamemn. v. 685.

Εἰ δ' οὖν τις ἀχτὶς ἡλίου νιν ἱστορεῖ
Καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα ——

v. 514. *ΕΡΜΗΣ ΕΥΛΟΓΩΣ ΣΥΝΗΓΑΓΕΝ.* Si quid boni fortuito accidisset, Mercurio auctori adscriptum est, atque inde *ἕρμαιον* dictum, quod ab Hesychio redditur *εὕρημα, ἢ κέρδος.* Eustathius, ad Odyss. *Π'.* p. 1809. l. 47. *Ὅτι δὲ ἕρμαιον τὸ εὕρημα Ἑρμῇ καὶ αὐτῷ παρωνόμασται κερδώῳ δηλαδή· ὅθεν καὶ εὐερμεῖν ῥῆμα τὸ εὐτυχεῖν, καὶ εὐερμία ἡ εὐτυχία ἐν ἄλλοις δεδήλωται σαφῶς.* Unde proverbium *σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ, ἤγουν ἕρμαιον καὶ εὕρημα ἐκκείμενον ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ εὐτυχόντος* *). Hesychius, *κοινὸς Ἑρμῆς* (ita distingue) *παροιμία ἐπὶ τῶν κοινῇ τι εὑρισκόντων.* [Neque tamen paroemiam hanc inde tantum desumtam opinor, quod Mercurius lucri praeses fuerit (quod monuit Eustathius loco citato, ut et alibi p), *διὰ τὸ τοῖς κέρδεσιν ἐπιστατεῖν τὸν Ἑρμῆν ἕρμαιον λέγεται τὸ κατὰ τύχην εὑρηθὲν ἀγαθόν*), sed etiam quia viis praefectus: quippe cum, duobus scilicet itinerantibus, alter in *εὕρημα* aliquod incidit, alter partem rei invento sibi vendicat hisce verbis: *κοινὸς Ἑρμῆς*, quia scilicet Mercurius et *κέρδωος* et *ἐνόδιος*, et lucri et viarum praeses. Vid. Mich. Apostol. Proverb. IX. 11.]

v. 520. (514.) *ΚΟΥΠΩ ΤΙΣ ΕΙΔΕ ΖΗΝΑ ΠΟΥ ΝΙΚΩΜΕΝΟΝ.* Aristides, Orat. Tom. I. p. 5. *Οὐδ' ἐκινδύνευσε Ζεὺς, οὐδ' ἂν ποτε κινδυνεύσῃ.* Ita enim legendus iste locus.

[v. 522. *ΠΡΟΣ ΤΩΝ ΚΡΑΤΟΥΝΤΩΝ Δ' ΕΣΜΕΝ ΟΙ Δ' ΗΣΣΩΜΕΝΩΝ.* H. e. *πρὸς τῶν ἡσσωμένων.* *Nos*, inquit, *sumus cum victoribus, illi cum victis.* Quia Typhonem debellavit Iupiter, unde *πηλογόνων ἐλατῆρ* Callimacho, Hymn. I. 3.

---

o) cap. 2. *) scr. *εὐτυχοῦντος.* p) ad Il. p. 999, 11.

et *victor* dictus; cuius cognominis apud Livium q) caeterosque historicos passim fit mentio: extant et numismata Augusti, Hadriani, aliorumque Impp. IOVI VICTORI inscripta. Nec tamen praetereundum est *παρόραμα* viri doctissimi Cl. Salmasii in Plinianis exercitationibus, qui Victori Iovi bovem immolatum ab Hercule vult, his Ovidii versibus, Fast. I. 579:

Immolat ex illis taurum tibi Iupiter unum.
Victor, et Evandrum ruricolasque vocat.

At quis non videt virum eruditissimum casum quintum pro primo posuisse? Non enim victori Hercules taurum, sed victor immolavit, quo nomine eum hac ipsa re peculiariter appellatum invenimus: Ovidius, paulo ante, v. 561.

—— vocemque sequutus
Impia per sylvas victor ad antra venit.

Evander, Aen. VIII. 362.

—— haec limina victor
Alcides subiit.]

[v. 533. (527.) *ΒΟΡΕΑΙΣΙΝ ΠΥΛΑΙΣ.* Apollodorus, III. 6. *Παρθενοπαῖος παρὰ τὰς Ἠλέκτρας.*]

v. 535. *ΟΜΝΥΣΙ Δ' ΑΙΧΜΗΝ.* Iustinus, Epitome Trogi Pompeii XLIII. 3. *Per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci σκῆπτρα dixere: nam et ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres hastas coluere: ob cuius religionis memoriam adhuc Deorum simulacris hastae adduntur.* Haec Iustinus: quae nostro miram lucem afferunt. *Hasta*, inquit Festus, *olim summum armorum imperium significabat: neque vero tantum imperium militare, sed et summam etiam in civilibus auctoritatem hasta communiter designavit.* Hinc patet hastam et *σκῆπτρον* idem olim fuisse. Unde Euripides de Polymestore in Hecuba, v. 7.

Ὃς τὴν ἀρίστην χερρόνησον πλάκα
Σπείρει, φιλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.

Sceptrum iurare apud antiquos regibus solenne fuit. Quod ex Homero liquet. Il. *Α'*. 234.

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον ——

Plautus, Curcul. IV. 4. r)

At ita me machaera et clypeus bene iuvent.

[Suidas, Ὄρκιον σκῆπτρον· καθ' οὗ ὤμνυον οἱ βασιλεῖς· ἢ ῥάβδος. Antigone apud Euripidem, Phoenissis, v. 1671.

Ἴστω σίδηρος, ὅρκιόν τέ μοι ξίφος.

---

q) Liv. X, 29. 42. et alibi. r) IV, 4, 18.

rore succinxerit, qui septus caritate non fuerit. Exerti quoque accincti et promtissimi dicuntur; quia qui exerto sunt brachio, expeditiores sunt, et ad agendum promptiores." Haec ille.]

v. 449. *ΓΕΓΩΝΑ.* *Γεγωνεῖν* est *μέγα καὶ ἐξάκουστον βοᾶν*, interprete Hesychio: unde, inquit, apud Philonem *λόγος γεγωνώς* opponitur *λόγῳ ἐνδιαθέτῳ.*

Ibid. *ΚΥΜΑΙΝΟΝΤ' ΕΠΗ.* Eleganter Achilles Tatius, *αἰδὼς δὲ καὶ λύπη καὶ ὀργὴ τρία τῆς ψυχῆς κύματα.*

v. 451. (445.) *ΗΞΕΙΝ ΚΕΡΑΥΝΟΝ.* Et ita factum esse ferunt, Eurip. Phoeniss. v. 1187.

Ἤδη [δ'] ὑπερβαίνοντα γεῖσσα τειχέων
Βάλλει κεραυνῷ Ζεύς νιν. ——

et Q. Calab. X. 482.

—— δαηθέντα Διὸς στονόεντι κεραυνῷ.

Vide Pausan. in Boeot. [u]) et Philostrat. Imag. [x]) in Antigone. At Vegetius IV. 21. *Qui scalis in obsidione urbium utuntur frequenter periculum sustinent; exemplo Capanei, a quo primum scalarum propugnatio perhibetur inventa, qui tanta mole lapidum fuit obrutus a Thebanis, ut fulminibus dicatur extinctus.*

[v. 454. *ΑΙΘΩΝ.* Alii *αἶθον*, melius. Hesych. *Λῆμα· ἀνδρεία καὶ φρόνημα*, animi praesentia, fortitudo.]

[v. 455. *ΠΡΟΣΤΑΤΗΡΙΑΣ ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΕΥΝΟΛΑΙΣΙ.* Quia ea porta Dianae sacra. Ad Virgilianum illud Aen. VII. 769.

—— et amore Dianae,

hunc locum Aeschyli adfert Germanus Valens Guellius.]

v. 458. *ΟΣ ΠΟΛΕΙ ΜΕΓΑΛ ΕΠΕΥΧΕΤΑΙ, ΚΕΡΑΥΝΟΥ.* Euripides, Phoeniss. v. 185.

—— ὃς τὰ δεινὰ τῇδ' ἐμβρίζει πόλει — Καπανεύς.

Idem, Phoeniss. v. 189.

Ἰὼ Νέμεσις καὶ Διὸς Βαρύβρομοι βρονταὶ Κεραύνιόν τε πῦρ ἐθαλόεν, Σύ τοι μεγαλανορίαν ὑπεράνορα Κομίζεις ——

quae, et quae sequuntur, ex Aeschylo deprompta sunt, queis deprecatur Antigone servitutem virginum a Capaneo minitatam.

[v. 459. *ΚΕΡΑΥΝΟΥ ΔΕ ΜΙΝ ΒΕΛΟΣ ΕΠΙΣΧΕΘΟΙ.* Fulmen quod contemnit.]

[v. 460. (454.) *ΠΩΛΙΚΩΝ ΕΔΩΛΙΩΝ.* Hesych. *Πῶλος —— τὰς νέας καὶ παρθένους.* Sunt igitur *πωλικὰ ἐδώλια* thalami, in quibus seorsim a viris degebant virgines; *παρθενῶνας* vocat Prometh. v. 647.]

---

u) Paus. IX, 8, 7. x) Philostr. p. 854. Olear.

v. 464. *ΕΤΕΟΚΛΩι.* Eustath. in Iliad. *A'*. p. 112. l. 40. *Ὅτι διχῶς καὶ Πάτροκλος λέγεται ὡς Ἐτέοκλος, καὶ Πατροκλῆς ὡς Ἐτεοκλῆς.* [Apollodor. III. 6. *Τινὲς δὲ Τυδέα μὲν καὶ Πολυνείκην οὐ καταριθμοῦσι· συγκαταλέγουσι δὲ τοῖς ἑπτὰ Ἐτέοκλον, Ἴφιον, καὶ Μηκιστέα: sunt qui Tydeum et Polynicem inter hosce minime connumerent, sed Eteoclum, Iphium et Mecisteum recensent.* Enimvero Eteocli fit mentio in Arundeliana Epocharum stela 37. *Ἀφ' οὗ Ἀργείων Ἐτέοκλος, Ἄδραστος καὶ Ἀμφιάραος ἐβασίλευσαν, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐν Νεμέᾳ συνήθλευσαν πρῶτοι, ἔτη* [H]HHH [Δ]ΔΔΔΠΙΙ, *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Θησέως: a quo Eteoclus, Adrastus et Amphiaraus Argis regnarunt, et in Nemea certamen primi celebrarunt, anni DCCCCLXXXVII, regnante Athenis Theseo.*]

Ibid. *ΠΑΛΟΣ.* Homerus, Iliad. *Γ'*. 316.

Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες,
Ὁππότερος δὴ πρόσθεν ἀφείη χάλκεον ἔγχος.

Cuius ad exemplum Virgilius, Aen. V. 490.

—— deiectamque aerea sortem — Accepit galea. ——

Stat. Theb. VI. 389.

Et iam sortitus Prothous versarat ahena — Cassíde. ——

[Antiquissimus erat mos excutiendi sortes, belli tempore ex galea, sicut pacis ex urna; atque hinc vox *πήληξ*, secundum Etymologici magni auctorem y). *Πήληξ*, inquit, *ἡ περικεφαλαία· ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι καὶ σείεσθαι τὰς περικεφαλαίας ἐν τῷ κλήρῳ, ὡς Ὅμηρος· Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες.* Ad Virgilianum illud supra laudatum, Aen. V. 490., Germanus Valens Guellius: „Sic et Caesar, Bell. Civil. I. 6. *Provinciae privatis decernuntur, duae consulares, duae praetoriae. Scipioni obvenit Syria, L. Domitio Gallia, Philippus et Marcellus privato consilio praetereuntur, neque eorum sortes deiiciuntur.* Hoc autem ab Homero, qui sortes galea Graecos versavisse est auctor, cum sortito quaererent quem Hectori singulari certamine opponerent, Il. *H'*. 176. *Ἐν δ' ἔβαλον κυνέῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο κ. τ. λ.*

—— πάλλεν δὲ Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ.
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης ——

Item Il. *Ψ'*. 861.

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον ἑλόντες.

Et Odyss. *K'*. 206.

Κλήρους δ' ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλομεν ὦκα,
Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος μεγαλήτορος Εὐρυλόχοιο.

y) Etym. M. p. 670, 32.

Et Il. Ψ'. 352.

Ἂν δ' ἔβαν ἐς ἅρματ', ἐν δὲ χλήρους ἐβάλοντο·
Πάλλ' Ἀχιλεὺς, ἐκ δὲ κλῆρος θόρε Νεστορίδαο.

Haec Guellius.]

[v. 466. (460.) *ΠΥΛΑΙΣΙ ΝΗΙΤΙΣΙ.* Hesych. *Ὁ ποιητὴς γὰρ οὐδέποτε πύλην ἑνικῶς λέγει, ἀλλὰ πληθυντικῶς.* Atqui studiosum fuisse Homeri imitatorem Aeschylum saepius observavimus.]

[v. 468. *ΔΙΝΕΙ.* Quod Ovidius, de arte amandi, III. 384.

—— et in gyros ire coactus equus.

Tibull. [z]) IV. 94.

Inque vicem modo directo contendere cursu,
Seu libeat curvo brevius compellere gyro.

Latine proprie *flectere equum.* Hor. Od. III. 7. [a])

Quamvis non alius flectere equum sciens.

Ovid. Epist. Heroid. IV. 79.

Sive ferocis equi luctantia colla recurvas,
Exiguo flexos miror in orbe pedes.

Iul. Pollux, Onomast. I. 11: „De his quae equiso facere debet: *καμπὰς δὲ χρὴ ποιεῖσθαι καὶ στροφὰς καὶ ὑποστροφάς, flexus quoque fieri oportet, conversiones et gyros.*]

v. 469. *ΦΙΜΟΙ, cami.* Ita usi sunt Septuaginta Interpretes Psal. XXXI. 9. Et B. Hieronymus in sua versione. Isidor. Orig. ult. cap. ult. *Camus est vinculum sive fraenum, quo equi coercentur.* Hesych. *Φιμοί· δεσμοὶ, παραστόμια.* [Ad Virgilianum illud, Georg. III. 399.

Primaque ferratis praefigunt ora capistris ——

V. Cl. Germanus Valens Guellius: „Nonnunquam Graeci *φιμόν* capistrum vocant, quo, non tantum inserto ori fraeno, sed toto ambitu, quasi fibula quadam, collecto rictu et ore, morsus arcetur. *Φιμόν* quoque interdum Latini postomia vocant, *οἱονεὶ προστόμια.* Tale quid *παυσιχάλη, παύσουα κέπτειν, ἤτοι ἐσθίειν.*" Haec ille. Hesych. [b]) *Αὐλωτοί· φασὶ οἱ φιμοί· διὰ τὸ τοῖς χαλινοῖς κώδωνας προσῆφθαι εἰς οὓς ἐμφυσῶντες οἱ ἵπποι φωνὴν σάλπιγγος προΐεντο.* Hoc est quod Aeschylus noster innuere videtur. *Συρίζουσι*, inquit, *βάρβαρον τρόπον,*

Μυκτηροκόμποις πνεύμασι πληρούμενοι.]

[v. 470. (464.) *ΜΥΚΤΗΡΟΚΟΜΠΟΙΣ.* Iulius Pollux, Onomast. II. 4. *Καὶ μυκτῆρες εὐπνοώτεροι παρὰ Ξενοφῶντι.*]

v. 474. *ΒΟΑι ΔΕ Χ' ΟΥΤΟΣ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.* Plaut. Rud. II. 5. [c]) de urna signata et sacra:

---

z) IV, 1, 94.
a) III, 7, 29.
b) Distingue sic: *Αὐλωτοὶ φιμοί· οἱ κημοί.*
c) II, 5, 21.

Nam haec literata est; ab se cantet cuia sit.

[Euripides, Hippolyto, v. 877.

Βοᾷ βοᾷ δέλτος ἄλαστα.
Vociferantur pugillaria.

Noster, supra v. 440.

Χρυσοῖς δὲ φασεῖ γράμμασι, πρήσω πόλιν.]

v. 480. (474.) *ΣΠΕΡΜΑ ΤΟΥ ΣΠΑΡΤΩΝ ΓΕΝΟΥΣ.* Vide quae ad v. 418. Qui dentibus serpentis a Cadmo disseminatis e tellure procreati sunt (Ovid. Metam. III. 110.), in quoque corpore lanceae nota erat; cuius etiam formam, qui in illa familia postea nati sunt, corpore retinuere, perdurante multa saecula nota illa eius stirpis, teste Plutarcho, de sera numinis vindicta [d]). Eosdem *γηγενεῖς* ab Aristotele dici observat P. Victorius, Var. Lect. VIII. 16.

[v. 483. *ΘΑΝΩΝ ΤΡΟΦΕΙΑ ΠΛΗΡΩΣΕΙ ΧΘΟΝΙ.* Nutritionis praemia persolvere; quod Dionys. Halic. *τῇ μητρὶ ἀποδοῦναι χάριτας·* alii [e]), *θρεπτήρια ἀποδιδόναι τοῖς γονεῦσι.* Egregie hoc describitur Oppiano, Halieut. V. 84.

Ὡς δὲ πάϊς γενετῆρα παλαίτερον ἀμφαγαπάζει
Φρόντισι γηροκόμοισιν ἀπὸ θρεπτήρια τίνων,
Τὸν δ' ἤδη μελέεσσι καὶ ὄμμασιν ἀδρανέοντα
Ἐνδυκέως μεθέπων προσπιύσσεται, ἔν τε κελεύθοις
Χεῖρ' ὀρέγων, καὶ πᾶσιν ἐν ἔργμασιν αὐτὸς ἀμύνων·
Πατρὶ δὲ γηράσκοντι νέον σθένος υἷες ἐσίν.

Quippe summum hoc est filiorum erga parentes officium. Praeclare Aristoteles, Ethic. IX. 2. *Δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστ' ἐπαρκεῖν ὡς ὀφείλοντας, καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς εἰς ταῦτ' ἐπαρκεῖν.* Ut et Hierocles, Comment. ad Aurea Carmina, v. 4. Oportet, inquit, liberos *πάντα πρὸς τῶν ἐκείνων (γονέων) χρείαν ἑτοίμως παρέχεσθαι, γεγηθότας καὶ ἡδομένους ἐπὶ τοῖς εἰς ἐκείνους πόνοις τε καὶ ἀναλώμασι. Τὸ γὰρ εὐχαρίστως ταῦτα ποιεῖν καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς διασώζει νόμον, καὶ τὸν τῆς φύσεως ἀποδίδωσιν ἔρανον.* Inter leges Solonis ordinem ducit: *ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω.* Atque hinc est quod Hesiodus mores depravatissimos ferreî saeculi describens ait, *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* v. 189.

—— οὐδὲ μὲν οἵ γε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν.

Schol. *Οἱ παλαιοὶ τοῖς γονεῦσιν ἐδίδουν τὰ θρέπτρα.* Et Theophrastus [f]) in Charactere *περὶ ἀπονοίας „τὴν μητέρα μὴ τρέφειν τῆς ἐσχάτης πονηρίας καὶ ἀπονοίας"* signum facit. Quin et pro infelicibus ducebantur, quibus, immatura morte praeventis,

---

d) Plut. d. S. N. V. p. 569. A. B.
e) ut Hom. Il. IV, 476.
f) Theophr. Char. XIII. (VI.)

hanc gratiam persolvere non licuit. Homerus, de Simoisco ab Aiace interempto, Il. Δ. 476.

— οὐδὲ τοκεῦσι
Θρέπτρά φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών.

Neque enim sensus poetae est, eum in aetatis flore interfectum fuisse, quod parentibus debitam gratiam non retulisset, neque ἀντιλογικῶς ea verba ponuntur, ac si dixisset: ideo in iuventute occidit, quia parentes non honoravit (quod nonnemo opinatus est argumentum historiae belli Troiani) sed, ut ita dicam, ἀποτελεσματικῶς, et eventum solummodo respiciunt. Debitum honorem parentibus non rependit, nec nutritionis praemia iis persolvit, non quod ex impietate hoc facere noluit, sed quia fato immaturo praeventus haec praestare non potuit. Mortis acerbae periphrasis; ἐπί τινος πρὸ ὥρας τελευτήσαντος οἰκεῖον ῥηθῆναι τὸ οὐδὲ τοκεῦσι κ. τ. λ. Quanquam et πρὸ ὥρας τελευτᾶν in lege divina ponitur tanquam poena et consequens τῆς οὐκ ἀποδόσεως. Porro cum filius virtutibus et bonis moribus excultus fuerit, satis ampla educationis suae praemia parentibus persolvere dicebatur, quasi nulla alia θρεπτήρια expectarent parentes praeter liberorum virtutem. Hinc illud Menandri g) apud Theon. Progymn. p. 48.

Ἀνδρὸς πένητος υἱὸς ἐκπεθραμμένος
Οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων ὁρῶν ἠσχύνετο
Τὸν πατέρα μικρὰ ἔχοντα, παιδευθεὶς γὰρ εὖ
Τὸν καρπὸν εὐθὺς ἀπεδίδου χάριτος καλόν.

Et egregie Phalaris in epistola quadam ad Lacritum, quem consolatur de morte filii: *Νομίσας οὖν ἀξίας παρ' αὐτοῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταύτην αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδος, τὸ πρᾴως καὶ εὐπαραγορήτως τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην ἐνεγκεῖν; quare sic tecum repules dignas gratias pro genitura simul et educatione te ab ipso recepisse, quod usque ad finem vitae bonus probusque permanserit; illique contra hoc rependito, ut vicem eius leniter et moderate doleas.* De his quidem τροφείοις intelligendus est Aeschylus noster, hoc illud est officium, quod terrae communi omnium parenti et nutrici quisque debet; non patriae tantum sed et peregrinae terrae, si quando ab exteris foveri et hospitio excipi contingat. Unde in hac ipsa tragoedia de Parthenopaeo Arcade, Argis educato, ait, v. 554.

Μέτοικος, Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφάς,
Πύργους ἀπειλεῖ τοῖσδ' ἃ μὴ κράνοι θεός.]

---

g) Menand. p. 124. Mein.

[v. 486. *ΜΗΔΕ ΜΟΙ ΦΘΟΝΕΙ ΛΕΓΩΝ.* Euripides Medea, v. 63.

Μὴ φθόνει φράσαι]

v. 490. (484.) *ΤΩΣ ΝΙΝ ΖΕΥΣ ΝΕΜΕΤΩΡ.* Cui superbientes iactationum poenas dabant. Sophocles Antig. v. 129.

Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
Ὑπερεχθαίρει ——

Inde *Νέμεσις* ultrix superborum, quam ait Pausanias Attic. c. 33. [h]) *θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἀπαραίτητον εἶναι.* Aristoteles ad Eudem. III. 7. *Μέσος δὲ τούτων* (scil. *φθονερίας καὶ χαιρεκακίας*) *ὁ νεμεσητικὸς, καὶ ὃ ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι τὴν Νέμεσιν, τὸ λυπεῖσθαι μὲν ἐπὶ ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν κακοπραγίαις· διὸ καὶ θεὸν οἴονται εἶναι τὴν Νέμεσιν.* Unde obiter Stobaeum supplendum esse monemus in epitome sua morali Peripatetica: *μεγαλοπρέπειαν δὲ μεσότητα (βαναυσίας καὶ μικροπρεπείας· Νέμεσιν δὲ μεσότητα) φθονερίας καὶ ἐπιχαιρεκακίας.*

[v. 492. *ΠΥΛΑΣ ΕΧΩΝ ΟΓΚΑΣ.* Ita et Apollodorus, III. 6. *Ἱππομέδων δὲ παρὰ τὰς Ὀγκαΐδας.*]

v. 493. *ΟΓΚΑΣ ΑΘΑΝΑΣ.* Hesych. *Ὄγκας Ἀθήνας· τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει.* At Apollodoro aliae Ogygiae, aliae Oncaides. Pausaniae Ogygiae nominatae sunt, Oncaides non sunt; eaedem igitur esse possunt. Steph. *Ὀγκαῖαι, πύλαι Θηβῶν· Εὐφορίων Θρυκί.* Videtur autem hic Euphorion Aeschyli filius, et ipse tragicus.

v. 494. *ΙΠΠΩΜΕΔΟΝΤΟΣ ΣΧΗΜΑ.* Id est, Hippomedon. Veluti *σθένος*, *μένος* et *βία* frequentissime usurpantur. Et apud Euripidem in Phoeniss [hh]). *Καδμεία μέριμνα*, pro Cadmus; apud Horatium, Od. III. 21. *Catonis virtus*, *Κάτωνος βία*, pro Catone. Quomodo et Virgilium sub persona Didonis interpretandum censeo, Aen. IV. 654.

Et nunc magna mei sub terris ibit imago.

Magna mei imago, id est, *ego.*

[Ibid. *ΜΕΓΑΣ ΤΥΠΟΣ.* Euripidis Antigone de eodem, Phoeniss. v. 129.

Ἔ, ἔ, ὡς ταῦρος, ὡς φοβερὸς Εἰσιδεῖν, γίγαντι Γηγενέτα προσόμοιος.]

v. 495. *ΑΣΠΙΔΟΣ ΚΥΚΛΟΝ.* *Κυκλικαὶ γὰρ ἦσαν αἱ ἀσπίδες τῶν παλαιῶν*, inquit Scholiastes Aristophanis in Vespas, v. 18. hunc locum proferens. Hesych. *Ἅλως, ἡ τοῦ ἡλίου ἢ σελήνης περιφέρεια. Αἰσχύλος· περιφέρεια τῆς ἀσπίδος, καὶ κύκλος.* Virg. Aen. III. 637.

Argolici clypei aut Phoebeae lampadis instar.

---

h) Paus. I, 33, §. 2.

hh) Phoen. 1070.

hanc gratiam persolvere non licuit. Homerus, de Simoisco ab Aiace interempto, Il. Δ'. 476.

— οὐδὲ τοκεῦσι
Θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών.

Neque enim sensus poetae est, eum in aetatis flore interfectum fuisse, quod parentibus debitam gratiam non retulisset, neque ἀντιλογικῶς ea verba ponuntur, ac si dixisset: ideo in iuventute occidit, quia parentes non honoravit (quod nonnemo opinatus est argumentum historiae belli Troiani) sed, ut ita dicam, ἀποτελεσματικῶς, et eventum solummodo respiciunt. Debitum honorem parentibus non rependit, nec nutritionis praemia iis persolvit, non quod ex impietate hoc facere noluit, sed quia fato immaturo praeventus haec praestare non potuit. Mortis acerbae periphrasis; ἐπί τινος πρὸ ὥρας τελευτήσαντος οἰκεῖον ῥηθῆναι τὸ οὐδὲ τοκεῦσι κ. τ. λ. Quanquam et πρὸ ὥρας τελευτᾶν in lege divina ponitur tanquam poena et consequens τῆς οὐκ ἀποδόσεως. Porro cum filius virtutibus et bonis moribus excultus fuerit, satis ampla educationis suae praemia parentibus persolvere dicebatur, quasi nulla alia θρεπτήρια expectarent parentes praeter liberorum virtutem. Hinc illud Menandri g) apud Theon. Progymn. p. 48.

Ἀνδρὸς πένητος υἱὸς ἐκτεθραμμένος
Οὐκ ἐξ ὑπαρχόντων ὁρῶν ἠσχύνετο
Τὸν πατέρα μικρὰ ἔχοντα, παιδευθεὶς γὰρ εὖ
Τὸν καρπὸν εὐθὺς ἀπεδίδου χάριτος καλόν.

Et egregie Phalaris in epistola quadam ad Lacritum, quem consolatur de morte filii: *Νομίσας οὖν ἀξίας παρ' αὐτοῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταύτην αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδος, τὸ πρᾴως καὶ εὐπαραγορήτως τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην ἐνεγκεῖν; quare sic tecum reputes dignas gratias pro genitura simul et educatione te ab ipso recepisse, quod usque ad finem vitae bonus probusque permanserit; illique contra hoc rependito, ut vicem eius leniter et moderate doleas.* De his quidem τροφείοις intelligendus est Aeschylus noster, hoc illud est officium, quod terrae communi omnium parenti et nutrici quisque debet; non patriae tantum sed et peregrinae terrae, si quando ab exteris foveri et hospitio excipi contingat. Unde in hac ipsa tragoedia de Parthenopaeo Arcade, Argis educato, ait, v. 554.

Μέτοικος, Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφάς,
Πύργους ἀπειλεῖ τοῖσδ' ἃ μὴ κράνοι θεός.]

---

g) Menand. p. 124. Mein.

[v. 486. *ΜΗΔΕ ΜΟΙ ΦΘΟΝΕΙ ΛΕΓΩΝ.* Euripides Medea, v. 63.

Μὴ φθόνει φράσαι]

v. 490. (484.) *ΤΩΣ ΝΙΝ ΖΕΥΣ ΝΕΜΕΤΩΡ.* Cui superbientes iactationum poenas dabant. Sophocles Antig. v. 129.

Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
Ὑπερεχθαίρει ——

Inde *Νέμεσις* ultrix superborum, quam ait Pausanias Attic. c. 33. [h]) *θεῶν μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἀπαραίτητον εἶναι.* Aristoteles ad Eudem. III. 7. *Μέσος δὲ τούτων* (scil. *φθονερίας καὶ χαιρεκακίας*) *ὁ νεμεσητικὸς, καὶ ὃ ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι τὴν Νέμεσιν, τὸ λυπεῖσθαι μὲν ἐπὶ ταῖς παρὰ τὴν ἀξίαν κακοπραγίαις· διὸ καὶ θεὸν οἴονται εἶναι τὴν Νέμεσιν.* Unde obiter Stobaeum supplendum esse monemus in epitome sua morali Peripatetica: *μεγαλοπρέπειαν δὲ μεσότητα (βαναυσίας καὶ μικροπρεπείας· Νέμεσιν δὲ μεσότητα) φθονερίας καὶ ἐπιχαιρεκακίας.*

[v. 492. *ΠΥΛΑΣ ΕΧΩΝ ΟΓΚΑΣ.* Ita et Apollodorus, III. 6. *Ἱππομέδων δὲ παρὰ τὰς Ὀγκαΐδας.*]

v. 493. *ΟΓΚΑΣ ΑΘΑΝΑΣ.* Hesych. *Ὄγκας Ἀθήνας· τὰς Ὠγυγίας πύλας λέγει.* At Apollodoro aliae Ogygiae, aliae Oncaides. Pausaniae Ogygiae nominatae sunt, Oncaides non sunt; eaedem igitur esse possunt. Steph. *Ὀγκαῖαι, πύλαι Θηβῶν· Εὐφορίων Θρακί.* Videtur autem hic Euphorion Aeschyli filius, et ipse tragicus.

v. 494. *ΙΠΠΩΜΕΔΟΝΤΟΣ ΣΧΗΜΑ.* Id est, Hippomedon. Veluti *σθένος*, *μένος* et *βία* frequentissime usurpantur. Et apud Euripidem in Phoeniss [hh]). *Καδμεία μέριμνα*, pro Cadmus; apud Horatium, Od. III. 21. *Catonis virtus*, *Κάτωνος βία*, pro Catone. Quomodo et Virgilium sub persona Didonis interpretandum censeo, Aen. IV. 654.

Et nunc magna mei sub terris ibit imago.

Magna mei imago, id est, *ego.*

[Ibid. *ΜΕΓΑΣ ΤΥΠΟΣ.* Euripidis Antigone de eodem, Phoeniss. v. 129.

Ἔ, ἔ, ὡς γαῦρος, ὡς φοβερὸς Εἰσιδεῖν, γίγαντι Γηγενέτα προσόμοιος.]

v. 495. *ΑΣΠΙΔΟΣ ΚΥΚΛΟΝ.* *Κυκλικαὶ γὰρ ἦσαν αἱ ἀσπίδες τῶν παλαιῶν*, inquit Scholiastes Aristophanis in Vespas, v. 18. hunc locum proferens. Hesych. *Ἅλως, ἡ τοῦ ἡλίου ἢ σελήνης περιφέρεια. Αἰσχύλος· περιφέρεια τῆς ἀσπίδος, καὶ κύκλος.* Virg. Aen. III. 637.

Argolici clypei aut Phoebeae lampadis instar.

---

h) Paus. I, 33, §. 2.

hh) Phoen. 1070.

Ubi Servius: *Causa magnitudinis, Graecorum enim clypei rotundi, ut Cato I. Originum ait.* Ammianus, XXIV. 2. *Arcis medietas in sublime consurgens tereti ambitu Argolici scuti speciem ostendebat.* [Atque hoc idem voluit Homerus, cum dixerit, *ἀσπίδα πάντοσε ἴσην*: qua ratione ἄσπις dicitur, Eustath. in Iliad. Ξ'. p. 996. l. 23. *παρὰ τὸ ᾱ στερητικὸν καὶ τὸ σπίζω ὃ ἐστιν ἐκτείνω, ἡ μὴ ἐκτεταμένη, ἀλλ' εἰς κύκλον συνηγμένη.* Ipsi Romani ante bellum Sabinum huiusmodi clypeis usi sunt; Sabinis vero in civitatem receptis, eorum scutis Romulus uti maluit. Plutarch. in Romulo [i]) p. 30. *Θυρεοῖς δὲ τοῖς ἐκείνων ὁ Ῥωμύλος ἐχρήσατο, καὶ μετέβαλε τὸν ὁπλισμὸν ἑαυτοῦ τι καὶ τῶν Ῥωμαίων, Ἀργολικὰς πρότερον ἀσπίδας φορούντων.*]

[v. 496. *ΑΛΛΩΣ.* Hesych. *Ἄλλως· ματαίως.* Callim. Epigr. XXIII. 4. *Ἐγὼ δ' ἄλλως οὔνομα τύμβος ἔχων.* Ubi Vulcanius: „ἄλλως, hoc est *μάτην*, significat enim *κενοτάφιον* sive *κωφὸν λίθακα* ei positum."]

[v. 497. *Ο ΣΗΜΑΤΟΥΡΓΟΣ Δ' ΟΥ ΤΙΣ ΕΥΤΕΛΗΣ.* Apuleius, Metam. II. p. 39. *In quo summum specimen operae fabrilis egregius ille signifex prodidit.* Arnob. VI. p. 199. *Inter significes ille memoratus Phidias.* Sidonius: *Quem Graecia suis commentariis, pictoribus significibusque illustris, sacravit templis, formavit statuis.*]

[v. 499. *ΤΥΦΩΝ'.* Aliter Statius in descriptione scuti Hippomedontis, IV. 133.

— perfectaque vivit in auro
Nox Danai. Sontes furiarum lampade nigra
Quinquaginta ardent thalami, pater ipse cruentis
In foribus laudatque nefas atque inspicit enses.]

v. 500. (494.) *ΠΥΡΟΣ ΚΑΣΙΝ.* [V. Cl. Petrus Victorius Var. Lect. XXIII. 5. „Consueverat M. Varro *μεταφορικῶς* appellare *res aliquas inanimes rerum itidem inanimarum filios*, quod inde tanquam natae ac procreatae forent, cum tamen hoc nomen proprium animantium sit, atque ipsis primo conveniat. Idem etiam fecerunt Graeci poetae, ut Aeschylus, *Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις*, cuius verba haec sunt:

Λιγνὺν μέλαιναν, αἰόλην πυρὸς κόσιν.

Pindarus, qui *imbres* vocavit *filios nebularum*, ita canens, Olymp. XI. [k]) 2. *ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων ὀμβρίων παίδων νεφέλης.*" Haec ille.] Ita in Agamemnone, v. 503. pulverem vocat *κόσιν πηλοῦ.*

Ibid. Schol. *B'. ΒΛΗΛΟΣ ΑΠΟ ΛΥΧΝΩΝ.* Lege *βόλος* ex Etymologico [l]): quamvis videtur esse *ἀπὸ τοῦ βόλιν.*

---

i) cap. 21. p. 30.
k) Ol. X. init. Bkh.
l) Etym. M. 192, 39.

v. 501. *ΟΦΕΩΝ ΔΕ ΠΛΕΚΤΑΝΑΙΣΙ.* Apuleius, Metam. V. p. 157. *Immanem colubrum multinodis voluminibus serpentem.* Sic Avienus Perieg.

—— cerastarum sinuosa volumina —

[Virgil. Georg. II. 153.

—— neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

Apollonius, de dracone, Argonaut. IV. 143.

Ὡς τότ' ἐκεῖνο πέλωρον ἀπειρεσίας ἐλέλιξε
Ῥυμβόνας ἀζαλέῃσιν ἐπηρεφέας φολίδεσσι.

Ubi interpres, *ῥυμβόνας, τὰς εἱλήσεις τῆς σπείρας, τὰς περιδινήσεις καὶ συστροφάς.*]

Ibid. *ΠΕΡΙΔΡΟΜΟΝ ΚΥΤΟΣ ΚΥΚΛΟΥ.* De eodem Statius, Thebaid. IV. 131.

—— humeros et pectora late
Flammeus orbis habet.]

v. 504. *ΘΥΑΣ ΩΣ.* Pacuvius, in Teucro, v. 317. [11])

Flexanima tanquam lymphata, ut Bacchi sacris
Commota, in tumulis Teucrum commemorans sunm.

Virgilius, Aen. IV. 302.

—— qualis commotis excita sacris
Thyas ——

[Etymolog. [m]) *Θυάδες, αἱ βάκχαι· παρὰ τὸ θύω, τὸ ὁρμῶ.*]

[v. 507. *ΗΤ' ΑΓΧΙΠΤΟΛΙΣ.* Fortasse *ἡ δ' ἀγχίπτολις.*] Videtur omnino expositio cognominis Minervae, cuius ratio etiam redditur verbis sequentibus. Vult igitur *Ὄγκαν* Thebanis hanc dictam Deam *ἀπὸ τοῦ ἔχειν*, quasi *ἐχομένην*, proximam, adhaerentem, affixam, urbi scilicet, quod ad portas esset posita. Hesychio dicitur *Ὄγγα*. Neque id corrupte, ut literarum series ostendit. Forte eadem quae *Λογγάτις* Lycophroni, v. 525.

Βοαρμία Λογγάτις Ὁμολωΐς βία.

Recte *Ὁμολωΐς*, unde portae *ὁμολωΐδες*. Nam quod *Λογγάς* oppidum Boeotiae sit, puto commentum esse Tzetzae [n]). Nam et Lycoph. rursus v. 1037.

Κλεινόν θ' ὕδρυμα παρθένου Λογγάτιδος
Ἕλωρος ἔνθα ψυχρὸν ἐκβάλλει πόρον.

v. 509. *ΔΡΑΚΟΝΤΑ ΔΥΣΧΙΜΟΝ.* Hoelzlinus in Apollonium, IV. 1508. dubitat an legendum potius *δύσχυμον*, si admittenda fuerit H. Stephani coniectura in Apollonii locum praedictum, qui pro *μελάγχιμον* legit *μελάγχυμον*.

---

11) p. 143. Both. m) Etym. M. 457, 19. n) Tzetz. ad Lycophr. 520.

v. 512. (506.) *ΕΞΙΣΤΟΡΗΣΑΙ ΜΟΙΡΑΝ.* Ab ἵστημι ἵστωρ. Inde qui expertus fit rei alicuius id *ἱστορῆσαι* dicitur. Plutarchus, in Cicerone o), p. 861. *ὥστε τοὺς πατέρας τῶν παίδων ἐπιφοιτᾷν τοῖς διδασκαλείοις, ὄψει τε βουλομένους ἰδεῖν τὸν Κικέρωνα, καὶ τὴν ὑμνουμένην αὐτοῦ περὶ τὰς μαθήσεις ὀξύτητα καὶ σύνεσιν ἱστορῆσαι.* Nec aliter forsan accipiendus D. Paulus, Gal. I. 18. qui Hierosolymam rediit *ἱστορῆσαι Πέτρον*; non simpliciter ut viseret, sed ut notitiam compararet Apostoli sanctissimi, cui hactenus ignotus fuerat. Cicero ad Atticum, II. 8. *Nunc si quid in ea epistola, quam ante diem XVI. Kal. Maii dedisti, fuit historia dignum, scribe quamprimum, ne ignorem:* hoc est, scitu dignum. Platonem refert Apuleius, de Dogm. Platon. I. p. 571. in Siciliam profectum, *primo, historiae gratia, ut naturam Aetnae et naturam concavi montis intelligeret:* quod Laertius, III. 18. *μετὰ θέαν τῆς νήσου*, ubi graecismum optime agnovit doctissimus Casaubonus. Noster, in Agamemn. v. 685.

Εἰ δ' οὖν τις ἀκτὶς ἡλίου νιν ἱστορεῖ
Καὶ ζῶντα καὶ βλέποντα ——

v. 514. *ΕΡΜΗΣ ΕΥΛΟΓΩΣ ΣΥΝΗΓΑΓΕΝ.* Si quid boni fortuito accidisset, Mercurio auctori adscriptum est, atque inde *ἕρμαιον* dictum, quod ab Hesychio redditur *εὕρημα, ἢ κέρδος.* Eustathius, ad Odyss. *Π'.* p. 1809. l. 47. *Ὅτι δὲ ἕρμαιον τὸ εὕρημα Ἑρμῇ καὶ αὐτῷ παρωνόμασται κερδώῳ δηλαδή· ὅθεν καὶ εὑρμεῖν ῥῆμα τὸ εὐτυχεῖν, καὶ εὑρμία ἡ εὐτυχία ἐν ἄλλοις δεδήλωται σαφῶς.* Unde proverbium *σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ, ἤγουν ἕρμαιον καὶ εὕρημα ἐκκείμενον ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ εὐτυχόντος* *). Hesychius, *κοινὸς Ἑρμῆς* (ita distingue) *παροιμία ἐπὶ τῶν κοινῇ τι εὑρισκόντων.* [Neque tamen paroemiam hanc inde tantum desumtam opinor, quod Mercurius lucri praeses fuerit (quod monuit Eustathius loco citato, ut et alibi p), *διὰ τὸ τοῖς κέρδεσιν ἐπιστατεῖν τὸν Ἑρμῆν ἕρμαιον λέγεται τὸ κατὰ τύχην εὑρηθὲν ἀγαθόν*), sed etiam quia viis praefectus: quippe cum, duobus scilicet itinerantibus, alter in *εὕρημα* aliquod incidit, alter partem rei invento sibi vendicat hisce verbis: *κοινὸς Ἑρμῆς*, quia scilicet Mercurius et *κέρδωος* et *ἐνόδιος*, et lucri et viarum praeses. Vid. Mich. Apostol. Proverb. IX. 11.]

v. 520. (514.) *ΚΟΥΠΩ ΤΙΣ ΕΙΛΕ ΖΗΝΑ ΠΟΥ ΝΙΚΩΜΕΝΟΝ.* Aristides, Orat. Tom. I. p. 5. *Οὐδ' ἐκινδύνευσε Ζεὺς, οὐδ' ἂν ποτε κινδυνεύσῃ.* Ita enim legendus iste locus.

[v. 522. *ΠΡΟΣ ΤΩΝ ΚΡΑΤΟΥΝΤΩΝ Δ' ΕΣΜΕΝ ΟΙ Δ' ΗΣΣΩΜΕΝΩΝ.* H. e. *πρὸς τῶν ἡσσωμένων. Nos*, inquit, *sumus cum victoribus, illi cum victis.* Quia Typhonem debellavit Iupiter, unde *πηλογόνων ἐλατῆρ* Callimacho, Hymn. I. 3.

---

o) cap. 2. *) scr. *εὐτυχοῦντος.* p) ad Il. p. 999, 11.

et *victor* dictus; cuius cognominis apud Livium q) caeterosque historicos passim fit mentio: extant et numismata Augusti, Hadriani, aliorumque Impp. IOVI VICTORI inscripta. Nec tamen praetereundum est *παρόραμα* viri doctissimi Cl. Salmasii in Plinianis exercitationibus, qui Victori Iovi bovem immolatum ab Hercule vult, his Ovidii versibus, Fast. I. 579:

Immolat ex illis taurum tibi Iupiter unum.
Victor, et Evandrum ruricolasque vocat.

At quis non videt virum eruditissimum casum quintum pro primo posuisse? Non enim victori Hercules taurum, sed victor immolavit, quo nomine eum hac ipsa re peculiariter appellatum invenimus: Ovidius, paulo ante, v. 561.

—— vocemque sequutus
Impia per sylvas victor ad antra venit.

Evander, Aen. VIII. 362.

—— haec limina victor
Alcides subiit.]

[v. 533. (527.) *ΒΟΡΕΑΙΣΙΝ ΠΥΛΑΙΣ.* Apollodorus, III. 6. *Παρθενοπαῖος παρὰ τὰς Ἠλέκτρας.*]

v. 535. *ΟΜΝΥΣΙ Δ' ΑΙΧΜΗΝ.* Iustinus, Epitome Trogi Pompeii XLIII. 3. *Per ea adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Graeci σκῆπτρα dixere: nam et ab origine rerum pro Diis immortalibus veteres hastas coluere: ob eius religionis memoriam adhuc Deorum simulacris hastae adduntur.* Haec Iustinus: quae nostro miram lucem afferunt. *Hasta*, inquit Festus, *olim summum armorum imperium significabat: neque vero tantum imperium militare, sed et summam etiam in civilibus auctoritatem hasta communiter designavit.* Hinc patet hastam et *σκῆπτρον* idem olim fuisse. Unde Euripides de Polymestore in Hecuba, v. 7.

Ὃς τὴν ἀρίστην χερρόνησον πλάκα
Σπείρει, φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.

Sceptrum iurare apud antiquos regibus solenne fuit. Quod ex Homero liquet. Il. *Α'*. 284.

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον ——

Plautus, Curcul. IV. 4. r)

At ita me machaera et clypeus bene iuvent.

[Suidas, *Ὄρχιον σκῆπτρον· καθ' οὗ ὤμνυον οἱ βασιλεῖς· ἢ ῥάβδος.* Antigone apud Euripidem, Phoenissis, v. 1671.

Ἴστω σίδηρος, ὀρχιόν τέ μοι ξίφος.

---

q) Liv. X, 29. 42. et alibi. r) IV, 4, 18.

De Quadis, Ammianus Marcellinus, XVII. 12. *Adepti veniam iussa fecerunt: eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, iuravere se permansuros in fide.*]

Ibid. *ΜΑΛΛΟΝ ΘΕΟΥ.* Mezentius apud Virg. Aen. X. 773.

Dextra mihi deus, et telum quod missile libro.

Capaneus apud Statium, Theb. III. 615.

—— virtus mihi numen et ensis, Quem teneo. ——

[Idas apud Apollon. Argonaut. I. 467.

—— *οὐδέ μ' ὀφέλλει — Ζεὺς τόσον ὀσσάτιόν περ ἐμὸν δόρυ.*

Capaneus apud Statium, Theb. IX. 547.

—— Ades o mihi dextera tantum
Tu praeses bellis et inevitabile numen,
Te voco, te solam superum contemptor adoro.

καὶ ΑΚΡΟΘΙΝΙΑ Εὐριπίδης λέγει Λοξίᾳ. Negat hoc Samuel Petitus, Comment. in Leges Atticas. „Tyrus enim," inquit, „semper fuit in potestate regum Phoeniciae, totius tractus metropolis." Non ergo potuerunt Tyro expugnata mitti, si Tyrus non expugnaretur; expugnari autem non potuit ab iis, quorum in potestate semper fuit. Et hoc fortasse verum est, adeoque falsum quod magister ille Graecus voluit, qui capta scilicet Tyro consecratas has mulieres ostendit: et multo certe verisimilius est, ex aliqua alia Phoeniciae parte ab Agenoridis captas, ad Tyrum imperii sedem allatas, atque inde missas. Quod ad illud Petiti argumentum declinandum, et ad ea quae poeta dixit exponenda sufficiat. Verum alio argumento contendit Petitus non tantum Tyro captas non fuisse, sed nec alibi in Phoenicia, adeoque Tyro non venisse Boeotiam. „Plane enim," inquit, „adversantur verba chori, Phoenissas Tyro, si Diis placet, Boeotiam petentes Siciliam praetervehi." Potuit fieri, ut tempestate actae in Siciliam vi ventorum appellerent: occurrit ergo huic objectioni; „Utut," inquit, „istud itineris tempestatibus tribuas; nam Tyro Boeotiam navigantes nunquam in Siciliam aget tempestas Zephyro flante. Zephyrus autem flabat, ut testatur chorus, isque non adeo validus, sed prosper atque secundus." His fretus argumentis negat has mulieres Tyro ex Phoenicia venisse, sed ex insula aliqua inter Siciliam et Africam, Melita scilicet vel Gaulo, e qua in Boeotiam navigantes necesse fuerit Siciliam praetervehi, et Zephyrum secundum habere. Huius insulae incolas Tyri fuisse ἀποίκους statuit, a Tyriis autem descivisse, portubusque prohibuisse; itaque Tyrii classe instructa illos adorti expugnarunt, primitiasque praedae Apollini Delphico consecrarunt. Hoc est scilicet inauditum ante viri doctissimi εὕρημα, quod cum ex suo plane cerebro hausisset, in ipso tamen se Euripide invenisse putavit. „Quod diximus," inquit, „insulanos illos noluisse admittere Phoenices in portus suos, claret ex primo chori versu scilicet,

Τύριον οἶδμα λιποῦσ' ἔβαν."

At quis unquam Oedipus hunc sensum ex hoc versiculo antea excpiscari potuit, ut cum mulier dicat se relicto mari Tyrio venisse, inde eam colligat Tyrios portu Melitensi aut Gaulensi prohibuisse? At corruptus locus est, et quamvis leviter, maximo tamen cum sententiae detrimento; ita ergo emendat:

Τύριον ὅδμα λιποῦσ' ἔβαν.

Nam ὀδέω *vendo*, inde ὄδημα, unde ὅδμα. Euge! vocabulum excogitavit, quod nullius unquam in scriptis fuit, ut expositionem erueret, quae nullius unquam in mentem venit. Ut ὅδμα deducatur ἀπὸ τοῦ ὀδέειν, quid tamen est ὅδμα λιπεῖν? hoccine est spectatores docere unde venerit? Ita enim in

more positum erat, ut si qua in scenam persona prodiret, quae illi loco non nota esset, quae sit, unde venerit, doceatur: ita Polydori imago in Hecuba, v. 1.

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας
Λιπών. ——

ita Troadibus Neptunus insit, v. 1.

Ἥκω λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
Πόντου. ——

At quis, quaeso, intellexisset unde chorus venerit, qui dicit se *Τύριον ὄδμα λιπεῖν*? Ut igitur hac ipsa tragoedia de Cadmo dixit Iocasta, v. 6.

—— *Κάδμος ἡνίκ' ἦλθε γῆν*
Τήνδ', ἐκλιπὼν Φοινισσαν ἐναλίαν χθόνα·

ita cum Bacchus secum ex Lydia Baccharum chorum adduxisset, earum prima, unde venit, quae sit, primo docet, Bacch. v. 64.

Ἀσίας ἀπὸ γᾶς ἱερὸν Τμῶλον
Ἀμείψασα θοάζω Βρομίῳ
Πόνον ἡδύν. ——

Et quod Meliten coloniam Phoenicum etiam tum fuisse velit, etiam ante tempora belli Thebani, ego equidem vix credo. Dicitur quidem Diodoro [h]) *Φοινίκων ἄποικος*, sed Poenos eum intellexisse ostendunt Stephanus et Scylax, quibus est *ἄποικος Καρχηδονίων*. Prius igitur necesse est condita sit Carthago, imo et civibus etiam abundet, quam in Gaulon et Meliten et Lampada colonias mittat: at Carthaginem nemo unquam prodidit supra quinquaginta annos ante excidium Troiae conditam fuisse; at eodem anno, vel potius priori, ut Eusebius voluit (summa enim audacia Petitus Eusebium ex hac tenui coniectura corrigit), Thebanum bellum exarsit: ergo eodem tempore, quo Carthaginem condunt Tyrii, etiam *in has insulas inde colonias mittunt, et Poeni hi ex Carthagine missi Phoenicas portu prohibent, a Phoenicibus vincuntur.* Quam belle haec omnia conveniunt! Ita et Euripidem ipsum correxit, et haec omnia *ἀσύστατα* excogitavit, ne unum hoc absurdum committeretur, scil. Tyro per Siciliam in Boeotiam ne quis dicatur navigasse. Id autem ipsum quale sit videamus.

Τύριον ὄδμα λιποῦσ' ἔβαν
Ἰόνιον κατὰ πόντον
Ἐλάτᾳ πλεύσασα, περιῤ-
ῥύτων ὑπὲρ ἀκαρπίστων
Ἱππίων Σικελίας,
Ζεφύρου πνοαῖς ἐκπεύσαντος ἐν οὐρανῷ
Καλλίστειον κελάδημα.

h) Diod. V, c. 12.

Enimvero hoc ferendum nullo modo est, ut quis Tyro Thebas per Siciliam naviget, et hoc, vento ab occasu flante, idque *κάλλιστον κελάδημα*. Certe cum Stesichorus i) Radinam Samo Corinthum navigasse flante Zephyro scripsisset, geographorum princeps Strabo recte vel inde colligit, VIII. p. 347. de Ionica Samo intelligi non potuisse: pariter qui Zephyro flante Boeotiam venisse mulieres dicet, aut Tyro non solvisse, aut Siciliam certe non praetervectas credet. At cur a Tyro eam solvisse cum Petito negemus, ratio nulla est; quae dicit se liquisse *Τύριον οἶδμα*, venisse *Φοινίσσας ἀπὸ νάσου*, et de patria interrogata respondet:

Φοίνισσα μὲν γῆ πατρὶς ἡ θρέψασά με.

Licet enim Carthaginienses Tyri coloni dicti sint et Poeni, nemo tamen opinor Africum mare Tyrium nominavit, aut insulam aliquam, in quam colonias Phoenices miserunt tantum, *insulam*, *regionem Phoenissam* dixit, praesertim si ostendere vellet unde venerit. Graeci igitur interpretes, qui quam plurima effugia excogitarunt, de mutando loco unde solverint ne cogitarunt quidem. Sed pro Zephyro vernum tempus, pro vento tempestatem anni substituit unus: alii *κάλλιστον κελάδημα* pulcherrimum quidem, h. e. favorabilem quidem ventum natura sua, ipsis autem non item, sed minime secundum: alter, quolibet vento venire Tyro Siciliam potuisse, quia remis uterentur, adeoque dixisse *ἐλάτᾳ πλεύσασα*. Sed quorsum quaeso etiam contra ventum remis adeo contenderent ad Siciliam, ut Boeotiam pervenirent? Alii novam Siciliam quaesiverunt, et in ipso itinere inter Aulidem Chalcidemque invenire se parvam insulam eo nomine insignitam professi sunt. Et revera de alia Sicilia erat omnino cogitandum, vel alia saltem regione; quis enim campos Siciliae steriles unquam dixit? num quae Aeschylo, Prometh. Vinct. v. 369. *καλλίκαρπος*, Euripidi *ἀκάρπιστος*? num illa sterilis quae Catoni *cella penaria reipub. Romanae*? quae, Cicerone teste in Verr. II. 2. *maximos exercitus Romanos vestivit, aluit, armavit*? in qua *πρόβατα γίνεσθαι περίνιφρα δι' εὐβοσίαν* testaretur Aristoteles, Hist. Animal. III. 17.? Quid hic etiam non excogitarunt interpretes? uni *ἀκάρπιστα* sunt valde fertilia; alteri *Siciliae campi* sunt mare Siculum. Revera vix maiorum illa insula inter Carthaginienses et Romanos turbarum, quam hic inter interpretes causa fuit; neque nisi Sicilia sublata prorsus recte unquam intelligetur. Legendum itaque censeo pro *Σικελίας*, *Κιλικίας*: est autem frequens hic apud auctores lapsus. Suidas, *Σόλοι*, *Σικελίας πόλις*. At quis nescit legendum *Κιλικίας*? ipse de Solone paulo ante: *ἀπεδήμησεν*

---

i) Stesich. fragm. LV. p. 105. Klein.

ἐν Κιλικίᾳ, καὶ ἔκτισε πόλιν ἣν Σόλους ἐκάλεσε. Isaque Zephyrus, qui, cum Tyro solverent in causa fuit, ne Siciliam attingerent, ipsa ratio est cur prope Ciliciam, quae Phoeniciae ab ortu est, navigarent. Cumque *steriles campos* praetervigasse se ait, partem maritimam Ciliciae asperae procul dubio intelligit: *ἧς ἡ παραλία στενή ἐστι, καὶ οὐδὲν ἢ σπανίως ἔχει χωρίον ἐπίπεδον*, Strabone teste, XIV. p. 668. unde dicta est *τραχειῶτις*. Sed vetus haec quidem menda, verum, ut quod sentio dicam, non librariorum inouria, sed diligentia potius indocta scioli alicuius introducta. Nam primo ex voce *περιῤῥύτων* coniicere potuit, quisquis fuit, poetam de insula locutum; at Cilicia insula non est: deinde navigavit chorus *Ἰόνιον κατὰ πόντον*, qui neque ipse iuxta Ciliciam. Quaerenda igitur videbatur insula prope Ionium mare; reperta est statim Sicilia. Pro *Κιλικίας* igitur felici, ut putabat, coniectura scripsit *Σικελίας*, nos certe longe feliciori veterem lectionem restituendam putamus. Non enim omnes loci *περιῤῥύτοι* sunt insulae, sed *περιῤῥέω alluo* vel *praeterfluo*, ut Politianus ex Herodiano suo transtulit; et Lucianus [k]) de Luctu, c. 2. dixit *περιῤῥεῖσθαι τὴν χώραν ποταμοῖς μεγάλοις*, regionem describens multis fluminibus irriguam. Ita dum Euripides [l]) apud Strabonem dixit, VIII. p. 379.

Ἥκω περίκλυστον προλιποῦσ'
Ἄκραν Κόρινθον·

Strabo *περίκλυστον* non *circumfluum* reddidit, sed vel propter puteos aquamque subterraneam ita dictum, vel antiquitus exundasse Pirenen *καὶ κατάῤῥυτον ποιεῖν τὸ ὄρος* notavit. Ergo illi *περίκλυστος* est *κατάῤῥυτος*. *Ἁλίζωνος* etiam Corinthus dicitur, quasi mari circumdaretur, non quod undique, in illo versu Epigram. Antholog. [m]) III. 12.

Λαῖδ' ἔχω πολίτιν ἁλιζώνοιο Κορίνθου.

Et *Ἁλίζωνοι* vel *Ἁλιζῶνες* Homeri [n]), sive Paphlagones fuerint, ut Hesychius ex veteribus, sive Chalybes, ut Strabo [o]), sive Bithyni, ut Arrianus, non sunt undique mari cincti. Licet enim Arrianus apud Eustathium [p]) ex oriente et occidente, ex septentrione et meridie mari cinctos Bithynos suos prodat, non tamen insulanos intelligi velit, ne peninsulanos quidem: *ὡς μὴ πόῤῥω χερρονήσου εἶναι τὰ πολλὰ αὐτῶν, καὶ δικαιότατα λέγεσθαι διεζῶσθαι θαλάσσῃ*. Sic apud geometras veteres *περιφέρεια* non tantum est linea comprehendens circulum, sed etiam semicirculum, et quodvis segmentum; quae licet ple-

---

k) vol. II, p. 923.
l) Eurip. fr. inc. trag. XCIV. p. 383. Matth.
m) Anal. Br. II, p. 29.
n) Hom. Il. V, 39.
o) Strab. XII, p. 378. Cas. cf. XIV, p. 467. eiusd. edit.
p) Eustath. ad Il. p. 363. sq. cf. p. 519, 35.

rumque in semicirculis et segmentis κύκλου περιφέρεια, quia circulus praesupponitur factus, ac mox divisus vel in aequales partes semicirculi, vel in inaequales, ut segmenta fiant, unde et ὑπ' εὐθείας ἀπολαμβανομένη, ut cum relatione ad totam peripheriam dicatur, tamen etiam περιφέρεια simpliciter pro segmenti linea curva usurpatur. Eucl. III. Def. 8. Ἐν τμήματι δὲ γωνία ἐστὶν ὅταν ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ τμήματος ληφθῇ τι σημεῖον. Ut igitur περιφέρεια segmenti aut semicirculi dicitur, non quod semicirculum aut segmentum totum ambiat; ita terra περίῤῥυτος dici recte potest, cuius unum latus aqua circumeat, licet ex altera parte neutiquam ambiatur. Ionium autem mare latius a poetis quam a geographis extendi, iamdiu monuimus, ad illud Aeschyli in Prometheo, v. 839.

— Ἰόνιος κληθήσεται,
Τῆς σῆς πορείας μνῆμα, τοῖς πᾶσι βροτοῖς.

Ibid. *ΕΙΠΕ ΤΕΙΧΗ ΞΥΛΙΝΑ ΚΑΤΑΣΚΕΥΑΣΑΙ.* Ipsa oraculi verba refert Herodotus, VII. 141.

Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς,
Μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τό σε τέκνα τ' ὀνήσει.

Synesius de Insomn. Καὶ Λοξίας ἐκεῖθεν ὁ Πυθοῖ χρησμῳδὸς, ὅτι τὸ ξύλινον τεῖχος, ὃ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ θεὸς ἐδίδου σωτήριον, μάτην ἂν ἤκουσεν ἐκκλησιάζων ὁ δῆμος, εἰ μὴ Θεμιστοκλῆς ἀντέγραφε τοῦ χρησμοῦ τὴν διάνοιαν. Lycophron, v. 1418.

Σὺν καλίνοισι τειχέων προβλήμασι.

Caeterum videtur oraculum non modo ad ipsas naves, sed et ad turres ligneas, quas in navibus bellicis exstruebant antiqui, allusisse. Iul. Poll. I. 9. Ἐὰν δὲ ᾖ κατάφρακτον τὸ πλοῖον, ἐπιναυπηγοῦνται πυργοῖχοι, καὶ ἐπ' αὐτῶν πυργίδια δύο, δεξιὸν καὶ εὐώνυμον, ὧν μέσον τὸ κατάστρωμα. Dictae sunt a veteribus Latinis *falae*. [Paulo aliter rem narrat Syrianus in Hermogenem: Ξέρξου ἐπιόντος ἔχρησεν ὁ θεὸς, Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεύς. Καὶ οἱ μὲν συμβουλεύουσιν ἔχεσθαι τῆς ἀκροπόλεως, ῥάχῳ γὰρ ἐπέφρακτο, οἱ δὲ ἐμβαίνειν εἰς τὰς ναῦς. Sopater ad eundem Hermogenem: Τοῦ θεοῦ χρήσαντος Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς, οἱ μὲν εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀξιοῦσι καταφυγεῖν κοτίνοις τότε πυκνοῖς καταπεφραγμένην· οἱ δὲ πρὸς τὰς τριήρεις κελεύουσι κατασκευάζεσθαι. Nempe, non quod muros ligneos struere suaderent, sed arcem occupare quae palis spinosis septa, vel ut Sopater, oleastris. Iustin. II. 12. *Adventante igitur Xerxe, consulentibus Delphis oraculum, responsum fuerat, salutem muris ligneis tuerentur. Themistocles navium praesidium demonstratum ratus, persuadet omnibus, patriam municipes esse, non moenia, civitatemque; non in aedificiis sed in civibus positam; melius itaque salutem navibus quam urbi commissuros; huius sententiae etiam Deum auctorem esse.*]

Ibid. *ΕΠΙ ΜΕΝΩΝΟΣ.* Magistratum gessit Menon anno quarto Olympiadis 76. Diod. Sic. XI. 9) p. 268. *Septem contra Thebas* post *Persas* exhibitam fuisse discimus ex Scholiaste Aristophanis, in Ranas, v. 1053. *Οἱ Πέρσαι πρότερον δεδιδαγμένοι εἰσὶ, εἶτα οἱ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.* Ideoque ad illud Aristophanis, ibid. v. 1058.

Εἶτα διδάξας τοὺς Πέρσας ——

monet, *τὸ δὲ εἶτα, καὶ τὸ μετὰ τοῦτο, οὐ θέλουσιν ἀκούειν πρὸς τὰς διδασκαλίας*, hoc est, habita ratione temporum, quibus illae fabulae editae fuerunt, *ἀλλ' ἐν ἴσῳ τῷ κατὰ τοῦτο ἐδίδαξα καὶ τὸ ἕτερον.* Porro notandum quod bis acta fuerit haec tragoedia; primo Athenis sub Menone, at et post Syracusis iussu Hieronis. Schol. Aristoph. in Ran. v. 1057. *Δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις σπουδάζοντος Ἱέρωνος, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ' περὶ Κωμῳδιῶν.*

Ibid. *ΣΥΡΟΣ ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΘΕΙΣ, Η ΝΟΘΟΣ.* Vir summus Ios. Scaliger, in Eusebium, ita videtur accipere quasi duplex cognomen fuerit, *Σύρος* et *Νόθος*, quod ego aliter capio, *Σύρον* enim cognomen verum fuisse idiomate Persico, *τὸ νόθον* autem Graecam eius interpretationem. נו Hebraeis *degener, nothus.*

Ibid. *ΤΙΝΕΣ ΔΕ ΚΑΙ ΤΕΤΑΡΤΟΝ ΔΑΡΕΙΟΝ ΛΕΓΟΥΣΙΝ ΕΙΝΑΙ.* Caeteris tribus antiquior. Scholiastes Aristoph. in Concionantes, v. 598. *Οἱ δαρεικοὶ οὐκ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως ὠνομάσθησαν.* Cuius verba, ut solet, exscripta tradit Suidas in voce *Δαρεικούς.* Quin de hoc dicendum erit postea.

Dram. Pers. *ΑΤΟΣΣΑ.* Eusebius Hellanicum ex Clemente adducit, scribentem, quod Atossa, Persarum regina, epistolas invenit: quare non nemo Atossam accipit pro ea, quae in sacris literis est הדסה *Hadassah* vel *Esther*, quae literas mittebat ad 127 provincias, satrapias regni Persici, insigni occasione; unde forte obliqua fama, eam invenisse quas novo modo mittebat. Porro historici memorant bellum susceptum contra Graecos a Dario, suasu uxoris Atossae. Atossa Cyri filia Herodoto, III. 88. imo eadem, ni fallor, quae Vasti in sacris literis.

Ibid. *ΑΓΓΕΛΟΣ.* Scena fabulae Susis constituitur. Scholiastes Aristoph. in Ran. v. 1060. *Τὰ μὲν πράγματα ὑπόκειται ἐν Σούσοις.* Narrat sane Herodotus nuncium illuc ivisse, VIII. 97. *Ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης ἐποίεε, καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελέοντα τὴν παρεοῦσάν σφι συμφορήν*, subiicitque, adventu eius adeo consternatos Persas, ut vestimenta dilacerarent, et planctus eiulatusque irrequietos ederent, ibid. c. 99. *ὥστε*

---

q) Diod. XI, c. 52.

τοὺς κιθῶνας κατεῤῥήξαντο πάντες, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ. Quod ab Aeschylo egregie describitur.

Ibid. *ΕΙΔΩΛΟΝ ΔΑΡΕΙΟΥ.* Inter ea quae in re scenica ab Aeschylo fuerunt reperta, εἴδωλα recenset biographus in MS. Oxoniensi et editione Robortelli: *Καὶ τὴν ὄψιν τῶν θεωμένων κατέπληξε τῇ λαμπρότητι, γραφαῖς καὶ μηχαναῖς, βωμοῖς τε καὶ τάφοις, σάλπιγξιν, εἰδώλοις, Ἐριννύσι.*

Ibid. *ΠΡΟΛΟΓΙΖΕΙ Δ' Ο ΧΟΡΟΣ.* Ita et in Euripidis Rheso: male igitur chorus a Scaligero definitur: „pars fabulae post actum;" et ipse Aristoteles r), cum τὸ χορικόν dividit et definit, ad τὸ πολύ, non τὸ ἀεί respexit.

v. 1. *ΤΑΔΕ.* Neutrum pro masculino, ut *Romanum nomen* pro *Romani*, familiare Graecis, ut τὸ ξενικόν pro *peregrini*. Noster in Sept. Theb. v. 981.

Ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν.

Talibus doloribus nos propinqua sumus.

[v. 2. *ΕΛΛΑΔ' ΕΣ ΑΙΑΝ.* Ἑλλάς olim tantum civitatem Thessaliae significabat ἀπὸ τοῦ Ἕλληνος, Deucalionis filio; cuius rei testes sunt Thucydides, I. 3. Stephanus περὶ πόλεων, et Eustathius, qui ubique apud Homerum Ἑλλάδα et Ἕλληνας Thessaliae tantum civitatem et Thessalos reddit. Mox vero omnem illum terrae tractum, qui est a Sunio promontorio usque ad Acarnaniam et Athamanes ex occidente, et Thessaliam a septentrione usque ad Meliacum sinum: atque haec Ἑλλάς Ptolomaei, apud quem Thessalia, quae primum Graeciae nomen Ἑλλάδος dedit, a nominis participatione excluditur. Deinde latius eundem terrae tractum, inclusis etiam Thessalia et Peloponneso insulisque plurimis in mari Aegaeo; et haec est Graecia Strabonis. Postremo non tantum terras istas sed et Asiam minorem, nonnullas etiam Africani littoris partes et loca denique omnia quae Graeci incoluerunt; et hoc sensu ut plurimum apud posteriores est usurpata.]

Ibid. *ΠΙΣΤΑ ΚΑΛΕΙΤΑΙ.* Sic v. 171. γηραλέα πιστώματα· et v. 683. ὦ πιστὰ πιστῶν. Forte septem regni Persici proceres *); non Orosangae, qui plures, et innumeri. Eunuchus concreditus πιστός et πεπιστευμένος, honoris nomen. Scholiastes, Bibl. Rom. edit. de Potipharo: Ὁ μὲν Σύρος μιᾷ προσηγορίᾳ τόν τε σπάδοντα καὶ τὸν πιστὸν ἄνδρα λέγει τοῖς δεσπόταις.

[v. 3. *ΤΩΝ ΑΦΝΕΙΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΥΧΡΥΣΩΝ ΕΔΡΑΝΩΝ.* Urbem Susa intellige, ubi haec acta esse putantur. In ea, superatis Medis, Cyrus et Persae regiam collocaverunt; Strabo, XV. p. 727. Ἐνταῦθα ἔθεντο τὸ τῆς ἡγεμονίας

---

r) Aristot. Poet. c. XII. *) v. Welck. d. tril. Aesch. p. 61.

βασίλειον, quam maxime exornaverunt. Idem, p. 728. *Κοσμήσαντες δὲ τὰ ἐν Σούσοις βασίλεια μάλιστα τῶν ἄλλων.* Neque regia tantum sed pecuniarum thesauri hic erant adeo immensi, ut Aristagoras Cleomeni, si hanc urbem ceperit, Lacedaemonios cum Iove de divitiis certare posse dixerit: Herod. V. 49. *Ἔνθα βασιλεύς τε μέγας δίαιταν ποιεῖται καὶ τῶν χρημάτων οἱ θησαυροὶ ἐνθαῦτά εἰσιν· ἐλόντες δὲ ταύτην τὴν πόλιν, θαρσέοντες ἤδη τῷ Διῒ πλούτου πέρι ἐρίζετε.*]

[v. 4. *ΕΔΡΑΝΩΝ.* Scholiastes *τῶν οἴκων* Persarum et *τῆς χώρας* reddit. Sic *ἕδρα* pro *οἰκεῖος τόπος* sumitur Hippocrati *ἐν τῷ μοχλικῷ*, p. 349. et pro domicilio Sophocli in Trachin. v. 1160. Virgil. Aen. I. 251.

Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit
Teucrorum. ——

Statim vero sequitur apud eundem Scholiastem nostrum ad v. 3. *λείπει τὰ βασίλεια.* Poterat sane vox *ἑδράνων* de ipso solio regio interpretari. Sophocles, Aiac. Mastig. v. 194.

Ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων ὅπου μαχραίωνι
Στηρίζῃ ποτὲ τῷδ' ἀγωνίῳ σχολῇ.

Ubi Scholiastes, *ἀνάστα ἐκ θρόνων*, atque ex ipso Suidas, *Ἑνδράνων· θρόνων.*]

Ibid. *ΚΑΤΑ ΠΡΕΣΒΕΙΑΝ*, *propter dignitatem.* Hesychius, *Πρεσβείη*, *τιμὴ μείζων.* Ita distinguendum. Rursum, *Πρέσβεις· βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμούμενοι.* Nostro infra, v. 625.

Βασίλεια γύναι πρέσβος Πέρσαις.

v. 7. *ΕΙΛΕΤΟ ΧΩΡΑΣ ΕΦΟΡΕΥΕΙΝ.* Aliter Herodotus, VII. 52. apud quem Xerxes soli Artabano imperium committit, his verbis: *Σῶζε οἶκόν τε τὸν ἐμὸν, καὶ τυραννίδα τὴν ἐμήν. Σοὶ γὰρ ἐγὼ μούνῳ ἐκ πάντων σκῆπτρα τὰ ἐμὰ ἐπιτραπῶ.* Quae locutus Artabanum Susa dimisit.

[v. 10. *ΚΑΚΟΜΑΝΤΙΣ ΘΥΜΟΣ.* Ad Virgilianum illud, Aeneid. X. 843.

Agnovit longe gemitum praesaga mali mens.

Vir Cl. Germanus Valens Guellius: „Eurip. [s]) in Androm. *πρόμαντις θυμὸς ὥς τι προσδοκῶν.* Et Aesch. in Pers. *κακόμαντις θυμός.* Et Odyss. *Ε'*. [t])

Πολλὰ δέ οἱ κραδίη προτιόσσετ' ὄλεθρον."

Plautus, Aulul. II. 2.

Praesagibat mihi animus, frustra me ire, quando exibam domo.

Cicero de Divin. I. 31. ubi hunc versum comici laudat, *Inest*, inquit, *igitur in animis praesagitio extrinsecus iniecta atque in-*

s) Andr. 1078. t) Od. V, 389.

clusa divinitus, etc. Quin *κακόμαντις θυμός* hic, atque *θυμόμαντις*, v. 224. est qui non ex divino indicio sed proprio iudicio et mentis praesagio ominatur, ut consultor, non ut vates. Achill. Tat. Clit. et Leucipp. VI. p. 369. *Ψυχαὶ δὲ πεφύκασι μάντεις τῶν κακῶν, ἐπεὶ τῶν τε ἀγαθῶν ἥκιστα ἐκ μαντείας εὐτυχοῦμεν.* l. *ἐπεί τι τῶν ἀγαθῶν, κ. τ. λ.*]

Ibid. *ΟΡΣΟΛΟΠΕΙΤΑΙ.* Ita legit et Hesychius: *Ὀρσολοπεῖται· διαπολεμεῖται, ταράσσεται, Αἰσχύλος.* Etymologici [u]) auctor: *Ὀρσιλέπος* (legendum omnino cum Sylburgio, ut vel ex ipsa etymologia constat, *Ὀρσολόπος*) *ὀρσοοπὸς, ἵνα λάβῃ τὸ λ. περὶ παθῶν.* Herodiani librum innuit *περὶ παθῶν*, quem passim laudat. [Homerus, Hymno in Mercurium, v. 308.

Ἦ με βοῶν ἕνεχ' ὧδε χαλούμενος ὀρσολοπεύεις;

Alii *ὀρσοπολεῖται*, eadem ratione ut *ὀνειροπόλοι*.]

v. 12. *ΠΑΣΑ ΜΕΝ ΙΣΧΥΣ ΑΣΙΑΤΟΓΕΝΗΣ.* Quo sensu Latini *vis*, sc. pro multitudine et copia. Livius [x]), *Magna vis ex Sicilia advecta.* [Daniel XI. 2. de eodem Xerxe: *Concitabit omnes adversus regnum Graeciae.* Sc. subditos sociosque. Mardonius apud Herodotum [y]) ait Xerxis tempore sub Persis fuisse Sacas, Indos, Aethiopes et Assyrios. In exercitu vero eius fuisse ait Herodotus [y]) quinquagesies bis centena octoginta tria millia.]

[Ibid. *ΑΣΙΑΤΟΓΕΝΗΣ.* f. *Ἀσιαδογενής.*]

v. 13. *ΝΕΟΝ Δ' ΑΝΔΡΑ ΒΑΥΖΕΙ.* Omnes iuvenes suos peregre, in Europam, profectos clamore prosequitur, et vehementer poscit Asia: ita se mox explicat, v. 59.

Τοιόνδ' ἄνθος Περσίδος αἴας
Οἴχεται ἀνδρῶν,
Οὓς πέρι πᾶσα χθὼν Ἀσιῆτις
Θρῴσασα πέδῳ στένεται μαλερῷ.

Hesych. *Βαΰζειν, ὑλακτεῖν.* Hic vero metaphorice eodem sensu, quo Latini aliquoties *latrare* sumunt. Horat. Serm. II. 2. [z])

Latrantem stomachum bene leniet. ——

Nec aliter Lucretius, II. 4.

—— nonne videtis
Nil aliud sibi naturam latrare. ——

[Iul. Pollux, Onomast. V. 13. *Εἰρήκασι δέ τινες τῶν ποιητῶν καὶ βαΰζειν τοὺς κύνας.* Aliter vero Fungerus in Hesychii locum nuper allatum, „Terentio [a]),“ inquit, „et Virgilio [b])

---

u) Etym. M. p. 634, 11.
x) Liv. II, 34. *M. vis frumenti* e. q. s.
y) Herod. VII, 60. sq.
z) Sat. II, 2, 18.
a) Adelph. II, 1, 53. ibiq. Donat.
b) Aen. XI, 344. 454. XII, 507. 718. Georg. IV, 188. cl. Serv.

istud est *mussitare* et *mussare*; grammatici id esse tantundem volunt atque dissimulandi causa tacere: unde demussata contumelia cum silentio transmissa." Vide Martin. 137.]

v. 16. *ΟΙ ΤΕ ΤΟ ΣΟΥΣΩΝ, ΗΔ' ΕΚΒΑΤΑΝΩΝ.* Et v. 535.

Ἄστυ τὸ Σούσων ἠδ' Ἐκβατάνων.

Etymologicum magnum c), *Σοῦσα ἡ πόλις, ἀπὸ τῶν περιπεφυκότων χρίνων· σοῦσα γὰρ τὰ λείρια λέγεται.* Idem d), *τὰ λείρια ὑπὸ τῶν Φοινίκων σοῦσα λέγεται.* Athen. e) Deipn. XII. 2. *Κληθῆναι δὲ τὰ Σοῦσά φησιν Ἀριστόβουλος καὶ Χάρης διὰ τὴν ὡραιότητα τοῦ τόπου· σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ χρῖνον.* Erroris insimulat Aristobulum et Charetem vir doctus Ioannes Drusius, Observat. XII. 8. „Neque enim," inquit, „Graeca vox est, ut Aristobulus et Chares scribunt, sed Hebraica et Chaldaica, et fortasse etiam Persica; Graeci autem ab oriente eam acceperunt, et innumeras alias." Sic ille; quasi Aristobulus et Chares *σοῦσον* Graecanicam esse vocem dixerint; cum nihil aliud velit Athenaeus, quam ex eorum sententia *τὸ σοῦσον* Graece interpretatum significare *χρῖνον lilium*. *Ἐκβάτανα* Ptolemaeo *Ἀχβάτανα*. Hebraea Tobiae versio, אגבתנא.

v. 17. *ΚΙΣΣΙΝΟΝ ΕΡΚΟΣ.* Susa a Tithono condita Memnonis patre: arx ipsa Memnonium vocabatur. Susii etiam Cissii sunt dicti, et Aeschylus Memnonis matrem Cissiam vocat. Strabo, XV. p. 728. *Λέγεται γὰρ δὴ καὶ κτίσμα Τιθωνοῦ, τοῦ Μέμνονος πατρός*: et mox, *Ἡ δ' ἀκρόπολις ἐκαλεῖτο Μεμνόνειον. Λέγονται δὲ καὶ Κίσσιοι οἱ Σούσιοι. Φησὶ δὲ καὶ Αἰσχύλος τὴν μητέρα Μέμνονος Κισσίαν.* Auroram intelligit, quam Aeschylus (fortasse in *Ψυχοστασίᾳ*) Cissiam fuisse tradidit. Sic Strabo. Aeschylus vero hic Susa et *τὸ παλαιὸν Κίσσινον ἔρκος* separat; ut et postea, v. 117.

—— μὴ πόλις πύθηται κένανδρον μέγ'
Ἄστυ Σουσίδος.
Καὶ τὸ Κίσσινον πόλισμ'
Ἀντίδουπον ἔσσεται.

Cissia sane urbs erat in agro Susiano, Ptolem. Geogr. VI. inter quam et Chalcapitida situs est campus *Deera*, *Δείρη*. Chald. convallis *Dura*, דורא, Daniel III. *Κισσίης χώρης* meminit Herodotus f), VI. 236. Cissiorum, Hesychius. *Κίσσιοι, ἔθνος Περσῶν*, quos in hac expeditione adversus Graecos profectos tradit idem Herodotus, armaturamque describit, et ducem nominat, VII. 62. *Κίσσιοι δὲ στρατευόμενοι, τὰ μὲν ἄλλα κατάπερ Πέρσαι ἐσκευάδατο, ἀντὶ δὲ τῶν πίλων, μιτροφόροι ἦσαν. Κισ-*

c) Etym. p. 723, 24.
d) ibid. l. 28.
e) Athen. XII, p. 513. F.
f) Herod. VI, c. 119. V, 49. 52.

σίων δὲ ἦρχε Ἀνάφης ὁ Ὀτάνεω, et mox, *Μῆδοι δὲ τήν περ ἐν τῷ πεζῷ εἶχον σκευὴν, καὶ Κίσσιοι ὡσαύτως.* Quomodo in hac pugna se gerebant, discimus ex Diodoro Siculo, XI. g) p. 247. *Τοῖς δὲ Μήδοις ἐπιτεταγμένοι Κίσσιοι καὶ Σάκαι κατ' ἀρετὴν ἐπίλεκτοι διεδέξαντο τὴν μάχην, καὶ νεοχμοὶ πρὸς διαπεπονημένους συμβαλόντες, ὀλίγον μὲν ὑπέμενον τὸν κίνδυνον, κτεινόμενοι δ' ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Λεωνίδην καὶ βιασθέντες ὑπεχώρησαν.*

v. 21. *ΟΙΟΣ ΑΜΙΣΤΡΗΣ.* Persica nomina omnia in Σ terminari refert Herodotus, I. 189. *Τὰ οὐνόματά σφι ἐόντα ὅμοια τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, τελευτῶσι ἐς τὠϋτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν σᾶν καλέουσιν, Ἴωνες δὲ σῖγμα. Ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα, οὐ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. Ταῦτα μὲν ἀτρεκέως ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν.* Hoc an ita sit valde dubitat vir summus Iosephus Scaliger de Emendat. Temp. VI. „Sane Cyrus," inquit ille, „et Darius tam Graece quam Persice eam literam habent ultimam; atqui Mithridates, Oxydates, Tiridates, Artaxerxes, et similia, quae Graeci per sigma terminant, Persice desinunt in *A*." Ita vir doctissimus, et quidem rectissime: sed tamen ista nomina, quae adducit ut sententiam suam tutetur, omnino e lingua Chaldaea deprompta videntur, nec Persica sunt.

Ibid. *ΑΜΙΣΤΡΗΣ.* Idem forsan qui postea *Ἄμιστρις*, v. 320.

Ibid. *ΑΡΤΑΦΡΕΝΗΣ.* Huic lectioni favet Scholiastes ad v. 768. et ipsum Aeschylum eo respexisse monet, cum dixerit:

Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.

Quin ad Artaphrenem istud nihil pertinere certissimum est. Aliae editiones hic habent *Ἀρταφέρνης*. Sane Artaphernes quidam, Artaphernis filius, Lydorum et Mysorum dux in hac expeditione memoratur Herodoto, VII. h)

v. 22. *ΜΕΓΑΒΑΖΗΣ.* Idem forsan qui Herodoto *Μεγάβαζος ὁ Μεγαβάτεω*, inter praefectos nauticarum copiarum recensitus, VII. 97. [Hesych. *Μεγαβύζιοι λόγοι· μεγάλοι, ἀπὸ τοῦ Περσῶν βασιλέως. Οἱ δὲ βαρβάρους, καὶ οἱ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖς, καὶ οἱ στρατηγοὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως μεγάβυζοι.*]

Ibid. *ΑΣΤΑΣΠΗΣ.* An qui Herodoto *Ὑστάσπης*, dux Bactriorum et Sacarum (VII. 65)?

v. 24. *ΒΑΣΙΛΗΙΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΠΟΧΟΙ.* Persarum imperatorem plures reges sibi subditos habuisse nemo nescit; ideoque titulum *Regis regum* sibi vendicabat: ita in inscriptione monumenti Cyrum appellatum testatur Strabo, XV. p. 730. ex Onesicrito,

---

g) Diod. XI, c. 7. h) Her. VII, 74.

Ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι Κῦρος βασιλεὺς βασιλήων.

Ita se nominat Artaxerxes in epistola ad Esdram, 1 Esdrae VIII. 8. *Ἀρθασάσθα βασιλεὺς βασιλέων Ἔσδρᾳ ἱερεῖ καὶ ἀναγνώστῃ τοῦ θείου νόμου χαίρειν.* Et ad Paetum: *Ἀρταξέρξης βασιλεὺς βασιλέων Παίτῳ χαίρειν.*

Ibid. *ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ.* Hoc titulo gaudebat imperator Persicus. Dio Chrysost. Orat. III. *Μέγας βασιλεὺς κέκληται μόνος ἐκεῖνος.* Ita Artaxerxes apud Iosephum, Antiquit. Iudaic. II. 6. *Βασιλεὺς ὁ μέγας Ἀρταξέρξης τοῖς ἄρχουσι καὶ τὰ ἡμέτερα φρονοῦσι χαίρειν.* Herodotus, VIII. 140. in oratione Alexandri ad Athenienses: *Πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα, εἰ βασιλεύς γε ὁ μέγας μούνοισιν ὑμῖν Ἑλλήνων τὰς ἁμαρτάδας ἀπιεὶς ἐθέλει φίλος γενέσθαι.* Et V. 49. in oratione Aristagorae: *Παρὰ ποταμὸν τόνδε Χοάσπην κείμενά ἐστι τὰ Σοῦσα, ἔνθα βασιλεύς τε μέγας δίαιταν ποιέεται.* Xenoph. [k]) *Ἀναβάσ.* I. p. 246. *Ἔστι δὲ καὶ μεγάλου βασιλέως βασίλεια ἐν Κελαιναῖς.* Aristides [l]) in Romae encomio: *Περσῶν ἀρχὴν σκεψώμεθα, ἣ πάνυ ποτὲ ἐν τοῖς Ἕλλησι ἐβεβόητο, καὶ μέγαν παρέσχετο ἐπώνυμον καλεῖσθαι τὸν ἔχοντα αὐτὴν βασιλέα.* Quod vero ait Dio Chrysostomus soli imperatori Persico tribui, caute admodum intelligendum est; tribuitur enim et Assyrio, Iudith. II. 4. *Τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας ὁ κύριος πάσης γῆς.* Etiam aliis; Suidas, *Μέγας βασιλεύς, ὁ τῶν Περσῶν, διὰ τὸ πλείονι δυνάμει χρῆσθαι τῇ Περσικῇ. Τοῖς δὲ ἄλλοις προσετίθεσαν καὶ τῶν ἀρχομένων τὰ ὀνόματα, οἷον Λακεδαιμονίων, Μακεδόνων. Καὶ ἡ εὐθεῖα ὁ μέγας γενικὴν οὐκ ἔχει, οὔτε δοτικήν. Ἡ αἰτιατικὴ, τὸν μέγαν.*

[v. 25. *ΣΟΥΝΤΑΙ.* Hesych. *Σοῦται· ἔρχεται, πορεύεται.*]

Ibid. *ΕΦΟΡΟΙ.* Hesych. *Ἔφορος· ἐπιστάτης.*]

v. 29. *ΙΠΠΙΟΧΑΡΜΗΣ.* [Epitheton Homericum. Iliad. *Ω'*. 257.

Μήστορά τ' ἀντίθεον καὶ Τρωίλον ἱππιοχάρμην.

Et Odyss. *Λ'*. 258.

— *Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην.*]

Ita Pindarus, Ol. I. 35. [23. Bkh.] Hieronem *Συρακόσιον ἱπποχάρμαν βασιλῆα* vocat, vel, ut alii, ipsos Syracusios *ἱπποχάρμας*, qui legunt *Συρακοσίων ἱπποχαρμῶν βασιλῆα.* Ubi tamen mallem cum nostro *ἱππιοχάρμαν.* Hesych. *Ἱππιοχάρμης, ὁ ἐφ' ἵπποις χαίρων ἢ μαχόμενος. Χάρμη γὰρ ἡ μετὰ χαρᾶς μάχη.* [Etymolog. [m]) *Ἱππιοχάρμην, τὸν χαίροντα τῇ ἱππικῇ, ἢ ἱππόμαχον. Χάρμην γὰρ τὴν μάχην φασίν.* Idem *Χάρμη·* [n]) *μάχη, κατ' ἀφαιρεσιν, ἢ ἐφ' οὗ οὐδεὶς χαίρει.*] Virgilius: *Gaudet equis.* De Persis diserte D. Hieronymus in Hierem. c. xii. „Iuxta

---

k) Anab. I, 2, 8.

l) Aristid. I, p. 352. Cant.

m) Et. M. p. 473, 49.

n) Et. M. p. 807, 22. (ἐφ' ᾗ Sylb.)

historiam omnis Persis et universa Chaldaea et regionum illarum exercitus gaudet equitatu." Nec temere eorum quisquam pedester conspiciebatur; sed equo insidens, quo magis assuefactione equestrem laborem tolerare disceret. Xenoph. Cyr. Paed. σ) VIII. sub fin. *Πρόσθεν μὲν ἦν ἐπιχώριον αὐτοῖς μὴ ὁρᾶσθαι πεζῇ πορευομένοις, οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἢ τοῦ ἱππικωτάτους γίνεσθαι νῦν [γίνεσθαι· νῦν δὲ—]*. Hinc praecipuum eorum robur in equitatu positum. Ammianus Marcellin. XXIV. 4. *Tentoriis fixis providit sollicite, ne castra repentino equitatus Persici turbarentur accursu, cuius fortitudo in locis patentibus immane quantum gentibus est formidata.*

v. 30. *ΜΑΣΙΣΤΡΗΣ*. Inter duces Persicos *Μασίστης* quidam nominatur Herodoto, VII. 82.

v. 31. *ΦΑΡΑΝΔΑΚΗΣ*. An qui Herodoto *Φαρανδάτης*, qui Maribus et Colchis praeerat (VII. 79.)?

[v. 32. *ΙΠΠΩΝ Τ' ΕΛΑΤΗΡ ΣΩΣΘΑΝΗΣ*. Aurigandi munus antiquitus regium fuit. Vide Meurs. in Lycophr. v. 166. et Germ. Val. Guellium ad Virgilianum illud, Aen. II. 476.

—— et equorum agitator Achilles
Armiger Automedon.]

[v. 33. *ΜΕΓΑΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΘΡΕΜΜΩΝ ΝΕΙΛΟΣ*. Virgil. Aeneid. VIII. 710.

—— magno moerentem corpore Nilum.

Strabo, XV. p. 696. *Καὶ τὸν Νεῖλον δ' εἶναι γόνιμον μᾶλλον ἑτέρων, καὶ μεγαλοφυῆ γεννᾶν καὶ τἄλλα, καὶ τὰ ἀμφίβια· τάς τε γυναῖκάς ἐσθ' ὅτε καὶ τετράδυμα τίκτειν τὰς Αἰγυπτίας. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ ἑπτάδυμά τινα ἱστορεῖ τετοκέναι· καὶ αὐτὸς πολυγόνων καλῶν τὸν Νεῖλον, καὶ τρόφιμον, διὰ τὴν ἐκ τῶν ἡλίων μετρίαν ἕψησιν, αὐτὸ καταλιπόντων τὸ τρόφιμον, τὸ δὲ περιττὸν ἐκθυμιώντων.*

v. 34. *ΣΟΥΣΙΣΚΑΝΗΣ, ΠΗΓΑΣΤΑΓΩΝ ΑΙΓΥΠΤΙΟΓΕΝΗΣ*. Notat Scholiastes *πηγάς* et *ταγών* ab aliquibus separari; forsan igitur legendum:

—— *Σουσισκάνης*
Πηγὰς ταγὼν Αἰγυπτογενής.

Quin etiam monet Scholiastes noster, nomina haec non esse Aegyptiaca, sed ab ipso poeta conficta: certe Persica potius videntur. *Πηγασταγών* inter Persas recensetur infra. Est et *Ἀρσάμης* nomen Persicum. Antigon. Histor. Mirab. XII. *Φησὶ δὲ ὁ ἱστοριογράφος Ἀρσάμην τὸν Πέρσην εὐθὺς ἐκ γενετῆς ὀδόντας ἔχειν*. Arabum et Aethiopum dux Arsames in hac expeditione memoratur Herodoto, VII. 69.

σ) Cyrop. VIII, 8, 19.

[v. 35. *ΑΙΓΥΠΤΟΓΕΝΗΣ.* Lege *Αἰγυπτογενής* ut in Supplic. v. 31. et 1061.]

[v. 36. *ΙΕΡΑΣ ΜΕΜΦΙΔΟΣ.* Claudiano *pia*, XVII. 127.

Quos pia sollicito deprendit pollice Memphis.

Quippe non modo templa Apidis Veneris, Vulcani aliorumque Deorum Memphi erant, sed et bos Apis ibi alebatur. Vide sis Strabon. XVII. p. 807.]

v. 37. *ΩΓΥΓΙΑΣ ΘΗΒΑΣ.* Quare Thebae, etiam Aegyptiacae, dictae fuerint Ogygiae, supra notavimus ad Sept. contra Theb. v. 327. [*Θήβην* Aegyptiacam *Ὠγυγίαν* dicit etiam Dionysius *ὁ περιηγητής*, v. 248.

Ἤ μὲν ὅσοι Θήβην ἐριχυδέα ναιετάουσι,
Θήβην Ὠγυγίην, ἑκατόμπυλον. ——

Iuvenal. Sat. XV. 6.

Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.

Et recte quidem ita dicta est, siquidem teste Aristotele Meteor. I. 14. Aegyptus olim conclusa fuit sola Thebaide. Caetera postea concreta Nili alluvione: *καὶ τὸ ἀρχαῖον ἡ Αἴγυπτος Θῆβαι καλούμεναι.*]

v. 38. *ΕΦΕΠΩΝ. Διέπων, administrans, regens.* Glossae: *Διέπων, moderator, rector.* Inde *δίοποι* v. 44. ubi Schol. *οἱ διέποντες, ἡγεμόνες.*]

v. 39. *ΕΛΕΙΟΒΑΤΑΙ, paludicolae.* Gens Aegyptia, de quibus Heliodorus, Aethiopic. Hist. I.

v. 41. *ΑΒΡΟΔΙΑΙΤΩΝ ΛΥΔΩΝ.* Mollitiei Lydorum satis aperta indicia, quod filias suas omnes prostituerint; quod primi caupones institoresque extiterint; et quod inventum ab ipsis tesserarum et talorum ludum, et pilae, *καὶ ἄλλων παιδίων παιγνίων τὰ εἴδεα, πλὴν πεσσῶν*, iactitarint. Herodot. I. 94. [Michael Apostol. I. 4. *Ἅβρωνος βίος· ὁ πολυτελής. Ἅβρων γάρ τις ἐγένετο πλούσιος, ὅθεν καὶ ἁβροδίαιτος. Ταὐτὸν καὶ ἡ Σικελικὴ τράπεζα καὶ Συβαριτικὸς βίος. Habronis vita:* hoc est, *sumptuosa et delicata. Habron enim dives quispiam fuit, unde et ἁβροδίαιτος qui laute vivit. Huic germanum Sicula mensa et Sybaritica vita.* Zenobius addit: *Δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἅβροῦ τὸ ὄνομα γενέσθαι. Forte et ἀπὸ τοῦ ἅβροῦ,* h. e. *molli ac delicato nomen deductum.* Hesychius, *Ἁβροδίαιτος· τρυφερὸς τὸν βίον, περὶ τὴν δίαιταν δαψιλής.* Suidas, *Ἁβροδιαίτη· τρυφερὰ ζωὴ καὶ ἁπαλὴ καὶ ἁβροδίαιτος· τρυφητὴς, τρυφερόβιος. Τοῖς δὲ Ῥωμαίοις οὐκ ἐς τὸ ἁβροδίαιτον ὁ βίος· ἄλλως τε ὡς φιλοπόλεμοί τέ εἰσι καὶ φερέπονοι· σημαίνει δὲ καὶ τὸν πλουσίως ζῶντα· καὶ ἁβρότητι· τρυφερότητι, ἁπαλότητι.*]

v. 43. *ΤΟΥΣ ΜΗΤΡΑΓΑΘΗΣ.* Legendum fortasse *τοῖς.* Quin Lydorum et Mysorum praefectus Artaphernes Herodoto nuncupatur.

v. 44. *ΔΙΟΠΟΙ.* Eustath. p) in Iliad. *A'*. 254. *Τοῖς δὲ βιαζομένοις τὸν Ὅμηρον, καὶ μετάγουσι πρὸς ἑτέρους ποιητὰς τὰ ἐκείνου, ἀρέσκει λέγειν, τὸ ὦ πόποι, ἀντὶ τοῦ ὦ θεοί· ἐπειδὴ εὑρηνται ἐν τοῖς μεθ' Ὅμηρον οἱ θεοὶ πόποι λεγόμενοι· οἱονεὶ ἔποποι κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ὡς τὰ πάντα διοπτεύοντες. Ὁποῖον δή τι καὶ ὁ δίοπος δηλοῖ, λέξις παρ' Αἰσχύλῳ ἡγεμονική.* Haec ille: quae si vera, *τὸ ἔ* periisse dicemus in voce *πόποι*, prout alibi monet idem de compositis ab *ἐξ*, *ἐς*, et *ἐν*, quae *τὸ ἔ* quandoque deperdunt: ita enim ille q), de voce *ξανθός* verba faciens: *δύναται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξανθεῖν εἶναι, ἀπελεύσει τοῦ κατ' ἀρχὴν ἔ. Ὃ δὴ καὶ ἐν τῷ Ἐξάδιος γένονεν, ὃν τινες τρισυλλάβως ξάδιον γράφουσιν.* Et ita forsan legendum apud ipsum poetam eodem in libro r):

Καινέα τε ξάδιόν τε καὶ ἀντίθεον Πολύφημον.

Idem Eustath. in Iliad. *B'*. 207. *Οὐ μόνον δίοποι οἱ ἄρχοντες, ὡς καὶ Αἰσχύλος δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ ἀδίοποι οἱ μὴ ἀρχόμενοι.* Et in Odyss. *M'*. 16. *Διέπειν, τὸ ἐνεργεῖν λέγει, ὅθεν καὶ δίοπος ὁ οἰκονόμος παρ' Αἰσχύλῳ.* [Robortelli editio *Διόπτοι*. Hesych. *Δίοποι* (ita recte reponit Scaliger, non *Διύποι*) *ἐπιμεληταί*. Idem, *Δίοπος· ἐπίσκοπος, ἄρχων, ναύαρχος, ἐπιστάτης, διόπτης.* Etymologus s), *Ἀδίοπον· ἄναρχτον καὶ ἀφύλακτον· δίοποι γὰρ λέγονται οἱ τῆς νεὼς φύλακες.* Idem t), *Δίοπος· ὁ βασιλεὺς, ἢ ὁ ἐπιμελητὴς καὶ ἐπόπτης, ἀπὸ τοῦ διέπειν ἢ ἀπὸ τοῦ διοπτεύειν, παρὰ τοὺς ὤπας· ἔνθα καὶ ὀφθαλμὸς βασιλικὸς, ὁ κατάσκοπος.*]

[v. 45, *ΕΠΟΧΟΥΣ*. v. 54. *Ναῶν τ' ἐπόχους*. Forte itaque hic distinguendum:

Καὶ πολύχρυσοι Σάρδεις ἐπόχους
Πολλοῖς ἅρμασιν, ἐξορμῶσι.]

v. 49. *ΣΤΕΥΝΤΑΙ.* [Etymolog. u) *Στεῦται, διαβεβαιοῦται, ὑπισχνεῖται. παρὰ τὸ στῆθος, οἷον ἐν τοῖς στήθεσι διανοεῖται· ἔχει γὰρ τὸ λογιστικὸν καθ' Ὅμηρον· οἷον, Στῆθος δὲ πλήξας χερσὶν ἠνίπαπε μύθῳ· ἢ ὡς παρὰ τὸ ἀθλῶ ἀθλεύω, οἰνοχῶ οἰνοχεύω, λωβῶ λωβεύω, οὕτω στῶ στεύω, στεύομαι, στεύεται, στεῦται, ἐπὶ τοῦ ὡρισμένου τῇ ψυχῇ.*] Audiendus de hac voce vir doctissimus D. Mericus Casaubonus, tanto mehercle patre dignus filius, de lingua Saxonica, p. 348. „*Στεύω, στεύομαι* promitto, firmo, prae me fero, iacto. Ita vulgatiora lexica: nam apud Stephanum, quod mirum, neque in indice, nec alibi reperio. Est autem verbum Homero usitatissimum. Inter alios locus hic notabilis x):

Ἴσχεσθ' Ἀργεῖοι, μὴ βάλλετε κοῦροι Ἀχαιῶν·
Στεῖται γάρ τι ἔπος ἐρέειν κορυθαίολος Ἕκτωρ,

---

p) Eust. ad Il. I. p. 98, 44.
q) Eust. ad Il. 82, 30. sqq. cf. 101, 19. ad Od. 1745, 59.
r) v. 354.
s) Etym. M. p. 18, 28.
t) Etym. M. p. 278, 5.
u) Etym. M. p. 726, 29.
x) Hom. Il. III, 83.

Sunt Agamemnonis de Hectore Paridis ad Graecos mandata ferente verba. Longa opus est periphrasi, ut vis verbi στεῦται exprimatur. Id enim vult, Hectorem prae se ferre speciem locuturi. Sed inest praeterea huic verbo παραστήματος (ita vocant Graeci quandam praefidentis animi orisque pro re nata praesentiam et audaciam, ex eodem quo στενόμαι illud fonte.) et confidentiae significatio, ut si uno verbo utendum sit, non aliud Latinum melius respondeat huic loco quam *minatur*: quomodo Horatius, Sat. II. 3. y)

Atqui vultus erat pulchra et praeclara minantis.

alibique: unde et Gallicum *mine* pro vultu et exteriore specie. *Hector minatur*, id est, ipsa praefidentis oris specie promittit *se aliquid locuturum*. In aliis locis Homericis, ubi idem verbum occurrit, non eadem difficultas, quod manifestior in illis iactantiae et confidentiae indicatio; ut cum de eodem Hectore ait z):

Στεῦται γὰρ νηῶν ἀποκόψειν ἄχρα κόρυμβα,
Αὐτὰς δ' ἐμπρήσειν μαλεροῦ πυρός, κ. τ. λ.

Et Ἰλ. Β'. a)

Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικήσέμεν, εἶπερ ἄν αὐταὶ
Μοῦσαι ἀείδοιεν κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Et Ἰλ. Φ'. b)

Στεῦτο δ' ὅ γ' ἀμφοτέρων ἀποκοψέμεν οὖατα χαλκῷ.

In his et similibus, de aperta iactatione et insolentiore gloriatione verbum usurpatur. Hinc Angli finxerunt suum **stout**, quo hominem audacem et praefidentem indicant." Hactenus vir doctissimus.

[v. 49. ΤΜΩΛΟΥ ΠΕΛΑΤΑΙ. Strabo, XIII. p. 625. Περιοικοῦσι δὲ Λυδοὶ καὶ Μακεδόνες. Casaubonus pro Μακεδόνες legit Μαίονες.]

[Ibid. ΠΕΛΑΤΑΙ. Hesych. Πελάται· οἱ διὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν μισθῷ δουλεύοντες, τρεῖς μίσθαροι (Salmasius et Palmerius λατρεῖς, μίσθαρνοι) ἀπὸ τοῦ πέλας· ἢ θρέμματα. Arrian. in Epictet. IV. 7. Πῶς παῖδές σοι καὶ πελάται διακονῶσι; Eustathius in Iliad. Π'. p. 1120. l. 30. Ὥσπερ καὶ τὸ τοὺς Ἀρκάδας ἔχειν τριάκοντα προσπελατῶν μυριάδας.]

v. 50. ΖΥΓΟΝ ΑΜΦΙΒΑΛΕΙΝ ΔΟΥΛΕΙΟΝ ΕΛΛΑΔΙ. Lege ob metrum δούλιον, ut in Agamemnone, v. 962.

Ἐχὼν γὰρ οὐδεὶς δουλίῳ χρῆται ζυγῷ.

[Vetus poeta Epigrammate in Xerxem:

Perses magnus adest, totus comitatur euntem
Orbis, quid dubitas Graecia ferre iugum?

---

y) v. 9.
z) Il. IX, 249.
a) Il. II, 597.
b) Il. XXI, 455.

Imperium monarchicum sive tyrannicum male audivit apud Graecos, utpote qui ei subditos ducebant pro servis. Sophoclis c) notissimum est hoc, apud Plutarchum in Pompeio, p. 661.

Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται
Κείνου 'στὶ δοῦλος κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.]

v. 51. *ΛΟΓΧΗΣ ΑΚΜΟΝΕΣ.* Alibi d): *ἄκμονα λόγχης.* Callimach. Hymn. in Dian. v. 146. *Τιρύνθιος ἄκμων.* Scholiastes, *ὁ μὴ χαμὼν ἐπὶ τοῖς ἄθλοις.* Hesych. *Ἄκμων, ἀπαθής.* [Ubi Guietus: „Per sync. pro *ἀκάμων*, id est *ὁ ἀκμής."] Hinc *ἄκμων* substantive *incus*, sc. *παρὰ τὸ μὴ κάμνειν ταῖς πληγαῖς.* Plaut. Captiv. V. 1. e) *Statua verberea*, de servo verberone.

v. 52. *ΑΚΟΝΤΙΣΤΑΙ ΜΥΣΟΙ.* Herodotus, armaturas variarum gentium in hac expeditione describens: *Μυσοὶ δὲ ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον κράνεα ἐπιχώρια, ἀσπίδας δὲ μικράς· ἀκοντίοισι δὲ ἐχρέωντο ἐπικαύτοισι.* VII. 74.

Ibid. *ΒΑΒΥΛΩΝ Δ' Η ΠΟΛΥΧΡΥΣΟΣ.* Adi sis Herodotum, I. 192. et Strabonem, XV. p. 735. ubi Homerum Syrorum imperii ignarum fuisse ait, alioqui Babylonis opes silentio non praetermisisset.

[v. 54. *ΣΥΡΔΗΝ. Impetuose.* Euripides Rheso, v. 57.

—— *πρὶν τὸν Ἀργείων στρατὸν*
Σύρδην ἅπαντα τῷδ' ἀναλῶσαι δορί.]

Ibid. *ΝΑΩΝ Τ' ΕΠΟΧΟΥΣ.* Optime hunc locum illustrat vir incomparabilis Isacus Casaubonus, ad Strabon. I. p. 47. „Videtur," inquit, „mirari Eratosthenes qui fieri possit, ut Cydnus Euphratem ac Tigrin medios secet: et merito certe miratur. Nam quae de Rhodani per lacum Lemanum transitu aliisque id genus leguntur, ea minus mira sunt. Miror autem Eratostheni non venisse in mentem commisceri Choaspem Eulaeo, hunc autem Tigridi qui iungitur Euphrati: quare potuit Diotimus Cydnum aliquamdiu *ἀναπλεύσας* alio flumine in Euphratem deferri, et ita postea ad Choaspem pervenire. Atque hoc modo possit fortasse accipi quod ait Herodotus f), Mardonium in Ciliciam venisse e regia Persae, ducentem secum ingentem exercitum, et pedestrem et navalem: quod etiam his verbis significavit Aeschylus:

—— *Βαβυλὼν*
Δ' ἡ πολύχρυσος πάμπλειστον ὄχλον
Πέμπει σύρδην, ναῶν τ' ἐπόχους,
Καὶ τοξουλκῷ λήματι πιστούς.

---

c) Soph. fragm. inc. LIV. Br.
e) V, 1, 31.
d) Pers. v. 51.
f) Herod. l. c.

hoc est, *στρατὸν πεζὸν καὶ ναυτικόν.* Quanquam malim equidem in eiusmodi locis *στρατὸν ναυτικόν* interpretari, aptum ad conscendendas naves: aut naves fuere istae, quas alibi *γομφωτὰς καὶ διαλύτους* vocat." Hactenus vir doctissimus. Eodem sane modo excusandus Sophocles g), qui in Philoctete, non procul ab initio, exercituin Graecorum *ναυτικὸν στράτευμα* appellat, ideo tantum quia in navibus ad Troiam ibant, et in eis ut plurimum morabantur.

[v. 55. *ΛΗΜΑΤΙ. Arte.* Sed Robortelli editio *λήμματι. Τὸ λῆμα* sonat *voluntatem, animi propositum*, a *λῶ, volo. Λῆμμα, argumentum quod assumitur ad probationem. Θούριον λῆμα* pro animo intrepido et ad bellum parato inter paroemias recensetur. *Λῆμμα*, geminato *μ*, a *λάβω* sive *λαμβάνω* derivatur. Etymolog. h) *Λῆμα καὶ λῆμμα· οἷον τὸ θέλημα. Ταύτῃ δὲ διαστέλλεσθαι χρὴ εὐλόγως, τὸ λῆμα τοῦ λήμματος. Τὸ μὲν γὰρ τίθεται ἐπὶ ψυχικοῦ παραστήματος· τὸ δὲ, ἐπὶ τοῦ λαμβανομένου. Καί ἐστι τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ λῶ, τὸ θέλω· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ λήβω, τὸ λαμβάνω. Λῆμμα· κέρδος, θράσος, δύναμις, τόλμημα, ἄξίωμα.*]

[v. 56. *ΜΑΧΑΙΡΟΦΟΡΟΝ.* Schol. *Κοινῶς ἁπάντων Περσῶν.* Intellige acinaces. Herod. VII. 54. *Περσικὸν ξίφος, τὸ ἀκινάκην καλέουσι.* Quin et copidas, quos ut gladii Persici genus memorant Xenoph. i) Cyri Paed. III. et VIII. et Plutarchus in Alexandro. Porro vox *machaerophorus* a Cicerone usurpatur ad Q. fratrem, II. 8. *Machaerophoris centum sequentibus miros risus hos edere.*]

[v. 58. *ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΥΠΟΠΟΜΠΑΙΣ.* Sic Virg. Aen. VII. 752. *Regis missu.* Observante Guellio.]

v. 63. *ΗΜΕΡΟΛΕΓΔΟΝ.* Aristot. Natur. Animal. VI. 21. *Ἔνιοι διϊσχυρίζονται δέκα μῆνας κύειν ἡμερολεγδόν*, hoc est, decem menses continuos. *Ἡμερολεκτεῖν, quotidie numerare.* Scholiastes ad illud Pindari, Pyth. IV. 336.

Λέξατο πάντας ἐπαν-
νήσαις Ἰάσων·

τὸ δὲ λέξατο, inquit, *ἀντὶ τοῦ κατέλεξε καὶ κατελόγισεν, ἢ ἠρίθμησεν. Δημέας πρῶτος λέγει κήδεσι. Καὶ τὸ ὡρολόγιον ὡράριθμόν ἐστιν, ἐν ᾧ τὰς ὥρας ἀριθμοῦμεν.* [Etymol. k) *Ἡμερολεγδὸν· τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐξαριθμεῖν.*]

[v. 65. *ΠΕΠΕΡΑΚΕ ΜΕΝ.* In antistrophica reduximus, quae Cantero monostrophica.

[v. 68. *ΛΙΝΟΔΕΣΜΩι ΣΧΕΔΙΑι.* Virg. Aen. VI. 413. *Cymba sutilis.* Aristides in Panath. meminit navium *λινοδέσμων*, quae sc. ex lino consutae. Inde *conseri, texi, sui*, de

---

g) Soph. Phil. 58.
h) Etym. M. 563, 41.
i) Xen. Cyrop. II, 1, 9. IV, 2, 22.
k) Etym. M. 429, 40.

navibus dixere veteres, et locum quo naves fabricantur *textrinam* appellarunt, auctore Servio [l]). Ovid. Epist. Her. XVI. 110.

Texitur et costis panda carina suis.

Ennius, Frag. Incert. p. 37. [ll])

Idem campus habet textrinam navibus longis.

Nostro in Supplic. v. 140. navis λινορράφὴς δόμος dicitur.]

[v. 70. *ΑΘΑΜΑΝΤΙΔΟΣ ΕΛΛΗΣ.* Ovid. Fast. IV. 903.

Et frustra pecudem quaerens Athamantidos Helles.

Hellespontus nomen habet ab Helle, filia Athamantis, regis Thebarum, quae ibi decidens submersa.]

[v. 71. *ΠΟΛΥΓΟΜΦΟΝ.* Suppl. v. 449.

—— *γεγόμφωται σκάφος.*

Ubi vide quae annotata.]

Ibid. *ΠΟΛΥΓΟΜΦΟΝ ΟΔΙΣΜΑ.* Admirabilem huius pontis structuram Herodotus, VII. 36. describit in hunc modum: *Πεντηκοντέρους καὶ τριήρεας συνθέντες, ὑπὸ μὲν τὴν πρὸς τοῦ Εὐξείνου πόντου, ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας, ὑπὸ δὲ τὴν ἑτέρην τεσσερεσκαίδεκα καὶ τριηκοσίας, τοῦ μὲν πόντου ἐπικαρσίας, τοῦ δ' Ἑλλησπόντου κατὰ ῥόον, ἵνα ἀναχωχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων. Συνθέντες δὲ, ἀγκύρας κατῆκον περιμήκεας, τὰς μὲν πρὸς τοῦ πόντου τῆς ἑτέρης, τῶν ἀνέμων εἵνεκα τῶν εἴσωθεν ἐκπνεόντων· τῆς δὲ ἑτέρης τῆς πρὸς ἑσπέρης τε καὶ τοῦ Αἰγαίου, εὔρου τε καὶ νότου εἵνεκα. Διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν κατέλιπον τῶν πεντηκοντέρων, καὶ τριχοῦ, ἵνα καὶ ἐς τὸν πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, καὶ ἐκ τοῦ πόντου ἔξω. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτειναν ἐκ γῆς στρεβλοῦντες ὄνοισι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα. Οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου δασώμενοι ἐς ἑκατέρην, τέσσερα δὲ τῶν βυβλίνων. Παχύτης μὲν ἦν αὕτη, καὶ καλλονή. Κατὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνεα, τοῦ τάλαντον ἕκαστον εἶλκε. Ἐπεὶ δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, κορμοὺς ξύλων καταπρίσαντες, καὶ ποιήσαντες ἴσους τῆς σχεδίης τῷ εὖρεϊ, κόσμῳ ἐπετίθεσαν κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου. Θέντες δὲ ἐπεξῆς, ἐνθαῦτα αὖτις ἐπεζεύγνυον. Ποιήσαντες δὲ ταῦτα, ὕλην ἐπεφόρησαν· κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῇ ἐπεφόρησαν. Κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντα, καὶ οἱ ἵπποι.* Ioannes Tzetzes, Chiliad. I. 32. [v. 894. sqq.] de Xerxe;

Ἀντὶ μιᾶς γεφύρας δὲ δύο κελεύει ζεῦξαι.
Καὶ δὴ πλαγίας κατὰ ῥοῦν πληρώσαντες ὁλκάδας,
Ἀγκύραις τε στηρίξαντες, ὡς μένειν ἀσαλεύτους,
Ἀπὸ τῆς γῆς ὡς πρὸς τὴν γῆν τὴν ἀντι[ο]πειραῖτιν,

---

l) Serv. ad Aen. XI, 326., ubi est: *texitinum.*

ll) p. 145, Hess. ibiq. annot.

Σχοινους φρικώδεις εἵλκυσαν ἐπάνω τῶν ἁλκάδων,
Ἕνα πρὸς πρῴραις τῶν νεῶν, ἕτερον δὲ πρὸς πρύμναις.
Ὁ πηχυ[ν]αῖος σχοῖνος δὲ, τριτάλαντος ἦν βάρει.
Τούτους a) *ἐντανύσσαντες ἐκ γῆς τῆς ἑκατέρας,*
Ξύλων κρημνοῖς b) *προσήλωσαν, ὡς ἐν ὑποστασίοις.* c)
Οὕτω μὲν ὀχυρώσαντες τὸ ἔδαφος τοῖς σχοίνοις,
Χειραγωγοῖς τὰ πλάγια καὶ κλείσμασι στεῤῥοῦσι·
Μήπως ἐκ τῶν πλαγίων τις εἰς θάλασσαν ἐμπέσοι.
Ἐπεὶ δ' ἄμφω d) *γεγόνασι καὶ γέφυραι ζευχθεῖσαι,*
Πολὺν τὸν χοῦν ἐγχέαντες, ὁρμοῖς τοῖς ἔδαφίτας.
Γαισοῦσι ταύτας ἀκριβῶς.

Isocrates memoriae aeternae relinquendae gratia factum refert, in Panegyr. p. 84. *Βουληθεὶς δὲ τοιοῦτο μνημεῖον καταλιπεῖν, ὃ μὴ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεώς ἐστιν, οὐ πρότερον ἐπαύσατο πρὶν ἐξεῦρε καὶ συνηνάγκασεν ὃ πάντες θρυλλοῦσιν, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας.* **Recte** *ὃ πάντες θρυλλοῦσιν.* **Zosimus, I.** *Ἐζεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος, πόροδον διδοὺς τοῖς πεζῇ διαβαίνουσιν.* **Agathias, IV.** *Οὐδὲ μὲν Ξέρξην ἐκεῖνον τὸν ἱππήλατον μὲν δεικνύντα τὴν θάλατταν.* **Ennius, Annal. XIII.** m)

Pontibus instratis coniunxit littora Xerxes.

Virgilius in Culice, v. 32.

Non Hellespontus pedibus pulsatus equorum,
Graecia cum timuit venientes undique Persas.

Arnob. I. sub init. *Ut ille immanis Xerxes mare terris immitteret, et gressibus maria transiret, nostri nominis effectum est iniuria?* [**Lucan. II. 672.**

—— Fama canit tumidum super aequora Xerxem
Construxisse vias, multum cum pontibus ausus,
Europamque Asiae, Sestonque admovit Abydo:
Incessitque fretum rapidi super Hellesponti
Non Eurum Zephyrumque timens. ——]

v. 72. *ΖΥΓΟΝ ΑΜΦΙΒΑΛΛΩΝ ΑΥΧΕΝΙ ΠΟΝΤΟΥ.* **Oraculum Bacidis in mente habuisse videtur poeta, ab Herodoto proditum, VIII. 20.**

Φράζεο, βαρβαρόφωνον ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
Βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηχάδας αἰγας.

v. 74. *ΠΟΙΜΑΝΟΡΙΟΝ.* **Exercitum.** *Ποιμανόριον* **non ovium tantum gregem esse, sed et populi, monet Eustathius, nostrum laudans, in Iliad. B'. 243.** n) *Τὸ δὲ ποιμὴν λαῶν,*

---

m) Enn. p. 129. Hessel. n) p. 212, 41.
a) insere *οὖν*. b) *χορμοῖς*. c) *ἱπποστασίοις*. d) *Ἄμφω δ' ἐπεὶ*.

ταὐτὸν ὂν τῷ ἀνδρῶν· ποιμάνωρ συνθέτως Αἰσχύλος εἴρηκε, καὶ τὸ τοιοῦτον ποίμνιον, ποιμανόριον. Infra v. 241.

Τίς δὲ ποιμάνωρ ἔπεστι, κἀπιδεσπόζει στρατοῦ;

Hesych. *Ποιμάνωρ· ποιμὴν, ἢ βασιλεύς.* [Male, ut mihi quidem videtur, alii *ποιμάντωρ* legunt. Gloss. Latinogr. *Ποιμαίνω· ἐπὶ ἀνθρώπων, rego.* Atque hinc allegorissat historiam Gygis, nempe quod pastor fuisse perhibeatur quia imperator, Ioannes Tzetzes, Chiliad. I. 3.

Ποιμὴν ὁ Γύγης λέγεται τῷ στρατηγὸς τυγχάνειν.]

v. 76. *ΠΕΖΟΝΟΜΟΙΣ, ΕΚ ΤΕ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.* Hoc iter exercitus Herodoto describitur, VII. 55.

v. 79. *ΕΦΕΤΑΙΣ.* Hesychius, *Ἐφέτας· τοὺς ἡγεμόνας τῶν Περσῶν, καταχρηστικῶς.*

Ibid. *ΧΡΥΣΟΓΟΝΟΥ ΓΕΝΕΑΣ.* Praestat haec lectio; quam et secutus est Lycophron in Cassandra, de eodem Xerxe, v. 1413.

Ἀλλ' ἀντὶ πάντων Περσέως ἓνα σπορᾶς
Στελεῖ γίγαντα, τῷ θάλασσα μὲν βατὴ
Πεζῷ ποτ' ἔσται.

Herodotus, VII. 61. *Ἐκαλέοντο δὲ* (Persae) *πάλαι ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Κηφῆνες, ὑπὸ μέν τοι σφέων αὐτέων καὶ τῶν περιοίκων Ἀρταῖοι. Ἐπεὶ δὲ Περσεὺς ὁ Δανάης τε καὶ Διὸς ἀπίκετο παρὰ Κηφέα τὸν Βήλου, καὶ ἔσχε αὐτοῦ τὴν θυγατέρα Ἀνδρομέδην, γίνεται αὐτῷ παῖς ᾧ οὔνομα ἔθεντο Πέρσην. Τοῦτον δὲ αὐτοῦ καταλείπει. Ἐτύγχανε γὰρ ἄπαις ἐὼν ὁ Κηφεὺς ἔρσενος γόνου. Ἐπὶ τούτου δὲ ἐπωνυμίην ἔσχον.* [Notissima fabula. Iupiter amore captus Danaes auro similis in gremium eius e tholo defluxit, et virginem compressit, ex qua natus Perseus, inde Persae.]

v. 81. *ΚΥΑΝΕΟΝ Δ' ΟΜΜΑΣΙ ΛΕΥΣΣΩΝ.* [Ovid. Met. XII. 13.

Serpere coeruleum Danai videre draconem.

Porro hos versus] anapaestos esse non animadvertit Canterus.

[v. 83. *ΠΟΛΥΧΕΙΡ.* Thucyd. III. 96. *Ἐπειδὴ ὁ στρατὸς ἐσεβεβλήκει, πολλῇ χειρὶ ἐπεβοήθουν πάντες.* Ita Horat. Serm. I. 4. o) *Multa manus poetarum.* Iulius Pollux, Onomast. II. 4. *Χεὶρ στρατιωτικὴ, καὶ πολλῇ χειρὶ, πολύχειρ, καὶ πολυχειρία.*]

[v. 84. *ΣΥΡΙΟΝ Θ' ΑΡΜΑ.* Pro *Assyrio*, sicut monet interpres Graecus. Herodot. VII. 63. de Assyriis verba faciens: *Οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι, ὑπὸ δὲ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν.* Strabo, XVI. p. 737. *Οἱ δ' ἱστοροῦντες τὴν Σύρων ἀρχὴν, ὅταν φασὶ Μήδους μὲν ὑπὸ Περσῶν καταλυθῆναι, Σύρους δὲ ὑπὸ Μήδων, οὐκ ἄλλους τινὰς τοὺς Σύ-*

o) I, 1, 141.

φους λέγουσιν, ἀλλὰ τοὺς ἐν Βαβυλῶνι, καὶ Νίνῳ κατεσπευασμένους τὸ βασίλειον. [Suidas, *Ἀσσύριοι· οὗτοι ἐκλήθησαν ἀπό τινος γίγαντος ὀνόματι Σύρου, ἐξ οὗπερ ἔλαβε τὴν ἐπωνυμίαν ἡ χώρα· ἀπὸ δὲ Ἀσσυρίων καὶ Σύροι προσηγορεύθησαν. Ἢ ἀπὸ τοῦ Ἀσσοὺρ τοῦ υἱοῦ Σὴμ τοῦ υἱοῦ Νῶε; Ἔστις Ἀσσοὺρ ἔκτισε πρῶτος πόλιν μεγάλην τὴν μετονομασθεῖσαν Νινευέ. Οἱ δὲ Ἀσσυρίους φασὶ τοὺς Ἥρωας.*]

v. 85. *ΕΠΑΓΕΙ ΔΟΥΡΙΚΛΥΤΟΙΣ ΑΝΔΡΑΣΙ ΤΟΞΟΔΑΜΝΟΝ ΑΡΗΝ.* Contra Graecos, qui hastis in pugna usi sunt, adducit Persas, quibus arcus et sagittae praecipua armatura. Sic mox v. 147.

Πότερον τόξου ῥῦμα τὸ νικῶν,
Ἢ δορυκράνου
Λόγχης ἰσχὺς κεκράτηκεν.

Herodotus Persarum arma recensens, VII. 61. *Αἰχμὰς δὲ*; inquit, *βραχέας ἔχον, τόξα δὲ μεγάλα, διϊστοὺς δὲ καλαμίνους.* Et apud eundem V. 49. Aristagoras: *Ἥ τε μάχη αὐτέων ἐστὶ τοιήδε· τόξα καὶ αἰχμὴ βραχέα.* Ubi tamen in describendo arcu Persico parum inter se conveniunt Aristagoras et Herodotus, quem hic brevem, ille magnum dicit. Sub gerris et scutis ex humeris pendere pharetras discimus ex eodem Herodoto, VII. 61. *Ὑπὸ δὲ φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο.* Strabo, XV. p. 734. *Παρὰ δὲ τὰς φαρέτρας καὶ σαγάρεις ἔχουσι.* Rursus ibid. *Ἔχει δ' ἕκαστος τόξον καὶ σφενδόνην.*

[v. 86. *ΤΟΞΟΔΑΜΝΟΝ.* Ita Diana τοξόδαμνος dicitur ἐπιθετικῶς παρὰ Διφίλῳ. Eustath. p) in Odyss. *Λ'*. 173.]

v. 90. *ΑΜΑΧΟΝ ΚΥΜΑ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.* Audacioti metaphora; ut et in Sept. cont. Theb. v. 64.

Βοᾷ γὰρ κῦμα χερσαῖον στρατοῦ.

Et v. 116.

Κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν
Δοχμολόφων ἀνδρῶν
Καχλάζει πνοαῖς
Ἄρεος ὀρόμενον.

Cicero ad Atticum, VII. 4. *Fluctum enim totius barbariae ferre urbs una non poterat.*

v. 91. *ΑΠΡΟΣΟΙΣΤΟΣ.* Hesychius, *ἀπρόσοιτος*, (lege *ἀπρόσοιστος*) *ἀνυπομόνητος.*

v. 92. *ΑΛΚΙΦΡΩΝ.* Eustath. q) ad Il. *B'*. 45. *Ἀλκίφρων, ὅτι τὸν ἀνδρεῖον καὶ φρόνιμον σημαίνει παρὰ τὸ ἀλκὴν καὶ τὴν φρένα.*]

v. 93. *ΔΟΛΟΜΗΤΙΝ Δ' ΑΠΑΤΑΝ ΘΕΟΥ.* Vacillanti, an potius sententiam de inferendo Graeciae bello revocaturo, Xerxi bis apparuit quidam in somniis, minitans ni extemplo

---

p) Eust. ad Od. XI, p. 1678, 47. q) Eust. ad Il. III, p. 380, 42.

iniret expeditionem, eam brevi humilem evasurum. Idem et Artabano visus est regali in solio dormienti, obiurgavitque illum, utpote qui Xerxem distineret, et quod fatale esset contingere dissuaderet. Hoc, quod a Persis ferri testis est Herodotus, VII. 12. respiciunt haec chori verba; ut et quae mox sequuntur, v. 102.

Θεόθεν γὰρ κατὰ μοῖρ' ἐ-
κράτησε τὸ παλαι-
ὸν, ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις
Πολέμους πυργοθαίκτους
Διέπειν.

Sic etiam Artabanus apud Herodotum, VII. 18. *Ἐπεὶ δὲ δαιμονίη τις γίνεται ὁρμὴ, καὶ Ἕλληνας, ὡς ἔοικεν, φθορή τις καταλαμβάνει θεήλατος.* Et paulo post: *Σὺ δὲ σήμαινε μὲν Πέρσῃσι τὰ ἐκ θεοῦ πεμπόμενα.* Porro de belli eventu dubitant senes nostri, nec immerito; quot enim praelia monitu simili, sed tamen infelici exitu, suscepta memorant veteres? Notissima est fabula Homerica Iliad. *B'*. 26. *Somnium* (ut a Macrobio refertur in Somn. Scip. I. 7.) *a Iove, ut dicitur, missum ad conserendum futuro die cum hostibus manum, sub aperta promissione victoriae spem regis animavit: ille, velut divinum secutus oraculum, commisso praelio, amissis suarum plurimis, vix aegreque in castra remeavit.* Verba, quibus promissa videbatur victoria, haec erant:

—— Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,
Ὅς σευ ἄνευθεν ἐὼν μέγα κήδεται, ἠδ' ἐλεαίρει.
Θωρῆξαί σε κέλευσε καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς
Παντυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἕλοις πόλιν εὐρυάγυιαν
Τρώων. ——

Ambiguitatem constituit Eustathius in voce *νῦν*, quod non *σήμερον*, sed *κατὰ τὸ παρὸν δέκατον ἔτος* interpretari debuit: Macrobius in voce *παντυδίῃ, omnibus cum copiis*; quod factum non est, neque enim prodit Achilles. Haec est illa *δολόμητις ἀπάτη θεοῦ*, quam mortales evitare non posse chorus asserit; quae amica et blandiens inducit eos in laqueos inextricabiles: quam tamen, cum fallax videri nequit, *δικαίαν* alicubi appellat Aeschylus noster. Eustath. in Iliad. *B'*. l. c. *ὅτι δέ ἐστιν οὐ μόνον κακὴ ἀπάτη, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ, Αἰσχύλος δηλοῖ, εἰπών,*

Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.

[v. 97. *ΦΙΛΟΦΡΩΝ ΓΑΡ ΣΑΙΝΟΥΣΑ.* Infra, v. 744.

Ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις, αὐτὸς κὐ θεὸς συνάπτεται.

Deus quos perdere vult dementat. Et v. 726.

—— γνώμης δέ που τις δαιμόνων συνήψατο.]

[v. 99. *ΕΣ ΑΡΚΥΣΤΑΤΑ.* Proverbiale loquendi genus. Euripides in Hippolyt. v. 779.

—— *χρεμπτοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη.*

Et Iph. Taur. v. 77.

Ὦ Φοῖβε, ποῖ μ' ἔν τήνδ' ἐς ἄρκυν ἤγαγες
Χρήσας; ——

Noster in Eumenid. v. 112.

Καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων
Ὤρουσεν, ——

Hesych. *Ἀρκύτατα·* (Salm. *Ἀρκύστατα*) *αἱ τόποι ἔνθα αἱ ἄρκυες πήγνυνται.*]

v. 102. *ΘΕΟΘΕΝ ΓΑΡ.* Ita antistrophica reduximus. [Infra, v. 159.

Εἴτι μὴ δαίμων παλαιὸς νῦν μεθίστηκε στρατῷ.]

[v. 106. *ΚΛΟΝΟΥΣ.* Hesychius, *Κλόνος, ταραχὴ πολέμου.* Noster Agamemn. v. 411.

Λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀσπίστορας
Κλόνους λογχίμους τε καὶ
Ναυβάτας ὁπλισμούς.]

[v. 108. *ΕΜΑΘΟΝ.* Schol. pro *μαθεῖν ἐποίησαν.*]

v. 109. *ΠΟΛΙΑΙΝΟΜΕΝΗΣ.* Apollon. I. 645.

—— *μαχραὶ δ' αἰὲν ἐλευκαίνοντο κέλευθοι.*

Virgil. Georg. III. 237.

Fluctus ut in medio coepit cum albescere ponto.

[Ubi vide sis virum cl. Germ. Val. Guellium.]

v. 111. *ΠΟΝΤΙΟΝ ΑΛΣΟΣ.* Ut Cicero in Arateis [r], v. 129.

—— Neptunia prata secantes.

[v. 112. *ΠΙΣΥΝΟΙ.* Hesych. *Πίσυνοι: πεποιθότες, πεπιστευκότες.* Sept. Theb. v. 218. *Πίσυνος θεοῖς.*]

Ibid. *ΠΕΙΣΜΑΣΙ. Πείσματα* exponente Suida sunt *τὰ ἀγκύρεια σχοινία, παρὰ τὸ πείθεσθαι δι' αὐτῶν τὴν ναῦν.*

v. 114. *ΜΕΛΑΓΧΙΤΩΝ.* Sic Choeph. v. 9. *Φάρεσιν μελαγχίμοις.* Virg. Aeneid. IX. 719.

Immisitque fugam Teucris atrumque timorem.]

[v. 115. *ΦΡΗΝ ΑΜΥΣΣΕΤΑΙ ΦΟΒΩι.* Ex Homerico illo adumbratum monet interpres Graecus, Iliad. *Α'*. 243.

—— *σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις.*

Ubi Scholiastes Homericus, *ἀμύξεις· σπαράξεις, πληγήσῃ* Noster infrà v. 161.

Καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς.

---

r) v. 873. Orell.

Cicero ad Attic. III. 48. *Lacerat me meus moeror.*]

v. 116. *ΟΛ. Περσικὸν θρήνημα* vocat Scholiastes: idem est sane quod Hebraeis מגפה.

[v. 121. *ΟΛ ΤΟΥΤ' ΕΠΟΣ.* Eumen. v. 518.

Τοῦτ' ἔπος θροούμενος
Ἰὼ δίκα.]

[v. 123. *ΑΙΠΥΩΝ.* Schol. pro *ἀπύσει*, participium pro verbo.]

[v. 124. *ΒΥΣΣΙΝΟΙΣ ΕΝ ΠΕΠΛΟΙΣ.* Sept. Theb. v. 1047.

Κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος.]

Ibid. *ΠΕΣΗι ΛΑΚΙΣ.* Hesych. *Λαχίς· ῥαχὰς, ἐμβολὴ, ῥαφὴ, τραῦμα, σχίσμα.* Noster infra v. 837.

Κακῶν ὑπ' ὀλίγους λαχίδες ἀμφὶ σώματι
Στιμοφλαγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων.]

Etiam apud Persicas mulieres in summo luctu vestes scindere moris erat: ita Diodorus Siculus, XVII. [s]) p. 580. post Darium victum, mulieres *τὰς ἐσθῆτας περιῤῥιπτούσας, μετ' ὀδυρμῶν, ἐκ τῶν σκηνῶν* excessisse tradit: Curtius, III. [t]) *Ingens circa eam nobilium foeminarum turba constiterat, laceratis crinibus, abscissaque veste, pristini decoris immemores*, etc. Confirmatur Ctesiae verbis quae ab Hesychio proferuntur: *Σάραπις*, inquit Hesychius [u]), *Περσικὸς χιτὼν, μεσόλευκος, ὡς Κτησίας, Καὶ διαῤῥηξαμένη τὸν σάραπιν, καὶ τὰς τρίχας καθειμένη ἐτέλετό* [x]) *τε καὶ βοὴν ἐποίει. Καλεῖται δὲ καὶ ὁ Πλάτων οὕτως.* Corrigenda obiter haec postrema, et pro *Πλάτων* legendum *Πλούτων*. Vide Euseb. Praepar. Evangel. IV. 12. Porro abscissis vestimentis lugubria induebant mulieres Persicae. Curtius, [y]) X. 5. *Ad Darii quoque matrem celeriter perlata est; abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumpsit.* Ita et Diodorus Siculus mulierem Persicam *πένθιμον ἐσθῆτα* sumpsisse narrat lib. XI. [z]) p. 271.

v. 128. *ΣΜΗΝΟΣ ΩΣ ΕΚΛΕΛΟΙΠΕ ΜΕΛΙΣΣΩΝ.* Pulcherrima haec similitudo de apibus regem comitantibus ex Homero deprompta est Iliad. *B'*. 85.

— πεῖθόντό τε ποιμένι λαῶν
Σκηπτοῦχοι βασιλῆες· ἑπεσσεύοντο δὲ λαοί·
Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων,
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν·
Αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα.

---

s) cap. 36.
t) III, 11, §. 26.
u) II, p. 1152.
x) ἐτίλλετο. cf. Pitisc. ad Curt. l. c.
y) X, 5, §. 19.
z) XI, c. 57.

Xenoph. Institut. Cyr. V. a) p. 118. *Ἢν δέ που ἐξίῃ* (apum rex) *εὐδαιμία αὐταῦ ἀπολείπεται, οὕτω δεινός τις ἔρως αὐταῖς τοῦ ἄρχεσθαι ἐγγίγνεται.* Virgil. Georg. IV. 215.

—— illum admirantur, et omnes
Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes.

[Apostolius in proverbio, *Εἰς μελίττας ἐκώμασας. Ἐὰν δέ*, inquit, *ᾖ λῴϊον ταῖς μελίτταις μεταστῆναι, τηνικαῦτα καὶ ὁ ἄρχων ἀπαλλάττεται· καὶ ἐὰν μὲν ἔτι νέος ᾖ, ἡγεῖται, αἱ δὲ λοιπαὶ ἄγονται· ἐὰν δὲ πρεσβύτερος, φοράδην ἔρχεται κομιζουσῶν αὐτὸν μελιττῶν ἄλλων.*]

[v. 129. *ΣΥΝ ΟΡΧΑΜΩι.* Hesychius, *Ὄρχαμος· βασιλεὺς, ἡγεμών.* Idem, *Ἐσσήν· βασιλεὺς ἡγεμών.* Etymologici b) auctor, *Ἐσσήν· ὁ βασιλεὺς ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ.*

Οὔ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλιν (l. πάλοι) θέσαν. ——

Extat in Hymno Iovis, v. 66. Atqui *τὸ ἐσσήν* proprie de rege apum dici monet Scholiastes Callimachi, *Ἐσσὴν*, inquit, *κυρίως ὁ βασιλεὺς τῶν μελισσῶν.* Gallice *un essein*, quanquam aliud significat, nempe favum, inde videtur ortum.]

[v. 132. *ΠΡΩΝΑ.* Hesychius, *Πρώονες· οἱ ἐκνευκότες τόποι εἰς ὄρη.* Etymolog. c) *Πρῶνες, οἱ ὑψηλοὶ τόποι· παρὰ τὴν πρόθεσιν καὶ τὴν ἰὼν μετοχὴν γίνεται προϊὼν καὶ προών· καὶ κατὰ συναίρεσιν, πρών. Κλίνεται πρωνός.*]

[v. 133. *ΛΕΚΤΡΑ Δ' ΑΝΔΡΩΝ ΠΟΘΩι ΠΙΜΠΛΑΝΤΑΙ ΔΑΚΡΥΜΑΣΙ.* Eurip. Alcest. v. 181.

—— *πᾶν δὲ δέμνιον*
Ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται πλημμυρίδι.]

[v. 139. *ΜΟΝΟΖΥΞ.* Onomastic. *Iugale vinculum. Συζυγία*, id est, copula matrimonii, in quo maritus et uxor velut unum iugum trahunt. Inde *συζυγεῖς, coniuges*, 3 Macchab. IV. 8. *Νεοζυγές, novae nuptae*, Apollon. Rhod. Argonaut. IV. 1191. Hesych. *Ὁμόζυγος· γαμετή.* Idem, *Λιποζύγων· μοναζόντων.* Suidas, *Ἄζυξ, ὁ μὴ συνεζευγμένος γάμῳ, nondum coniugio astrictus.*]

[v. 140. *ΑΛΛ' ΑΓΕ.* Virg. Georg. II. 35.

Quare agite. ——

Ubi vir doctissimus Germanus Valens Guellius: „Ut Graeci *ἄγετε*. Notandum tamen *age* exhortationis vocem etiam Latinos ad plures usurpare, ut *ἄγε* Graecos. Hom. d)

Ἀλλ' ἄγε μοι δότε νῆα. ——

Et Odyss. e) Θ'.

---

a) V, 1, §. 24.; sed paullum discrepant Xenophontis verba.
b) Etym. M. p. 383, 27.
c) Etym. M. p. 692, 37.
d) Od. II, 212.
e) VIII, 250.

Ἀλλ' ἄγε Φαιήκων ῥητάρμονες. —

Admonet quoque Eustathius[f]) *agite* pro *age* etiam poni. Et Etymolog. g) *Ἀλλ' ἄγετε. Τὸ ἄγετε ῥῆμά ἐστιν ἢ ἐπιῤῥήμα; καὶ λέγομεν ἐπιῤῥήμα.*]

[v. 143. *ΧΡΕΙΑ ΔΕ ΠΡΟΣΗΚΕΙ.* Schol. *δέ* pro *γάρ*, quod et supra monuit ad Sept. Theb. v. 297.]

[v. 146. *ΓΕΝΟΣ ΑΜΕΤΕΡΟΝ, κ. τ. λ.* Duo tantum sunt versus, ut in Turnebi editione,

Γένος ἀμέτερον· πότερον τόξου
Ῥῦμα τὸ νιχῶν, ἢ δορυχράντου
Δόγχης, κ τ. λ.]

v. 147. *ΤΟΞΟΥ ΡΥΜΑ.* Schol. *Ἡ ὁρμὴ τοῦ τόξου.* Hesych. *Ῥυμή· ὁρμή.* Iul. Pollux, Onomast. I. 10. *Ἐρεῖς δὲ ἐκ τόξου ῥίματος ἦν ἡ μάχη.* Interpres: *dicis quoque arcuum iactu pugnabatur.* Forsan vero legendum *ἐκ τόξου ῥύματος.*]

[v. 150. *ΘΕΩΝ ΙΣΟΝ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣ ΦΩΣ.* Non minus nobis venerabilis quam sol et alia lumina. Plin. [Hist. nat.] II. 5. *Inde tot stellarum collucentium illos oculos.* Vel potius *ἰσόθεον*, quippe *τὸ ὀφθαλμοῖς παρέλκειν* videtur. Quod et alibi monitum.]

v. 152. *ΒΑΣΙΛΕΙΑ Δ' ΕΜΗ, ΠΡΟΣΠΙΠΤΝΩ.* Moris erat apud Persas ut regem adeuntes proni adorarent, priusquam in congressum colloquiumve venirent. Tithraustes apud Aelianum, Var. Hist. I. 21. *Νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Πέρσαις τὸν εἰς ὀφθαλμοὺς ἐλθόντα τοῦ βασιλέως, μὴ πρότερον λόγου μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν.* Euripides in Oreste, v. 1509.

Προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπεσών.

Q. Curtius,[h]) VIII. 5. *Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare, prosternentes humi corpora.* Valerius Max.[i]) VII. 3. de sex Persis, qui regnum Dario, equi hinnitu victi, addixerunt: *Auditoque eo sex reliqui summae potestatis candidati, continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutaverunt.* Huius vero legis rationem reddit Artabanus Persa, apud Plutarch.[k]) in Themistocle, p. 125. *Ἡμῖν*, inquit, *πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστι [τό τε] τιμᾶν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα Θεοῦ τοῦ [τὰ] πάντα σώζοντος·* regi divinum cultum impendebant, tanquam imagini cuncta conservantis Dei.

[v. 153. *ΠΡΟΣΦΘΟΓΓΟΙΣ.* Hesychius, *Προσφθέγγεται· ἀσπάζεται.* Schol. *Πρέπει χαιρετίσαι αὐτήν.*]

---

f) Eust. ad Od. p. 1898, 4. 1694, 48.
g) Etym. M. p. 66, 44.
h) VIII, 5, §. 6.
i) VII, 3. ext. §. 2.
k) Plut. Them. c. XXVII.

v. 155. *ΧΟ. Ω ΒΑΘΥΖΩΝΩΝ.* Cum continuetur oratio, delendum videtur personae nomen, *Χορός*. Mulieres Persicas Scholiastes *βαθυζώνους* appellatas tradit, *διὰ τὸ χρυσοστὰς ζώνας ἔχειν*, id est, zonas fimbriis seu villis praetextas; Hesychius namque *χρυσσούς* esse dicit *τὰ κάτω τῶν ἱματίων τὰ ῥαμματώδη*, et alias: *χρυσσοὺς, τὰ κατώτατα τῶν ἱματίων.* Plato [l]) in Alcibiade, p. 123. magnae fertilisque regionis meminit, quam incolae *zonam reginae* nuncuparunt: et Athenaeus, [m]) l. 25. de Antylla urbe verba faciens, *ἧς*, inquit, *τοὺς φόρους οἱ τότε βασιλεῖς Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ζώνας.* Quippe Persarum reges uxoribus regiones certas attribuebant, ex quarum reditu mundum sibi pararent, teste Cic. in Verr. III. 33. *Haec civitas*, inquit, *mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines.* Istae vero regiones ad ornatum reginae suppeditandum destinatae, ab unaquaque mundi muliebris specie appellationem sortitae erant. [Hesych. *Βαθύζωνοι· εἰς βάθος ζωννύμενοι τοὺς χιτοὺς* (id est, laxos) *χιτῶνας.* Idem, *βαθυζώνους· ἐν βάθει ζωννυμένας.*]

v. 157. *ΘΕΟΥ ΜΕΝ ΕΥΝΑΤΕΙΡΑ.* [Tale est, monente Guellio, Virgilianum illud, Aen. IX. 642.

Diis genite, et geniture Deos. ——]

Tzetzes, Chil. VII. 186. [nn])

Ἀσσύριοι καὶ Πέρσαι [γὰρ] τοὺς βασιλεῖς θεοῦσιν,
Ὡς καὶ Αἰσχύλος δράματι Πέρσαις δεικνύει τοῦτο·
Ἄτοσσαν θέλων γὰρ εἰπεῖν σύγγονον βασιλέως,
Μητέρα βασιλέως τ' [τε] ὁμοίως εἶπεν οὕτω,
Θεοῦ Περσῶν εὐνάτειρα, θεοῦ τε μήτηρ ἔφυς.

Cleo apud Curt. VIII. [n]) *Persas quidem non pie solum, sed etiam prudenter reges suos inter Deos colere: maiestatem enim imperii salutis esse tutelam.*

v. 158. *ΕΙΤΙ ΜΗ ΔΑΙΜΩΝ ΠΑΛΑΙΟΣ ΝΥΝ ΜΕΘΕΣΤΗΚΕ ΣΤΡΑΤΩι. Nisi pristina felicitas migravit ab exercitu. Παλαιὸς δαίμων* hic et *μοῖρα— τὸ παλαιὸν* v. 102. eodem videntur pertinere, ut et Scholiastes exponit, sc. *εὐδαιμονία.*

Ibid. *ΜΕΘΕΣΤΗΚΕ.* Hesychius, *Μεθέστηκε· ἀφέστηκε, μετῆλθε*, hunc locum, ut videtur, respiciens, et duplicem interpretationem innuens, utroque modo satis commode intelligi potest.

v. 159. *ΧΡΥΣΕΟΣΤΟΛΜΟΥΣ ΔΟΜΟΥΣ.* Et supra, v. 3.

Καὶ τῶν ἀφνειῶν καὶ πολυχρύσων
Ἑδράνων φύλακες. ——

---

l) Plat. Alcib. I. p. 122. B.
m) Athen. I, p. 33. F.
n) Curt. VIII, 5, §. 11.
nn) Tzetz. Chil. VII, v. 558.

Dio Chrysost. Or. II. de Regno, p. 27. *Αὐλὴν τῶν Ἀσιαγενῶν βασιλέων* fuisse *πολυχρήματον* et *πολύχρυσον* ait. Quin etiam auream regis Persarum domum *χρυσοῦν βασιλέως οἶκον* praedicat Lucian. o) in lib. *Περὶ Οἴκου*, c. 6. cuius Arsacidas conditores facit: meminit et Philostr. de Imag. p) in Themist. tabula.

[v. 164. *ΟΛΒΟΝ ΟΝ ΔΑΡΕΙΟΣ ΗΙΡΕΝ.* Magnas opes Xerxi reliquit pater eius Darius: de Xerxe Daniel propheta, XI. 2. *Et quartus ditabitur opibus nimiis super omnes; et cum invaluerit divitiis suis, concitabit omnes adversus regnum Graeciae.* Adeo ut *Δαρείου πλοῦτος* in proverbium transiverit. Synesius, libro de Regno, *Πλούτου θημῶναι ὑπὲρ τὸν πάλαι Δάρειον: opum cumuli maiores, quam Darius ille vetus obtinuerit.*]

[Ibid. *ΟΥΚ ΑΝΕΥ ΘΕΩΝ ΤΙΝΟΣ.* Proverbialis locutio. Sic Euripid. in Bacchis, v. 762.

—— κἀπενώτισαν φυγῇ
Γυναῖκες ἄνδρας, οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.

Pindarus q), Pyth. V. 102. *Οὐ θεῶν ἄτερ.* Et Horat. Od. III. 4. r)

Non sine Diis animosus infans.

Sic *Οὐκ ἀθεεί. οὐκ ἄνευ θεοῦ, ἢ οὐ χωρὶς θαύματος* Hesych.]

[v. 169. *ΟΜΜΑ ΓΑΡ ΔΟΜΩΝ.* Plautus Pseudolo, I. 2. 46.

Ubi isti sunt, quibus vos oculi estis, quibus vitae, quibus Deliciae estis. ——

Porro ad Homericum illud, Odyss. *P'*. 320.

Δμῶες δ' εὖτ' ἂν μηκέτ' ἐπικρατέωσιν ἄνακτες
Οὐκέτ' ἔπειτ' ἐθέλουσιν ἐναίσιμα ἐργάζεσθαι.

Vir cl. D. Iacobus Duportus, in Gnomolog. Homerica: „Hic est *ὀφθαλμοδουλεία* quam damnat doctor gentium. Sed nimirum ita plerumque fit. Qu. Cal. XII. s)

—— πολὺ λώϊον ἄνδρες
Ἔργῳ ἐποίχονται, ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτες.

Theocr. Idyll. XXV. t)

Ὥς που καὶ βασιλεῦσιν ἐείδεται ἐν φρεσὶν ᾗσιν
Αὐτοῖς κηδομένοισι σαώτερος ἔμμεναι οἶκος.

Contra Plaut. u) Amphitr.

Ubi summus imperator non adest ad exercitum,
Citius quod non facta 'st usus fit, quam quod [non] facto st opus.

Aesch. Pers. v. 169.

---

o) Lucian. vol. III, p. 193.
p) II, 32. p. 856. Olear.
q) Pyth. V, 76. Bkh.
r) III, 4, 20.
s) Quint. XII, 342.
t) Theocr. XXV, 58.
u) Plaut. Amph. I, 3, 6.

Ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν.

Huc spectat notum illud Persae cuiusdam apophthegma: *οὐδὲν οὕτω πιάνει τὸν ἵππον ὡς βασιλέως* (seu *δεσπότου*) *ὀφθαλμός*. Extat apud Aristot. Oeconom. I. et Plut. *Περὶ παίδων ἀγωγῆς* x). Quin et hodie etiam in lingua nostra vernacula in adagium cessit *oculus domini saginat equum*. Huc porro pertinet illa historia de equite quodam Romano, qui a Censoribus, Scipione Nasica et M. Popilio, interrogatus, cur ipse pinguis adeo et obesus equum haberet tam strigosum et macilentum, respondit: *quoniam ego me curo, equum Statius meus* (servus.) A. Gell. IV. 20." Hactenus vir doctissimus.]

[v. 174. *ΜΗΤ' ΕΠΟΣ ΜΗΤ' ΕΡΓΟΝ.* Proverbium. Sic *ἁμ' ἔπος ἁμ' ἔργον.*]

[Ibid. *ΑΝ.* Robortelli editio, *ὡς.*]

v. 176. *ΝΥΚΤΕΡΟΙΣ ΟΝΕΙΡΑΣΙ.* Scholiastes Aristophanis in Ran. v. 1060. *Περίφοβός ἐστιν ἡ μήτηρ Ξέρξου ἐξ ὀνείρου τινός.*

v. 178. *ΙΑΟΝΩΝ ΓΗΝ.* Et v. 1030. *Ἰαόνων λαὸς οὐ φυγάλμας. Iaones* dicti Graeci a barbaris; nempe ut in sacris literis dictae insulae *Iavan*. Schol. Aristoph. in Acharn v. 104. *Ἰαονας δὲ ἀντὶ τοῦ Ἀθῆναι, Ἴωνες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου.* Hesych. *Ἴωνες* (lege *Ἰάονες*, ut postulat literarum ordo) *Ἀθηναῖοι, οἱ Ἴωνες, ἀπὸ Ἴωνος, καὶ οἱ ἄποικοι αὐτῶν. Ἔνιοι καὶ τοὺς Θρᾷκας, καὶ Ἀχαιοὺς, καὶ Βοιωτοὺς Ἕλληνας.*

v. 181. *ΕΔΟΞΑΤΗΝ ΜΟΙ ΔΥΟ ΓΥΝΑΙΚ'.* Ex hoc adumbratum videtur Europae somnium apud Moschum, Idyll. II. 8.

Ὧίσατ' ἠπείρους δοιὰς περὶ εἷο μάχεσθαι,
Ἀσιάδ' ἀντιπέρην τε· φυὴν δ' ἔχον οἷα γυναῖκες.
Τῶν δ' ἡ μὲν ξείνης μορφὴν ἔχεν· ἡ δ' ἄρ' ἐφίκει
Ἐνδαπίη. ——]

v. 182. *ΗΣΚΗΜΕΝΗ.* Hesychius, *Ἀσκήσας· κοσμήσας, κατασκευάσας.*

v. 183. *ΔΩΡΙΚΟΙΣΙΝ.* Dores solebant, praecipue virgines, discinctae, et sine tunica quandoque incedere; unde proverbium *Dorice incedere* in eos, qui depositis vestibus magna ex parte nudi incedunt.]

[v. 187.: *Η ΔΕ ΒΑΡΒΑΡΟΝ.* Ad Virgilianum illud, Aen. II. 504.

Barbarico postes auro. ——

Vir cl. Germanus Valens Guellius: „Auro barbarico Turnebus interpretatur ex illo Horatii, Epist. I. 2. y)

Graecia barbariae lento collisa duello.

---

x) Plutarch. d. educ. libr. p. 9. D.

y) I, 2, 7.

iniret expeditionem, eum brevi humilem evasurum. Idem et Artabano visus est regali in solio dormienti, obiurgavitque illum, utpote qui Xerxem distineret, et quod fatale esset contingere dissuaderet. Hoc, quod a Persis ferri testis est Herodotus, VII. 12. respiciunt haec chori verba; ut et quae mox sequuntur, v. 102.

Θεόθεν γὰρ κατὰ μοῖρ' ἐ-
κράτησε τὸ παλαι-
ὸν, ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις
Πολέμους πυργοδαΐκτους
Διέπειν.

Sic etiam Artabanus apud Herodotum, VII. 18. *Ἐπεὶ δὲ δαιμονίη τις γίνεται ὁρμὴ, καὶ Ἕλληνας, ὡς ἔοικεν, φθορή τις καταλαμβάνει θείλατος.* Et paulo post: *Σὺ δὲ σήμαινον μὲν Πέρσῃσι τὰ ἐκ θεοῦ πεμπόμενα.* Porro de belli eventu dubitant senes nostri, nec immerito; quot enim praelia monitu simili, sed tamen infelici exitu, suscepta memorant veteres? Notissima est fabula Homerica Iliad. *B'*. 26. *Somnium* (ut a Macrobio refertur in Somn. Scip. I. 7.) *a Iove, ut dicitur, missum ad conserendum futuro die cum hostibus manum, sub aperta promissione victoriae spem regis animavit: ille, velut divinum secutus oraculum, commisso praelio, amissis suarum plurimis, vix aegreque in castra remeavit.* Verba, quibus promissa videbatur victoria, haec erant:

—— Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,
Ὅς σευ ἄνευθεν ἐὼν μέγα κήδεται, ἠδ' ἐλεαίρει.
Θωρῆξαί σε κέλευσε κάρηκομόωντας Ἀχαιοὺς
Παννυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἕλοις πόλιν εὐρυάγυιαν
Τρώων. ——

Ambiguitatem constituit Eustathius in voce *νῦν*, quod non *σήμερον*, sed *κατὰ τὸ παρὸν δέκατον ἔτος* interpretari debuit: Macrobius in voce *παννυδίῃ, omnibus cum copiis*; quod factum non est, neque enim prodit Achilles. Haec est illa *δολόμητις ἀπάτη θεοῦ*, quam mortales evitare non posse chorus asserit; quae amica et blandiens inducit eos in laqueos inextricabiles: quam tamen, cum fallax videri nequit, *δικαίαν* alicubi appellat Aeschylus noster. Eustath. in Iliad. *B'*. l. c. *ὅτι δέ ἐστιν οὐ μόνον κακὴ ἀπάτη, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ, Αἰσχύλος δηλοῖ, εἰπών,*

Ἀπάτης δικαίας οὐκ ἀποστατεῖ θεός.

[v. 97. *ΦΙΛΟΦΡΩΝ ΓΑΡ ΣΑΙΝΟΥΣΑ.* Infra, v. 744.

Ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις, αὐτὸς κὼ θεὸς συνάπτεται.

Deus quos perdere vult dementat. Et v. 726.

—— γνώμης δέ που τις δαιμόνων συνήψατο.]

[v. 99. *ΕΣ ΑΡΚΥΣΤΑΤΑ.* Proverbiale loquendi genus. Euripides in Hippolyt. v. 779.

—— *χρεμπτοῖς ἐν βρόχοις ἠρτημένη.*

Et Iph. Taur. v. 77.

Ὦ Φοῖβε, ποῖ μ' ἐν τήνδ' ἐς ἄρκυν ἤγαγες
Χρήσας; ——

Noster in Eumenid. v. 112.

Καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων
Ὤρουσεν, ——

Hesych. *Ἀρκύτατα·* (Salm. *Ἀρκύστατα*) *αἱ τόποι ἔνθα αἱ ἄρκυες πήγνυνται.*]

v. 102. *ΘΕΟΘΕΝ ΓΑΡ.* Ita antistrophica reduximus. [Infra, v. 159.

Εἴτι μὴ δαίμων παλαιὸς νῦν μεθέστηκε στρατῷ.]

[v. 106. *ΚΛΟΝΟΥΣ.* Hesychius, *Κλόνος, ταραχὴ πολέμου.* Noster Agamemn. v. 411.

Λιποῦσα δ' ἀστοῖσιν ἀσπίστορας
Κλόνους λογχίμους τε καὶ
Ναυβάτας ὁπλισμούς.]

[v. 108. *ΕΜΑΘΟΝ.* Schol. pro *μαθεῖν ἐποίησαν.*]

v. 109. *ΠΟΛΙΑΙΝΟΜΕΝΗΣ.* Apollon. I. 545.

—— *μακραὶ δ' αἰὲν ἐλευκαίνοντο κέλευθοι.*

Virgil. Georg. III. 257.

Fluctus ut in medio coepit cum albescere ponto.

[Ubi vide sis virum cl. Germ. Val. Guellium.]

v. 111. *ΠΟΝΤΙΟΝ ΑΛΣΟΣ.* Ut Cicero in Arateis r), v. 129.

—— Neptunia prata secantes.

[v. 112. *ΠΙΣΥΝΟΙ.* Hesych. *Πίσυνοι· πεποιθότες, πεπιστευκότες.* Sept. Theb. v. 218. *Πίσυνος θεοῖς.*]

Ibid. *ΠΕΙΣΜΑΣΙ.* *Πείσματα* exponente Suida sunt *τὰ ἀγκύρεια σχοινία, παρὰ τὸ πείθεσθαι δι' αὐτῶν τὴν ναῦν.*

v. 114. *ΜΕΛΑΓΧΙΤΩΝ.* Sic Choeph. v. 9. *Φάρεσιν μελαγχίμοις.* Virg. Aeneid. IX. 719.

Immisitque fugam Teucris atrumque timorem.]

[v. 115. *ΦΡΗΝ ΑΜΥΣΣΕΤΑΙ ΦΟΒΩι.* Ex Homerico illo adumbratum monet interpres Graecus, Iliad. *Α'*. 243.

—— *σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις.*

Ubi Scholiastes Homericus, *ἀμύξεις· σπαράξεις, πληγήσῃ.* Noster infrà v. 164.

Καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς.

---

r) v. 873. Orell.

Cicero ad Attic. III. 48. *Lacerat me meus moeror.*]

v. 116. *ΟΔ.* *Περσικὸν θρήνημα* vocat Scholiastes: idem est sane quod Hebraeis מגור.

[v. 121. *ΟΔ ΤΟΥΤ' ΕΠΟΣ.* Eumen. v. 518.

Τοῦτ' ἔπος θροούμενος
Ἰὼ δίκα.]

[v. 123. *ΑΙΠΥΩΝ.* Schol. pro *ἀπύσει*, participium pro verbo.]

[v. 124. *ΒΥΣΣΙΝΟΙΣ ΕΝ ΠΕΠΛΟΙΣ.* Sept. Theb. v. 1047.

Κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος.]

Ibid. *ΠΕΣΗι ΛΑΚΙΣ.* Hesych. *Λαχίς· ῥαγὰς, ἐμβολὴ, ῥαφὴ, τραῦμα, σχίσμα.* Noster infra v. 837.

Κακῶν δὴ ὀλίγους λαχίδες ἀμφὶ σώματι
Στιμοφλυγοῦσι ποικίλων ἐσθημάτων.]

Etiam apud Persicas mulieres in summo luctu vestes scindere moris erat: ita Diodorus Siculus, XVII. [s]) p. 580. post Darium victum, mulieres *τὰς ἐσθῆτας περιρρηττούσας, μετ' ὀδυρμῶν, ἐκ τῶν ὤμων* excessisse tradit: Curtius, III. [t]) *Ingens circa eam nobilium foeminarum turba constiterat, laceratis crinibus, abscissaque veste, pristini decoris immemores,* etc. Confirmatur Ctesiae verbis quae ab Hesychio proferuntur: *Σάραπις*, inquit Hesychius [u]), *Περσικὸς χιτὼν, μεσόλευκος, ὡς Κτησίας, Καὶ διαῤῥηξαμένη τὸν σάραπιν, καὶ τὰς τρίχας καθειμένη ἐτέλετό* [x]) *τε καὶ βοὴν ἐποίει. Καλεῖται δὲ καὶ ὁ Πλάτων οὕτως.* Corrigenda obiter haec postrema, et pro *Πλάτων* legendum *Πλούτων.* Vide Euseb. Praepar. Evangel. IV. 12. Porro abscissis vestimentis lugubria induebant mulieres Persicae. Curtius, [y]) X. 5. *Ad Darii quoque matrem celeriter perlatum est; abscissa ergo veste, qua induta erat, lugubrem sumpsit.* Ita et Diodorus Siculus mulierem Persicam *πένθιμον ἐσθῆτα* sumpsisse narrat lib. XI. [z]) p. 271.

v. 128. *ΣΜΗΝΟΣ ΩΣ ΕΚΛΕΛΟΙΠΕ ΜΕΛΙΣΣΩΝ.* Pulcherrima haec similitudo de apibus regem comitantibus ex Homero deprompta est Iliad. *B'*. 85.

—— πείθοντό τε ποιμένι λαῶν
Σκηπτοῦχοι βασιλῆες· ἑπεσσεύοντο δὲ λαοί·
Ἧΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων,
Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἄνθεσιν εἰαρινοῖσιν·
Αἱ μέν τ' ἔνθα ἅλις πεποτήαται, αἱ δέ τε ἔνθα.

---

s) cap. 36.
t) III, 11, §. 26.
u) II, p. 1152.
x) ἐτίλλετο. cf. Pitisc. ad Curt. l. c.
y) X, 5, §. 19.
z) XI, c. 57.

Xenoph. Institut. Cyr. V. a) p. 118. *Ἢν δέ που ἔξῃ* (apum rex) *σὺν ἐμοὶ αὐτοῦ ἀπολείπεται, οὕτω δεινός τις ἔρως αὐταῖς τοῦ ἄρχεσθαι ἐγγίγνεται.* Virgil. Georg. IV. 215.

—— illum admirantur, et omnes
Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes.

[Apostolius in proverbio, *Εἰς μελίττας ἐκώμασας. Ἐὰν δέ*, inquit, *ᾖ λῴϊον ταῖς μελίτταις μεταστῆναι, τηνικαῦτα καὶ ὁ ἄρχων ἀπαλλάττεται· καὶ ἐὰν μὲν ἔτι νέος ᾖ, ἡγεῖται, αἱ δὲ λοιπαὶ ἄγονται· ἐὰν δὲ πρεσβύτερος, φοράδην ἔρχεται κομιζουσῶν αὐτὸν μελιττῶν ἄλλων.*]

[v. 129. *ΣΥΝ ΟΡΧΑΜΩι.* Hesychius, *Ὄρχαμος· βασιλεὺς, ἡγεμών.* Idem, *Ἐσσήν· βασιλεὺς ἡγεμών.* Etymologici b) auctor, *Ἐσσήν· ὁ βασιλεὺς ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ.*

Οὔ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλιν (l. πάλος) θέσαν. ——

Extat in Hymno Iovis, v. 66. Atqui *τὸ ἐσσήν* proprie de rege apum dici monet Scholiastes Callimachi, *Ἐσσὴν*, inquit, *κυρίως ὁ βασιλεὺς τῶν μελισσῶν.* Gallice *un essein*, quanquam aliud significat, nempe favum, inde videtur ortum.]

[v. 132. *ΠΡΩΝΑ.* Hesychius, *Πρώονες· οἱ ἐκτενευκότες τόποι εἰς ὄρη.* Etymolog. c) *Πρῶνες, οἱ ὑψηλοὶ τόποι· παρὰ τὴν πρόθεσιν καὶ τὴν ἰὼν μετοχὴν γίνεται προϊὼν καὶ προών· καὶ κατὰ συναίρεσιν, πρών. Κλίνεται πρωνός.*]

[v. 133. *ΛΕΚΤΡΑ Δ' ΑΝΔΡΩΝ ΠΟΘΩι ΠΙΜΠΛΑΝΤΑΙ ΔΑΚΡΥΜΑΣΙ.* Eurip. Alcest. v. 181.

—— *πᾶν δὲ δέμνιον*
Ὀφθαλμοτέγκτῳ δεύεται πλημμυρίδι.]

[v. 139. *ΜΟΝΟΖΥΞ.* Onomastic. *Iugale vinculum. Συζυγία*, id est, copula matrimonii, in quo maritus et uxor velut unum iugum trahunt. Inde *συζυγεῖς, coniuges*, 3 Macchab. IV. 8. *Νεοζυγές, novae nuptae*, Apollon. Rhod. Argonaut. IV. 1191. Hesych. *Ὁμόζυγος· γαμετή.* Idem, *Ἀποζέγων· μοναζόντων.* Suidas, *Ἄζυξ, ὁ μὴ συνεζευγμένος γάμῳ, nondum coniugio astrictus.*]

[v. 140. *ΑΛΛ' ΑΓΕ.* Virg. Georg. II. 35.

Quare agite. ——

Ubi vir doctissimus Germanus Valens Guellius: „Ut Graeci *ἄγετε*. Notandum tamen *age* exhortationis vocem etiam Latinos ad plures usurpare, ut *ἄγε* Graecos. Hom. d)

Ἀλλ' ἄγε μοι δότε νῆα. ——

Et Odyss. e) Θ'.

---

a) V, 1, §. 24.; sed paullum discrepant Xenophontis verba.
b) Etym. M. p. 383, 27.
c) Etym. M. p. 692, 37.
d) Od. II, 212.
e) VIII, 250.

Ἀλλ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες. —

Admonet quoque Eustathius[f]) *agite* pro *age* etiam poni. Etymolog. g) *Ἀλλ' ἄγετε. Τὸ ἄγετε ῥῆμά ἐστιν ἢ ἐπιῤῥήμα; καὶ λέγομεν ἐπιῤῥήμα.*]

[v. 143. *ΧΡΕΙΑ ΔΕ ΠΡΟΣΗΚΕΙ.* Schol. *δέ* pro *γάρ*, quod et supra monuit ad Sept. Theb. v. 297.]

[v. 146. *ΓΕΝΟΣ ΑΜΕΤΕΡΟΝ, κ. τ. λ.* Duo tantum sunt versus, ut in Turnebi editione,

Γένος ἀμέτερον· πότερον τόξου
Ῥῦμα τὸ νιφῶν, ἢ δορυχράνου
Λόγχης, κ. τ. λ.]

v. 147. *ΤΟΞΟΥ ΡΥΜΑ.* Schol. *Ἡ ὁρμὴ τοῦ τόξου.* Hesych. *Ῥυμή· ὁρμή.* Iul. Pollux, Onomast. I. 10. *Ἐρεῖς δὲ ἐκ τόξου ῥίμματος ἦν ἡ μάχη.* Interpres: *dices quoque arcuum iactu pugnabatur.* Forsan vero legendum *ἐκ τόξου ῥύματος.*]

[v. 150. *ΘΕΩΝ ΙΣΟΝ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣΙ ΦΩΣ.* Non minus nobis venerabilis quam sol et alia lumina. Plin. [Hist. nat.] II. 5. *Inde tot stellarum collucentium illos oculos.* Vel potius *ἰσόθεον*, quippe *τὸ ὀφθαλμοῖς παρέλκειν* videtur. Quod et alibi monitum.]

v. 152. *ΒΑΣΙΛΕΙΑ Δ' ΕΜΗ, ΠΡΟΣΠΙΤΝΩ.* Moris erat apud Persas ut regem adeuntes proni adorarent, priusquam in congressum colloquiumve venirent. Tithraustes apud Aelianum, Var. Hist. I. 21. *Νόμος ἐστὶν ἐπιχώριος Πέρσαις τὸν εἰς ὀφθαλμοὺς ἐλθόντα τοῦ βασιλέως, μὴ πρότερον λόγου μεταλαγχάνειν, πρὶν ἢ προσκυνῆσαι αὐτόν.* Euripides in Oreste, v. 1509.

Προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπεσών.

Q. Curtius,[h]) VIII. 5. *Itaque more Persarum Macedonas venerabundos ipsum salutare, prosternentes humi corpora.* Valerius Max.[i]) VII. 3. de sex Persis, qui regnum Dario, equi hinnitu victi, addixerunt: *Auditoque eo sex reliqui summae potestatis candidati, continuo equis delapsi, ut est mos Persarum, humi prostratis corporibus Darium regem salutaverunt.* Huius vero legis rationem reddit Artabanus Persa, apud Plutarch.[k]) in Themistocle, p. 125. *Ἡμῖν*, inquit, *πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστι [τό τε] τιμᾶν βασιλέα, καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα Θεοῦ τοῦ [τὰ] πάντα σώζοντος·* regi divinum cultum impendebant, tanquam imagini cuncta conservantis Dei.

[v. 153. *ΠΡΟΣΦΘΟΓΓΟΙΣ.* Hesychius, *Προσφθέγγεται· ἁρπάζεται.* Schol. *Πρέπει χαιρετίσαι αὐτήν.*]

---

f) Eust. ad Od. p. 1896, 4. 1604, 48.
g) Etym. M. p. 66, 44.
i) VII, 3. ext. §. 2.
k) VIII, 5, §. 6.
k) Plut. Them. c. XXVII.

v. 155. *XO. Ω ΒΑΘΥΖΩΝΩΝ.* Cum continuetur oratio, delendum videtur personae nomen, *Χορός*. Mulieres Persicas Scholiastes *βαθυζώνους* appellatas tradit, *διὰ τὸ χρυσοστικτὰς ζώνας ἔχειν*, id est, zonas fimbriis seu villis praetextas; Hesychius namque *χρυσσούς* esse dicit *τὰ κάτω τῶν ἱματίων τὰ ῥαμματώδη*, et alias: *χρυσσοὺς, τὰ κατώτατα τῶν ἱματίων.* Plato [l]) in Alcibiade, p. 123. magnae fertilisque regionis meminit, quam incolae *zonam reginae* nuncuparunt: et Athenaeus, [m]) l. 25. de Antylla urbe verba faciens, *ἧς*, inquit, *τοὺς φόρους οἱ τότε βασιλεῖς Αἰγύπτιοί τε καὶ Πέρσαι ταῖς γαμεταῖς ἐδίδοσαν εἰς ζώνας.* Quippe Persarum reges uxoribus regiones certas attribuebant, ex quarum reditu mundum sibi pararent, teste Cic. in Verr. III. 33. *Haec civitas*, inquit, *mulieri redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines.* Istae vero regiones ad ornatum reginae suppeditandum destinatae, ab unaquaque mundi muliebris specie appellationem sortitae erant. [Hesych. *Βαθύζωνοι· εἰς βάθος ζωννύμενοι τοὺς χιτοὺς* (id est, laxos) *χιτῶνας.* Idem, *βαθυζώνους· ἐν βάθει ζωννυμένας.*]

v. 157. *ΘΕΟΥ ΜΕΝ ΕΥΝΑΤΕΙΡΑ.* [Tale est, monente Guellio, Virgilianum illud, Aen. IX. 642.

Diis genite, et geniture Deos. ——]

Tzetzes, Chil. VII. 186. [nn])

Ἀσσύριοι καὶ Πέρσαι [γὰρ] τοὺς βασιλεῖς θεοῦσιν,
Ὡς καὶ Αἰσχύλος δράματι Πέρσαις δεικνύει τοῦτο·
Ἄτοσσαν θέλων γὰρ εἰπεῖν σύγγονον βασιλέως,
Μητέρα βασιλέως τ' [τε] ὁμοίως εἶπεν οὕτω,
Θεοῦ Περσῶν εὐνάτειρα, θεοῦ τε μήτηρ ἔφυς.

Cleo apud Curt. VIII. [n]) *Persas quidem non pie solum, sed etiam prudenter reges suos inter Deos colere: maiestatem enim imperii salutis esse tutelam.*

v. 158. *ΕΙΤΙ ΜΗ ΔΑΙΜΩΝ ΠΑΛΑΙΟΣ ΝΥΝ ΜΕΘΕΣΤΗΚΕ ΣΤΡΑΤΩι. Nisi pristina felicitas migravit ab exercitu. Παλαιὸς δαίμων* hic et *μοῖρα— τὸ παλαιὸν* v. 102. eodem videntur pertinere, ut et Scholiastes exponit, sc. *εὐδαιμονία.*

Ibid. *ΜΕΘΕΣΤΗΚΕ.* Hesychius, *Μεθέστηκε· ἀφέστηκε, μετῆλθε*, hunc locum, ut videtur, respiciens, et duplicem interpretationem innuens, utroque modo satis commode intelligi potest.

v. 159. *ΧΡΥΣΕΟΣΤΟΛΜΟΥΣ ΔΟΜΟΥΣ.* Et supra, v. 3.

Καὶ τῶν ἀφνειῶν καὶ πολυχρύσων
Ἑδράνων φύλακες. ——

---

l) Plat. Alcib. I. p. 122. B.
m) Athen. I, p. 33. F.
n) Curt. VIII, 5, §. 11.
nn) Tzetz. Chil. VII, v. 558.

Dio Chrysost. Or. II. de Regno, p. 27. *Αὐλὴν τῶν Ἀσιαγενῶν βασιλέων* fuisse *πολυχρήματον* et *πολύχρυσον* ait. Quin etiam auream regis Persarum domum *χρυσοῦν βασιλέως οἶκον* praedicat Lucian. o) in lib. *Περὶ Οἴκου*, c. 6. cuius Arsacidas conditores facit: meminit et Philostr. de Imag. p) in Themist. tabula.

[v. 164. *ΟΛΒΟΝ ΟΝ ΔΑΡΕΙΟΣ ΗΙΡΕΝ.* Magnas opes Xerxi reliquit pater eius Darius: de Xerxe Daniel propheta, XI. 2. *Et quartus ditabitur opibus nimiis super omnes; et cum invaluerit divitiis suis, concitabit omnes adversus regnum Graeciae.* Adeo ut *Δαρείου πλοῦτος* in proverbium transiverit. Synesius, libro de Regno, *Πλούτου θημῶναι ὑπὲρ τὸν πάλαι Δάρειον: opum cumuli maiores, quam Darius ille vetus obtinuerit.*]

[Ibid. *ΟΥΚ ΑΝΕΥ ΘΕΩΝ ΤΙΝΟΣ.* Proverbialis locutio. Sic Euripid. in Baochis, v. 762.

—— χἀπενώτισαν φυγῇ
Γυναῖκες ἄνδρας, οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.

Pindarus q), Pyth. V. 102. *Οὐ θεῶν ἄτερ.* Et Horat. Od. III. 4. r)

Non sine Diis animosus infans.

Sic *Οὐκ ἀθεεί. οὐκ ἄνευ θεοῦ, ἢ οὐ χωρὶς θαύματος* Hesych.]

[v. 169. *ΟΜΜΑ ΓΑΡ ΔΟΜΩΝ.* Plautus Pseudolo, I. 2. 46.

Ubi isti sunt, quibus vos oculi estis, quibus vitae, quibus Deliciae estis. ——

Porro ad Homericum illud, Odyss. *P'*. 320.

Δμῶες δ' εὖτ' ἂν μηκέτ' ἐπιχρατέωσιν ἄνακτες
Οὐκέτ' ἔπειτ' ἐθέλουσιν ἐναίσιμα ἐργάζεσθαι.

Vir cl. D. Iacobus Duportus, in Gnomolog. Homerica: „Hic est *ὀφθαλμοδουλεία* quam damnat doctor gentium. Sed nimirum ita plerumque fit.' Qu. Cal. XII. s)

—— πολὺ λώϊον ἄνδρες
Ἔργῳ ἐποίχονται, ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτες.

Theocr. Idyll. XXV. t)

Ὡς που καὶ βασιλεῦσιν ἐείδεται ἐν φρεσὶν ἦσιν
Αὐτοῖς ἡδομένοισι σαώτερος ἔμμεναι οἶκος.

Contra Plaut. u) Amphitr.

Ubi summus imperator non adest ad exercitum,
Citius quod non facta 'st usus fit, quam quod [non] facto st opus.

Aesch. Pers. v. 169.

---

o) Lucian. vol. III, p. 193.
q) Pyth. V, 76. Bkh.
s) Quint. XII, 342.
u) Plaut. Amph. I, 3, 6.
p) II, 32. p. 856. Olear.
r) III, 4, 20.
t) Theocr. XXV, 58.

Ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν.

Huc spectat notum illud Persae cuiusdam apophthegma: *οὐδὲν οὕτω πιάνει τὸν ἵππον ὡς βασιλέως* (seu *δεσπότου*) *ὀφθαλμός*. Extat apud Aristot. Oeconom. I. et Plut. *Περὶ παίδων ἀγωγῆς* x). Quin et hodie etiam in lingua nostra vernacula in adagium cessit *oculus domini saginat equum*. Huc porro pertinet illa historia de equite quodam Romano, qui a Censoribus, Scipione Nasica et M. Popilio, interrogatus, cur ipse pinguis adeo et obesus equum haberet tam strigosum et macilentum, respondit: *quoniam ego me curo, equum Statius meus* (servus.) A. Gell. IV. 20." Hactenus vir doctissimus.]

[v. 174. *ΜΗΤ' ΕΠΟΣ ΜΗΤ' ΕΡΓΟΝ.* Proverbium. Sic *ἀμ' ἔπος ἀμ' ἔργον.*]

[Ibid. *ΑΝ.* Robortelli editio, *ὡς.*]

v. 176. *ΝΥΚΤΕΡΟΙΣ ΟΝΕΙΡΑΣΙ.* Scholiastes Aristophanis in Ran. v. 1060. *Περίφοβός ἐστιν ἡ μήτηρ Ξέρξου ἐξ ὀνείρου τινός.*

v. 178. *ΙΑΟΝΩΝ ΓΗΝ.* Et v. 1030. *Ἰαόνων λαὸς οὐ φυγαλγμας. Iaones* dicti Graeci a barbaris; nempe ut in sacris literis dictae insulae *Iavan*. Schol. Aristoph. in Acharn v. 104. *Ἰαονας δὲ ἀντὶ τοῦ Ἀθῆναι, Ἴωνες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου.* Hesych. *Ἴωνες* (lege *Ἰάονες*, ut postulat literarum ordo) *Ἀθηναῖοι, οἱ Ἴωνες, ἀπὸ Ἴωνος, καὶ οἱ ἄποικοι αὐτῶν. Ἔνιοι καὶ τοὺς Θρᾷκας, καὶ Ἀχαιοὺς, καὶ Βοιωτοὺς Ἕλληνας.*

v. 181. *ΕΔΟΞΑΤΗΝ ΜΟΙ ΔΥΟ ΓΥΝΑΙΚ'.* Ex hoc adumbratum videtur Europae somnium apud Moschum, Idyll. II. 8.

Ὥϊσαι' ἠπείρους δοιὰς περὶ εἷο μάχεσθαι,
Ἀσιάδ' ἀντιπέρην τε· φυὴν δ' ἔχον οἷα γυναῖκες.
Τῶν δ' ἡ μὲν ξείνης μορφὴν ἔχεν· ἡ δ' ἄρ' ἔφυκει
Ἐνδαπίῃ. ——]

v. 182. *ΗΣΚΗΜΕΝΗ.* Hesychius, *Ἀσκήσας· κοσμήσας, κατασκευάσας.*

v. 183. *ΔΩΡΙΚΟΙΣΙΝ.* Dores solebant, praecipue virgines, discinctae, et sine tunica quandoque incedere; unde proverbium *Dorice incedere* in eos, qui depositis vestibus magna ex parte nudi incedunt.]

[v. 187.: *Η ΔΕ ΒΑΡΒΑΡΟΝ.* Ad Virgilianum illud, Aen. II. 504.

Barbarico postes auro. ——

Vir cl. Germanus Valens Guellius: „Auro barbarico Turnebus interpretatur ex illo Horatii, Epist. I. 2. y)

Graecia barbariae lento collisa duello.

---

x) Plutarch. d. educ. libr. p. 9. D.

y) I, 2, 7.

Et alio eiusdem [z]), Od. V. 9.

Sonante mistum tibiis carmen lyra
Hac Dorium, illis barbarum.

Cuius sententiam adiuvat et Eustathii [a]) suffragium, qui *Βρίγας καὶ Φρύγας* antiquis *βαρβάρους* dictos docet. Sed mirum videtur aliquibus quomodo convenire personae Aeneae possit, ut patrium aurum barbarum dixerit, non attendentibus in Eurip. Iphig. Thoantem de sua quoque gente haec pronuntiasse ad Iphigeniam, v. 1170.

Ἀλλ' ἢ τιν' ἕκανον βαρβάρων ἀκτῆς ἔπι.

Et Hectorem ipsum ad Rhesum apud Eurip. in Rhes. v. 404.

Σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν βάρβαρός τε βαρβάρους
Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες τὸ σὸν μέρος.

Poeta quoque, Aeneid. XI. 768.

Forte sacer Cybelae Chloreus olimque sacerdos
Insignis longe Phrygiis fulgebat in armis,
Pictus acu chamydem (al. tunicas) et barbara tegmina crurum.

Scilicet postquam eum Maro Phrygia armatura ornavit: ut et Euripides in Oreste inducit servum Phrygem ad pedes Orestae provolutum, mortem his verbis deprecantem, v. 1509.

Προσχυνῶ δ' ἄναξ νόμοισι βαρβάροισι προσπεσών —

Phrygiam respicientem: quamvis idem quoque inducat Medeam Colchidem *barbaram* nominantem, in Medea, v. 255.

—— ὀρθίζομαι
Πρὸς ἀνδρὸς ἐκ γῆς βαρβάρου λελειμμένη.

Nec item illud, Aeneid. VIII. 684.

Hinc ope barbarica variisque Antonius armis —

Phrygiis convenire videatur, cum et Troianas matres a barbaris Euripides quoque distinxerit sub Hecubae persona, v. 477.

Οὔς Τρῳὰς οὐδ' Ἕλληνὶς, οὐδὲ βάρβαρος
Γυνὴ τεκοῦσα κομπάσειεν ἄν ποτε.

Certe Attici peregrinum omne *καὶ οὐχ Ἑλληνικὸν βάρβαρον* appellabant. Desierat etiam apud barbaros ipsa vox *βάρβαρος* invidiosa haberi: nimirum in Persis Aeschyli [b]) passim Persae Persarumque regina de sua regione loquentes *βαρβάρους*, et *βάρβαρον στρατόν* et *βαρβάρους πῆας* usurpant. Graecos autem ea barbariae nota et discrimine caeteras a se gentes seiunxisse, vel ex illo Platonis [c]) in Politico constare potest.

---

z) Epod. IX, 5.
a) Eustath. ad Od. I, p. 1395, 50.
b) Aesch. Pers. 187. 256. 337. 391. 423. 434. 475. 800. 866.
c) Plat. Politic. p. 262. D.

Οἷον εἴ τις τ' ἀνθρώπινον ἐπιχειρήσας δίχα διελέσθαι γένος, διαιρεῖ [διαιροῖ] καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἐνθάδε διανέμουσι, τὸ μὲν Ἑλληνικὸν ὡς ἓν ἀπὸ πάντων ἀφαιροῦντες χωρὶς, σύμπασι δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσιν ἀπείροις οὖσι καὶ ἀμίκτοις καὶ ἀσυμφώνοις πρὸς ἄλληλα βάρβαρον μιᾷ κλήσει προσειπόντες αὐτὸ, διὰ ταύτην τὴν μίαν κλῆσιν καὶ γένος ἓν αὐτὸ εἶναι προσδοκῶσι." Haec ille.]

[v. 191. *ΛΕΠΑΔΝ' ΕΠ' ΑΥΧΕΝΩΝ ΤΙΘΗΣΙ.* Hesych. *Λέπαδνα· ἱμάντες πλατεῖς, οἷς ἀναδέονται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν.*]

[v. 192. *ΕΠΥΡΓΟΥΤΟ.* Hesychius, *Πυργοῦται· ὑψοῦται.* Scholiastes, *ἐκοσμεῖτο καὶ ἤρτο*, iuxta illud Iuvenalis, Sat. VI. 502.

Aedificat caput. ——

v. 194. *ΚΑΙ ΧΕΡΟΙΝ ΕΝ ΤΗι ΔΙΦΡΟΝ*, *manumque vi currum dilacerabat et diripiebat.* Schol. *καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἐν τῇ τοῦ δίφρου βίᾳ.* Mira constructio, ut in *δίφρον* intelligatur genitivus, etc. nec facile persuaserit sermonis sive Graeci sive Latini gnaris. Planissima et certissima constructio, *ἐν τῇ χεροῖν βίᾳ.* Quod apud Aristotelem, Polybium et alios [d]) proverbialiter de summa vi, *ἐν χειρῶν νόμῳ*, apud Euripidem [dd]) *ἐν χειρῶν δίκῃ.* Quae pridem doctis observata apud Dionys. Halicarnasseum reperio; et *χειρὸς νόμῳ διασπαραττόμενος*, quod et Aeschyli quoque verbum est. Ita etiam distinguit MS. Oxon.

—— *καὶ χεροῖν ἐν τῇ, δίφρον.*
Διασπαράττει καὶ συναρπάζει, βίᾳ.

Potest legere, cui hoc non arridet: *ἔντη δίφρον*, *altera vero ferociebat, et manibus currum dilacerabat.*

[Ibid. *ΔΙΦΡΟΥ.* Etymolog. [e]) *Δίφρος, κυρίως τὸ ἅρμα, ὡς τὸ, Δίφρος δὲ χρυσείοις καὶ ἀργυρέοισιν ἱμᾶσι δέδεται. Ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ δύο φέρειν, τὸν μαχόμενον καὶ τὸν ἡνίοχον, ὡς τὸ, Ἂν δ' ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται ἠνίοχοί τε.*]

[v. 195. *ΔΙΑΣΠΑΡΑΤΤΕΙ.* Hesych. *Διεσπάρησαν· διεσκορπίσθησαν.*]

[v. 199. *ΞΕΡΞΗΣ, ΠΕΠΛΟΥΣ ΡΗΓΝΥΣΙΝ.* In luctu vestes lacerare mos erat apud Persas tum viris tum mulieribus communis. De mulieribus iamdiu monitum est, ad v. 124. De viris exempla saepius occurrunt. Herodot. III. 66. *Πέρσαι δ' ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀναχλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἔχόμενα εἶχον, ταῦτα κατήρεικόν τε καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο.* Curtius [f]), V. 12. *Post hanc vocem spado gemitu non modo tabernaculum, sed etiam castra complevit. Irrupere deinde alii, laceratisque vestibus lugubri et barbaro ululatu regem deplorare coeperunt.*

---

d) vid. H. Steph. Thes. vol. IV, p. 418. D. dd) Bacch. 737.
e) Etym. M. 279, 30. f) Curt. V, 12, §. 18.

ficarunt Persae. [Hesych. Ἐσχάρα· βωμὸς ἰσόπεδος οὐκ ἐκ λίθου ὑφυάμενος. Pollux[kk]. Onomast. I. 5. Ἐσχάρα δ' ἰδικῶς δοκεῖ μὲν ὧδε ὠνομάσθαι ἀφ' ἧς τοῖς ἥρωσιν ἐπιθύομεν· ἔστι δὲ τῶν ποιητῶν, καὶ τὸν τῶν θεῶν βωμὸν οὕτω κεκλήκασιν, ut Aeschylus in hoc loco. Etymolog. [l]) Ἐσχάρα.... δηλοῖ δὲ ἡ λέξις.... καὶ τὸν βωμὸν ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ. Καὶ τὴν κυρίως λεγομένην ἐσχάραν φασὶ καλεῖσθαι ἑστίαν, τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἱδρυμένην, ἢ κοίλην· πυρὰ τὸ καὶ τοὺς ἰατροὺς τὰ ἐν τῷ σώματι κοῖλα ἕλκη ἐσχάρας καλεῖν· ῥητορική.]

[v. 206. ΦΟΒΩι Δ' ἈΦΘΟΓΓΟΣ ΕΣΤΑΘΗΝ. Callim. Hymn. [in Lav. Pall.] v. 83.

Ἐστάθη δ' ἄφθογγος· ἐκόλλασαν γὰρ ἀϋταὶ
Γούνατα, καὶ φωνὰν ἔσχεν ἀμηχανίη.

Valer. Flacc. Argonaut. V. 874.

—— attonito quamvis pavor ore silentem
Exanimat. ——]

[v. 207. KIPKON. Gloss. Graeco-lat. Κίρκος, falco. Latino-graec. Circum: ἱέρακα, ut et Scholiastes noster.]

[v. 208. ΕΦΟΡΜΑΙΝΟΝΤΑ. Scholiastes σφαδάζοντα. Mira haec interpretatio τοῦ ἐφορμαίνοντα: quin potius addi videtur, ac si esset verbum poetae.

v. 209. ΤΙΛΑΟΝΘ'. Monet vir doctissimus Iosephus Scaliger in Varronem De Ling. Lat. p. 163. aves quae se vellendo malum auspicium faciebant *Volsgras* dici: quas intellexit et Statius, Theb. III. 513.

—— simul ora recurvo
Ungue secant rabidae, planctumque imitantibus alis
Exagitant Zephyros, et plumea pectora caedunt.

[Ibid. ΠΤΗΞΑΣ ΔΕΜΑΣ ΠΑΡΕΙΧΕ. Πτήσσειν de avibus dici monet Scholiastes Aristophanis, qui et φοβεῖσθαι reddit ad illud comici in Vesp. v. 1481.

Πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ.

Adagium integrum exhibet Aelianus, Var. Hist. [mm]) XIII. 14. Ἀριθμὸν σφηκῶν πτήσσει Φρύνιχος ὡς τις ἀλεκτρυών. Quod in eos convenire ait, qui damnum patiantur: παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς τι πασχόντων. Quippe Phrynichum tragicum cum Μιλήτου ἅλωσιν ageret, Athenienses δεδοικότα καὶ ὑποπτήσσοντα ejecerunt. Incertus apud Plutarch. in Alcibiade, p. 193. [nn])

Ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτέρον.

Hesych. Πτῆξαι· δειλιάσαι.]

v. 210. ΤΑΥΤ' ΕΜΟΙΓΕ ΔΕΙΜΑΤ' ΕΣΤ' ΙΔΕΙΝ, ΥΜΙΝ Δ' ΑΚΟΥΕΙΝ. Mallem, δεῖμά τ' ἔστ' ἰδεῖν, *et mihi terribile visu, et vobis auditu.*

---

kk) Poll. I, 5. 8. l) Etym. M. 364, 10. nn) Plut. Alc. cap. 6. mm) XIII, 17.

v. 213. ΘΥΧ ΥΠΕΥΘΥΝΟΝ ΠΟΛΕΙ. Ita Prometheo Vinc-to, v. 324. dicitur Iupiter μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος, cum praeter eum nemo sit liber, v. 50.

Ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

Pari iure Atossa Persarum regem οὐχ ὑπεύθυνον πόλει dixit, et Plutarchus imperium eius ἀνυπεύθυνον, De Trib. Gen. Reipubl. p. 826. Πέρσαι μέν, ait, αὐτοκρατῆ βασιλείαν καὶ ἀνυπεύθυνον ἀπεκληρώσαντο. Rationem reddit Euripides in Helena, v. 283.

Τὰ βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα πλὴν ἑνός.

Idem video iamdiu observatum doctissimo Brissonio de Regno Pers. „Usque adeo libere," inquit, „Persarum reges imperabant, ut omnes, qui eorum ditioni parebant, quemadmodum Plutarchus πρὸς ἀπαίδ. n) testis est, pro servis et mancipiis haberent, sola uxore excepta. Nec aliter ab illis subditi, cuiuscunque conditionis, ordinis, gradusque essent, appellabantur. Secundum hunc receptum in illa gente loquendi morem Artemisia apud Herodot. o) VIII. Xerxem ita affatur: Σοὶ δὲ ἐόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων καὶ κακοὶ δοῦλοί εἰσιν. Hinc barbaros, Dario subditos, Δαρείου δούλους, Polemon, in orat. funebri Callisthenis, vocat. Inde Aristagoram Milesium servum vocat Darius p) in sua oratione ad Persas, quam Herodotus, VII. refert: et Pelopem Phrygem maiorum suorum servum appellat Xerxes, apud eundem Herodot. p) eod. lib. Ibidemque Xerxes Pythium Lydum increpans, qui vacationem militiae uni ex liberis suis concedi postularat, ἐὼν, ait, ἐμὸς δοῦλος, τὸν χρῆν πανοικίῃ αὐτῇ γυναικὶ συνέπεσθαι. Gobrias sese Cyro dedens, IV. q) Παιδ. δίδωμι, ait, σοὶ ἐμαυτὸν δοῦλον καὶ σύμμαχον. Haec erat illa servities quam impouere Graeciae aggressus est Xerxes, v. 50.

Ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλειον Ἑλλάδι

a qua etiam se immunes esse gloriabantur ipsi Graeci, v. 242.

Οὔ τινός δοῦλοι κέκληνται φωτὸς, οὐδ' ὑπήκοοι.

et pro qua evitanda adeo strenue pugnarunt, v. 402.

— ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε,
Ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ
Παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη,
Θήκας τε προγόνων. Νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών.

[v. 217. ΕΙ ΤΙ ΦΛΑΥΡΟΝ. Hesych. Φλαῦρα· φαῦλα, κακὰ, πονηρά.]

---

n) Plut. Mor. p. 780. B.
o) Her. VIII, 68. p) imo Xerxes: Her. VII, 8.
q) Xen. Cyrop. IV, 6, 2.

v. 219. *ΧΟΑΣ ΧΕΑΣΘΑΙ.* Ab effusione dictae *χοαί.* Eustath. in Il. Ψ'. 220. *Ἀφ' οὗ (χέειν) χοαὶ λέγονται αἱ τῶν νεκρῶν σπονδαί.* Corrigendus Hesychius in voce *Εὐδείπνοις· αἱ τοῖς νεκροῖς ἐπιφερόμεναι σπονδαὶ, ἤγουν πνοαί.* lege *χοαί.* Vide quae supra annotavimus ad v. 204.

[v. 220. *ΓΗ, ΤΕ ΚΑΙ ΦΘΙΤΟΙΣ.* Postea, v. 523.

Ἔπειτα γῇ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα
Ἥξω λαβοῦσα πέλανον ἐξ οἴκων ἐμῶν.]

[v. 222. *ΓΗΣ ΕΝΕΡΘΕΝ ΕΣ ΦΑΟΣ.* Callim. Epigr. XIX. qq)

Ὦ Χαρίδα τί τὰ νέρθε; πολὺ σκότος. ——]

[v. 223. *Τ' ΑΜΠΑΛΙΝ ΔΕ ΤΩΝΔΕ.* Hoc est, *mala.* Parcit verbo male ominato. Ita Clytaemnestra in Agamemnone, v. 507.

Ἀλλ' ἢ τὸ χαίρειν μᾶλλον ἐκβάξει λέγων.
Τὸν ἄντιον δὲ τοῖσδ' ἀποστέργω λόγον.

Ubi vide quae annotata.]

[Ibid. *ΑΜΑΥΡΟΥΣΘΑΙ.* Hesych. *Ἀμαυρούμενοι· σκοτιζόμενοι.*]

[v. 224. *ΘΥΜΟΜΑΝΤΙΣ.* Hesych. *Θυμόμαντις· ὁ τὸ ἀποβησόμενον συλλογιζόμενος, καὶ προγινώσκων· ψυχόμαντις, καὶ συνετῶς προορῶν τὰ ἀποβησόμενα.*]

v. 228. *ΕΚΤΕΛΟΙΤΟ ΔΕ.* Poscit carminis ratio ut legamus *δή.* [Porro pro *ἐκτέλοιτο* exemplar, quo usus est Scholiastes, *ἐξιλέοιτο.* Hesych. *Ἐξιλάσσεται· προσεύξεται, πραΰνει.*]

[v. 236. *ΜΗΔΟΥΣ.* Schol. *Μήδους δὲ τοὺς Πέρσας εἴρηκεν.* Vide quae ad v. 767.]

[v. 237. *ΠΛΟΥΤΟΣ.* Etymolog. r) *Πλοῦτος· παρὰ τὸ πολὺς καὶ [τὸ] τῶ, τὸ λαμβάνω καὶ δέχομαι, πολύουτος· καὶ συγκοπῇ, πλοῦτος.*

v. 238. *ΑΡΓΥΡΟΥ ΠΗΓΗ.* [Virgil. Georg. II. 165.

Haec eadem argenti rivos aerisque metalla
Ostendit venis atque auro plurima fluxit.]

Sectiones argentarias in Attica olim uberes fuisse refert Strabo, IX. p. 399. *Τὰ δ' ἀργύρεια τὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ καταρχὰς μὲν ἦν ἀξιόλογα, νυνὶ δ' ἐκλείπει.* In quem locum eruditissimus commentator „*Τὰ δὲ ἀργύρεια*, locus," inquit, „ubi fuere argenti venae, vocabatur Laurium: Thucyd. s) II. *Παρῆλθον ἐς τὴν πάραλον γῆν καλουμένην, μέχρι Λαυρίου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις.* Et lib. VI. t) commemorat Alcibiades *τὰς τοῦ Λαυρείου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους.* Defecisse autem Laurii argenti venas apparet ex Pausania u).

---

qq) Call. Epigr. 21, 3. Erm. r) Etym. M. 677, 12. s) Thuc. II, 55.
t) Thuc. VI, 91. u) Pausan. Att. init.

Fuisse etiam in Thorico annotat Scholiastes Aeschyli, apud quem θαυρίῳ perperam pro Λαυρίῳ editum est." Et mox ad illa ἦν ἀξιόλογα: „Confirmat Aeschylus in Persis, qui apud Athenienses esse ait ἀργύρου πηγήν τινα θησαυρὸν χθονός. Herodotus x) quoque Polymnia testatur potuisse Athenienses e Laurii metallis accipere ὀρχηδὸν ἕκαστον δέκα δραχμάς. Vide eiusdem extremam Uraniam. Sed omnium maxime videndus Xenophon περὶ Πόρων, quem quidem librum videtur ille ex professo scripsisse, ut Athenienses ad fodiendas strenue argenti fodinas hortaretur."

[v. 240. ΕΓΧΗ ΣΤΑΔΑΙΑ. Scholiastes: δι' ὧν συστάδην καὶ ἐχεγγύως καὶ πλησίον μάχονται, *quibus cominus pugnatum est.* Immo vero ἔγχη σταδαῖα sunt quibus non tantum cominus sed et *statim*, ἱσταμένως, *perseveranter*, *aequaliter*, ut vult Nonius y), pugnant. Plaut. z) Amphitr. I. 1.

Sed fugam in se tamen nemo convertitur,
Nec recedit loco quin statim rem gerat.

Scaliger ad oram editionis suae notavit, σταδαίως. Idem comicus a), paulo post:

Ita statim stant signa. ——]

[v. 245. ΤΕΚΟΥΣΙ. f. Τοκεῦσι.]

v. 247. ΤΟΥΔΕ ΓΑΡ ΔΡΑΜΗΜΑ ΦΩΤΟΣ ΠΕΡΣΙΚΟΝ ΠΡΕΠΕΙ ΜΑΘΕΙΝ. Herodot. VIII. 98. postquam Xerxem huiusce cladis nuncios in Persidem misisse narraverat, subdit, nihil his nunciis pernicius transcurrisse in rebus humanis, ipsumque δράμημα, ut vocat Aeschylus, hunc in modum a Persis constitutum describit. Ὅσων ἂν ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην τεταγμένοι. Τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἐέργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωϋτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. Ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ. Τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατ' ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. Τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον. Eadem ratione Herodotus ἀγγαρήϊον Persarum λαμπαδηφορίῃ Graecorum assimilat, qua et Aeschylus noster in Agamemnone, τὸν ἐκ διαδοχῆς πυρσὸν, τὸν ἀπ' ἀγγάρου πυρός vocat, v. 290.

Φρυκτὸς δὲ φρυκτὸν δεῦρ' ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς
Ἔπεμπεν. ——

Ita legunt Etymologici b) auctor et Suidas, ingeniosissime; ipsi quippe nuncii dicebantur ἄγγαροι. Ioseph. Antiq. Iud.

---

x) Herod. VII, 144.
y) Non. c. IV. §. 423.
z) Plaut. Amph. I, 1, 83.
a) Ibid. v. 120.
b) Etym. M. p. 6, 44, 7, 80.

XI. 6. de Artaxerxe: *Διέπεμψε δὲ τοὺς ἀγγάρους λεγομένους ἐς πᾶν ἔθνος, ἑορτάζειν αὐτοῖς τοὺς γάμους παραγγέλλων.* Hesychius in voce *Ἄγγαρος· ἡ λέξις δὲ Περσική· σημαίνει δὲ καὶ τοὺς ἐκ διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους.* Iidem et *ἀστάνδαι* dicti. Suidas, *Ἀστάνδαι, οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ Ἄγγαροι· τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά.* Eustathius [c]) in Odyss. *Τ'*. 28. *Κυρίως δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον ἄγγαροι οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι· οἱ δ' αὐτοὶ, φησὶ, καὶ ἀστάνδαι Περσικῶς.* Hos a Cyro institutos fuisse docet Xenophon [d]), Cyr. Paed. VIII. p. 232. *Σκεψάμενος γὰρ πόσην ἂν ὁδὸν ἵππος κατανύτοι τῆς ἡμέρας ἐλαυνόμενος, ὥστε διαρκεῖν, ἐποιήσατο ἱππῶνας τοσοῦτο διαλείποντας, καὶ ἵππους ἐν αὐτοῖς κατέστησε, καὶ τοὺς ἐπιμελουμένους τούτων· καὶ ἄνδρα ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τόπων ἔταξε τὸν ἐπιτήδειον παραδέχεσθαι τὰ φερόμενα γράμματα, καὶ παραδιδόναι, καὶ παραλαμβάνειν τοὺς ἀπειρηκότας ἵππους* [d]), *καὶ ἄλλους πέμπειν νεαλεῖς. ἔστι δ' ὅτε οὐδὲ τὰς νύκτας φασὶν ἵστασθαι ταύτην τὴν πορείαν, ἀλλὰ τῷ ἡμερινῷ ἀγγέλῳ τὸν νυκτερινὸν διαδέχεσθαι.*

[v. 254. *ΑΝΑΠΤΥΞΑΙ.* Hesychius, *Ἀναπτύξαντες· ἀνακαλύψαντες.* Noster mox, v. 294.

—— *πᾶν δ' ἀναπτύξας πάθος*
Λέξον. ——]

[v. 256. *ΝΕΟΚΟΤΑ.* Schol. *Τὰ νεωστὶ διὰ κότον τῶν θεῶν τινος γενόμενα.*]

[v. 258. *ΔΙΑΙΝΕΣΘΕ.* Hesych. *Διαίνεται.... δακρύει.*]

[v. 261. *ΝΟΣΤΙΜΟΝ ΦΑΟΣ.* Quod Homero Odyss. *Α'*. 9. *νόστιμον ἦμαρ.*]

[v. 270. *ΕΠ' ΑΙΑΝ ΔΙΑΝ ΕΛΛΑΔΑ ΧΩΡΑΝ.* *Ἐπ' αἶαν Ἑλλάδα δῖαν χώραν.* Vide quae ad Supplic. v. 5.]

v. 275. *ΠΟΛΥΒΑΦΗ.* *Ὑπὸ τοῦ αἵματος*, inquit Scholiastes. Quin fortasse *mari tincta.*

v. 277. *ΠΛΑΓΚΤΟΙΣ ΕΝ ΔΙΠΛΑΚΕΣΣΙΝ.* Errat Scholiastes: nihil aliud vult poeta, quam *duplicibus tabulis navium confractarum.*

v. 279. *ΝΑΙΟΙΣΙΝ ΕΜΒΟΛΑΙΣ*, *navium impressionibus.* *Ἐμβαλεῖν* verbum proprium: Schol. Aristoph. in Equit. v. 599. *Ἰδίως τὸ κροῦσαι ναυσὶν, ἐμβαλεῖν λέγουσι* —; et mox, *κυρίως οὖν τὸ ἐμβαλεῖν, τὸ ταῖς κώπαις κροῦσαι.*

[v. 280. *ΙΥΖ' ΑΠΟΤΜΟΝ ΒΟΑΝ.* Hesych. *Ἰύζει· κραυγάζει, βοᾷ.*]

[v. 281. *ΠΕΡΣΑΙΣ ΔΑΙΟΙΣ.* Hesych. *Δαΐον· ἰσχυρὸν, ἀγαθόν.*]

v. 289. *ΕΥΝΙΔΑΣ.* Hesychius, *Εὔνιδες· χῆραι. Εὖνις· ἐστερημένος, ὀρφανὸς, ἐνδεής.*

---

c) Eustath. ad Od. XIX, p. 1864, 27.

d) Xen. Cyrop. VIII, 6, 17. sq. Adde καὶ ἀνθρώπους.

v. 637. *ΒΑΡΒΑΡΑ.* Cuius generis est τὸ βαλήν, v. 659. Vocabula barbara summam vim et efficaciam in his ritibus ha-

y) Iul. Ep. 23. p. 141. Petav.

buisse credebantur: idcirco cautum est oraculo Chaldaico, ne in aliam linguam transferantur:

Ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς.

Τουτέστιν, interprete Psello, *εἰσὶν ὀνόματα παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι διαπαράδοτα, δύναμιν ἐν ταῖς τελεταῖς ἄρρητον ἔχοντα. Μὴ οὖν μήτ' ἀλλάξῃς αὐτὰ εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον· οἷον τὸ Σεραφείμ, καὶ τὸ Χερουβείμ, καὶ τὸ Γαβριήλ. Οὕτω μὲν λεγόμενα κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον ἐνέργειαν ἐν ταῖς τελεταῖς ἔχει ἄρρητον· ἀμειφθέντα δὲ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασιν, ἀσθενῆ.*

v. 638. *ΙΕΝΤΟΣ ΤΑ ΠΑΝΑΙΟΛ.* Distingue, ut respondeat antistrophe:

Ἵεντος τὰ παναίολ' ἀ-
ανῆ δύσθροα βάγματα.

[*Τὸ παναίολα* vel de variis casibus Xerxis vel potius variarum linguarum vocibus accipi potest; nam et barbaras modo dixerat. Vide quae ad versum praecedentem.]

[v. 639. *ΑΙΑΝΗΣ.* Suid. *Αἰανῆς· θρηνητικῆς, παρὰ τὸ αἰάζω τὸ θρηνῶ.*]

[v. 649. *ΟΧΘΟΣ.* Sc. *τύμβου.* Choeph. v. 4.

Τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ. ——

Euripides Hecuba, v. 221. *χῶμα τάφου* dixit. Hesych. *Ὄχθος· χρημνὸς, πέτρα, τὸ ὑψηλὸν τοῦ ποταμοῦ ἢ τῆς γῆς.*]

[v. 651. *ΑΙΔΩΝΕΥΣ.* Hesych. *Αἰδωνεύς· ὁ θεὸς καὶ ὁ τόπος.*]

[v. 656. *ΘΕΟΜΗΣΤΩΡ Δ' ΕΚΙΚΛΗΣΚΕΤΟ ΠΕΡΣΑΙΣ.* Hesych. *Δαρεῖος· ὑπὸ Περσῶν ὁ φρόνιμος.*]

v. 657. *ΠΕΡΣΑΙΣ.* Videtur *τὸ Πέρσαις* ex scholio irrepsisse in textum: sine eo optime constabit carminis ratio.

v. 658. *ΕΠΟΔΩΚΕΙ.* Tanaquil. Faber Epist. LXVII. legit *ἐποδόχει.*

v. 659. *ΒΑΛΗΝ.* [בעל Vide Selden. de Diis Syris, p. 156.] Scholiastes, Euphorionem laudans, Thuriis hoc vocabulum tribuit; *βαλὴν*, inquit, *ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων εἶναι τὴν διάλεκτον, ὅθεν καὶ βαλιναῖον ὄρος, ὅ ἐστι βασιλικόν.* Caeterum Sextus Empiricus, l. 17. *Οὔτε γὰρ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν, ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες, ἰὼ βαλὴν λέγοντες, ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστὶ, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες.* Ita etiam Hesychius; *Βαλλὴν*, (lege *βαλὴν*, quod et postulat literarum ordo) *βασιλεὺς, Φρυγιστί.* Quod vero dicit Scholiastes *βαλιναῖον ὄρος montem regium* significare, ex Plutarcho videtur hausisse; qui in lib. de fluminibus, in Sagari, p. 1115. yy) *Παράκειται δὲ αὐτῷ*, inquit, *ὄρος βαλληναῖον καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον βασιλικόν.* Legerim vel ex Scholiaste nostro *βαλιναῖον*, vel potius *βαληναῖον*, Eu-

yy) Plut. de fluv. XII, 3. (vol. XIII. p. 452. Hutt.)

stathii [z]) fretus testimonio, qui ad Il. Γ'. 53. eundem Plutarchi locum laudat, et hunc versum simul interpretatur: *Αἰσχύλος*, inquit, *φησὶ βαλῆνα τὸν βασιλέα, ἐν τῷ, Βαλὴν ἀρχαῖος βαλήν· γλώσσης δὲ τοῦτο, ἐξ οὗ καὶ ὄρος βαληναῖον, ὅ ἐστι βασιλικόν· παρὰ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ περὶ ποταμῶν.* Hunc locum Eustathii a cl. Salmasio sibi nominatum invenire non potuit Maussacus, quamvis admodum diligenter integros Eustathii commentarios in Il. *B'*. pervolutaverit, ut hoc testimonio auctoritatem libro de fluminibus a se edito conciliaret: neque mirum, cum non ad Homeri Boeotiam, ut indicaverat Salmasius, sed ad tertiam Iliada haec pertineant. Ne tamen libro de fluminibus sua desit auctoritas, monemus haec verba non semel apud Eustathium extare, sed cum eo, quem citavimus libro, tum etiam in commentariis ad Odyss. [a]) *Γ'*. 28. A *βαλὴν* per contractionem, quasi a *βλήν*, fit *βλῆνος*. Hinc intelligendum illud Aristippi apud Diogenem Laertium [b]), qui, cum exprobrassent ei aliqui, quod a Dionysio consputatus patienter tulisset, *Οἱ μὲν ἁλιεῖς*, inquit, *ὑπομένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάττῃ, ἵνα χωβιὸν θηράσωσιν· ἐγὼ δὲ μὴ ἀνάσχωμαι ῥάμματι ῥανθῆναι ἵνα βλέννον λάβω*; *βλῆνος* enim est *rex*: *βλέννος*, *βλένος*, seu *βλίνος*, piscis gobio similis. Lexic. Anon. MS. *Βλῆνος, ὁ τύραννος· βλίνος, ὁ ἰχθύς.* Idem alibi: *Βαιὼν, ἰχθὺς ὁ καὶ κλίνος* (legendum esse *βλίνος* tum ex superioribus constat, tum ex Athenaeo [c]) VII. 10.) *παραπλήσιος χωβιῷ.* Eo allusit festivissimus philosophus. [Etymolog. [d]) *Βαίων ὃς καὶ βλέννος λέγεται ἐστιν ἰχθὺς παραπλήσιος χωβιῷ.* Suidas, *βλίνος, εἶδος ἰχθύος.*]

[v. 661. *ΕΠ' ΑΚΡΟΝ ΚΟΡΥΜΒΟΝ ΟΧΘΟΥ.* Ad sepulcra mortuorum fiebant haec sacrificia magica. Cedrenus [e]), *Γοητεία καλεῖται ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ ποιοῦντα* [τοιαῦτα] *ἐπιτηδεύουσι γινομένων.* Nam et circa tumulos animas defunctorum plerumque aberrare vulgo credebatur. Vide Lactantium, II. 2. Quamobrem Ericthonis veneficae domicilium in sepulcralibus monumentis finxit Lucanus, VI. 511.

—— desertaque busta
Incolit et tumulos expulsis occupat umbris.]

v. 662. *ΚΡΟΚΟΒΑΠΤΟΝ ΠΟΔΟΣ ΕΥΜΑΡΙΝ.* Hesych. *Εὐμαρίδες, εἶδος ὑποδήματος.* [Est *εὐμαρίς* quoddam calceamenti genus, dictum, quod *τοῖς αὐτὸ ὑποδεδεμένοις παρέχει εὐμαρῶς βαδίζειν.* Etymol. [f]) *Εὐμαρὶς, εὐμαρίδος, εἶδος ὑποδή-*

---

s) Eust. p. 381, 17.
b) Diog. L. II, §. 67.
d) Et. M. p. 192, 52.
f) Et. M. p. 393, 16.
a) Eust. p. 1854, 28.
c) Athen. VII, p. 288. A. (*βλέννος.*)
e) Cedr. p. 41. Paris.

ματος, διὰ τὸ εὐμαρῶς, ὅ ἐστιν εὐχερῶς, βαδίζειν τοὺς ὑποδεδεμένους. Εὐριπίδης—βαρβάροις ἐν εὐμαρίσιν.] Persae calceamenti genus ipsis peculiare habuere: quod Straboni, XV. p. 734. *ὑπόδημα κοῖλον, διπλοῦν* describitur. Nobilioribus auro et gemmis ornatum: Clem. Alex. Paedag. II. 11. *Χαίρειν οὖν ἐατέον τὰς ἐπιχρύσους καὶ διαλίθους τῶν σανδαλίων ματαιοτεχνίας, καὶ κρηπῖδας Ἀττικὰς, καὶ τὰς Σικυωνίας, καὶ τοὺς κοθούρνους, Περσικάς τε καὶ Τυρρηνικάς.* Regibus, ut videtur, rubri coloris; quod tamen apud neminem alium memini me legisse.

v. 664. *ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΙΑΡΑΣ.* Tiaram Persis commune tegmentum capitis esse quis nescit? Verum hoc intererat inter tiaram regiam et reliquas, quod illa solum recta, et sursum elata, caeterae deorsum vergebant, in frontem deductae. Aristoph. in Avibus, v. 486.

Διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν, ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας, διαβάσχει
Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν, τῶν ὀρνίθων μόνος, ὀρθήν.

Ubi Scholiastes, *Πᾶσι γὰρ*, inquit, *Πέρσαις ἐξῆν τὴν τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐχ ὀρθὴν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ· μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο.* Ibidemque *κυρβασίαν* eandem esse cum tiara tradit et adiicit: *τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθος καὶ ἐπτυγμένην, καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον ἔχειν· τοῖς δὲ βασιλεῦσιν, ὀρθήν.* Plura testimonia congessit vir doctissimus B. Brissonius, de regno Persico, I. 46.

[v. 666. *ΒΑΣΚΕ.* Hesych. *Βάσκε· πορεύου, λέγε, ἀνάστηθι.* Nota verbum magis in usu ex quo Latini *fascinum* effinxere. Vide Martinium in voce *Fascinum.*]

[Ibid. *ΑΚΑΚΕ.* Suidas, *Ἀκακία, ἡ ἀγαθοσύνη.*]

[v. 671. *ΑΧΛΥΣ.* Schol. *Θλῖψις.* Vide quae ad Sept. Theb. v. 232. Hesych. *Ἀχλύς· ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λεπτὴ ὕλη* (nubecula) *ὀμίχλη, σκοτία, ἀμβλυωπία.* Idem, *Ἀχλύν· σκοτίαν καὶ ἀορασίαν.*]

[v. 672. *ΝΕΟΛΑΙΑ.* Hesych. *Νεολαία· νέον ἄθροισμα, ἢ νεότης· ἢ νέος λαός.*]

[v. 678. *ΔΙΔΥΜΑ ΑΜΑΡΤΙΑ.* Quare pateris ut tuum hoc regnum bis iam tandem cladem acceperit a Graecis? Semel modica plaga, cum tu ducebas exercitum, sed nunc gravissima et funestissima ducente Xerxe. Vel possumus cladem geminam interpretari de clade terra et mari accepta, v. 730.

Ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς· πεζὸν ὤλεσε στρατόν·

vel geminam cladem pro ingentem.]

v. 683. *ΔΑ. Ω ΠΙΣΤΑ.* Aristophanes in Ranis, v. 1060, sub persona Bacchi, de Aeschyli Persis verba facientis:

Ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δαρείου τοῦ τεθνεῶτος.
Ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τῶ χεῖρ' ὠδὶ ξυγκρούσας εἶπεν ἰαυοῖ.

Ubi Scholiastes: *Ἐν τοῖς φερομένοις Αἰσχύλου Πέρσαις οὔτε Δαρείου θάνατος ἀπαγγέλλεται, οὔτε ὁ χορὸς τὰς χεῖρας συγκρούσας*

λέγει ἰαυοῖ, ὃ ἐστιν ἐπιφώνημα πρὸς τὸν Διόνυσον λεγόμενον χαρᾶς ἐπελθούσης. Ἀλλὰ τὰ μὲν πράγματα ὑπόκεινται ἐν Σούσοις· καὶ περίφοβός ἐστιν ἡ μήτηρ Ξέρξου ἐξ ὀνείρου τινός· χοροὺς δὲ Περσῶν γερόντων διαλεγόμενος πρὸς αὐτήν· εἶτα ἄγγελος ἀπαγγέλλων τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν καὶ τὴν Ξέρξου φυγήν. Χαῖρις δέ φησι τὸ Δαρείου, ἀντὶ τοῦ Ξέρξου. Σύνηθες γὰρ τοῖς ποιηταῖς ἐπὶ τῶν υἱῶν τοῖς τῶν πατέρων ὀνόμασι χρῆσθαι· πρὸς ὃν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐν τῷ δράματι λέγεται,

Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῇ τε καὶ βλέπει φάος.

Ἡρόδικος δέ φησι διττοῦ γεγονέναι τοῦ θανάτου, καὶ τὴν τραγῳδίαν ταύτην περιέχειν τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. Δοκοῦσι δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις, σπουδάζοντος Ἱέρωνος, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ'. περὶ κωμῳδιῶν. Ἄλλως. Δίδυμος, ὅτι οὐ περιέχουσι θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρᾶμα· διό τινες διττὰς θέσεις (fortasse καθέσεις) τουτέστι διδασκαλίας τῶν Περσῶν φασι, καὶ τὴν μίαν μὴ φέρεσθαι. Τινὲς δὲ γράφουσι Δαρείου τοῦ Ξέρξου. Οἱ δὲ ὅτι τοῖς κυρίοις ἀντὶ πατρωνυμικῶν κέχρηνται· καὶ ὅτι ὁ Ξέρξης· οἱ δὲ, ὅτι εἴδωλον Δαρείου φθέγγεται, ἐκεῖ τεθνηκότος δηλονότι. Haec ille. Miror locum illum Aristophanis veteres criticos adeo exercuisse, quo nihil liquidius.

[v. 685. *ΚΕΚΟΠΤΑΙ ΚΑΙ ΧΑΡΑΣΣΕΤΑΙ ΠΕΔΟΝ.* Nempe hymno poëtico chori. Tibullus, 1. 2. s)

Haec cantu finditque solum manesque sepulcris
Elicit, et trepido devocat ossa solo.]

[v. 689. *ΟΡΘΙΑΖΟΝΤΕΣ ΓΟΟΙΣ.* Alii ῥοθιάζοντες: quam lectionem sequitur Scholiastes et reddit μεγάλως ἠχοῦντες καὶ θρηνοῦντες, ut supra, v. 396. κώπης ῥοθιάδος. Schol τῆς ἠχητικῆς. Potior vero prior lectio, cui et eadem simplicius quadrat interpretatio: ita mox, v. 1055.

Ἐπορθίαζε νῦν γόοις.]

v. 690. *ΟΥΚ ΕΥΕΞΟΔΟΝ.* Quo modo Ἅιδης δύσοστος dicitur Epigrammate Graeco. Anacreon h), Od. LVIII.

Ἅιδεω γάρ [ἐστι] δεινὸς
Μυχὸς, ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν
Κάθοδος· καὶ γὰρ ἕτοιμον
Καταβάντι μὴ ἀναβῆναι.

Catullus, Carm. III. 12.

Illuc unde negant redire quemquam.

Et passim apud poetas. [Theocritus, XII. 19.

— ἀνέξοδον εἰς Ἀχέροντα.

---

s) I, 2, 47. h) Anacr. LIV, 9.

Philetas [i]), (Analect. Graec. II. p. 524.)

—— ἀτραπὸν εἰς Ἀΐδεω
Ἤνυσα, τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθεν ὀδίτης.

Virgil. Aen. VI. 126.

—— facilis descensus Averni:
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis;
Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. ——]

[v. 694. *ΗΚΩ· ΤΑΧΥΝΑ Δ'*. Lege *ἥκω· 'τάχυνα δ'*. Ita Sophocles Aiace, v. 24.

Κἀγὼ 'θελοντής. ——]

v. 696. *ΣΕΒΟΜΑΙ*. Hesych. *Σέβεσθαι· αἰδεῖσθαι, ἐντρέπεσθαι, προσκυνεῖν, αἰσχύνεσθαι.*

[v. 700. *ΜΑΚΙΣΤΗΡΑ*. Hesych. *Μαχίστηρ.... τάσσεται δὲ ἐπὶ τοῦ μεγάλου.* Aliud *μαχίστηρ*, Suppl. v. 475.]

v. 703. *ΔΕΙΟΜΑΙ Δ' ΑΝΤΙΑ ΦΑΣΘΑΙ*. *Τὰ ἀντία* Scholiastes *ἐναντία* interpretari videtur; cui non assentior. *Δέδια δὲ*, inquit, *καὶ ἀληθεῦσαι· λυπηθήσῃ γάρ.*

[v. 707. *ΚΛΑΥΣΜΑΤΩΝ ΛΗΞΑΣΑ*. Bion. Idyll. I. 97.

Λῆγε γόων Κυθέρεια. ——

Horat. Od. II. 3. [k])

—— desine mollium
Tandem querelarum]

[v. 708. *ΑΝΘΡΩΠΕΙΑ ΠΗΜΑΤ' ΕΝΤΕΥΧΕΙ ΒΡΟΤΟΙΣ*. Terent. Heaut. I. 1. [l])

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.]

v. 711. *Ω ΒΡΟΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ*. Synes. de Regno, *Κἀγώ σοι σύμφημι μέγεθος ἀρχῆς ἑνὶ μηδενὶ τοσόνδε παρεῖναι, καὶ πλούτου θημῶνας, ὑπὲρ τὸν πύλαι Δαρεῖον.*

[v. 712. *ΩΣ ΕΩΣ ΕΛΕΥΣΑΣ*. Lege *ὃς ἕως ἔλευσσες.*]

[v. 714. *ΝΥΝ ΔΕ ΣΕ ΖΗΛΩ*. Convenit Virgilianum illud, ex observatione Guellii, Aen. XI. 158.

—— tuque, o sanctissima coniux,
Felix morte tua, neque in hunc servata dolorem.]

[v. 720. *ΘΟΥΡΙΟΣ ΞΕΡΞΗΣ*. Eadem ratione qua Lucanus, II. 672. *tumidum Xerxem* dicit. Etymolog. [m]) *Θοῦρος, ὁ ὁρμητικὸς, ὁ πολεμιστής· καὶ θοῦρον, τὸν πηδητικὸν καὶ ταχύν· οἱονεὶ ὁ θοῶς ὀρούων, ἢ ὁ κούφως ὀρούων· παρὰ τὸ θέρω, τὸ θερμαίνω, θόρος καὶ θοῦρος: ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς τοῦ πυρὸς ὁρμῆς.*]

---

i) Anthol. Gr. T. I, p. 121.
l) I, 1, 25.
k) II, 9, 17.
m) Et. M. 453, 37.

[v. 721. *ΠΕΖΟΣ.* Etymolog. n) in voce *Πέδη*.... *Καὶ πεζοὺς φασι τοὺς διὰ τῶν ἰδίων ποδῶν τὴν ὁδὸν ποιουμένους, οἱονεὶ πεδούς· καὶ κατὰ τροπὴν, ἀπὸ τοῦ πέδον· πεζὸς γὰρ ὁ διὰ τοῦ πέδου πορευόμενος.*]

[v. 724. *ΜΗΧΑΝΑΙΣ ΕΖΕΥΞΕΝ ΕΛΛΗΣ ΠΟΡΘΜΟΝ.* Herodot. VII. 36. *Τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐζεύγνυσαν. ἐζεύγνυσαν δὲ ὧδε, κ. τ. λ.* Diodor. Sic. XI. o) p. 243. *Ἐξαπέστειλε τοὺς ἱκανοὺς ζεῦξαι μὲν τὸν Ἑλλήσποντον.* Strabo, XIII. p. 591. *Ἐνταῦθα δέ ἐστι τὸ ἑπτασταδιον ὅπερ ἔζευξε Ξέρξης.* Aeschines p) in Ctesiphonte, p. 415. *Οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, κ. τ. λ.* Max. Tyrius q), serm. IV. *Ἀνίσταται ἡ Ἀσία, μαστιγοῦται ἡ θάλαττα, Ἑλλήσποντος ζεύγνυται.* Suidas in voce *Ξέρξης*; nescio ex quo auctore: *Ἔζευξε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον τὸν μεταξὺ Σηστοῦ καὶ Ἀβύδου.* Latini, *iunxit.* Cic. de Fin. II. 34. *Si Xerxes cum tantis classibus tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto iuncto*, etc.]

[v. 725. *ΒΟΣΠΟΡΟΝ ΚΛΕΙΣΑΙ.* Varro r) de Lingua Latina, VI. p. 76. *Hellespontum et claustra, quod Xerxes quondam eum locum clausit.*]

[v. 746. *ΝΕΩι ΘΡΑΣΕΙ.* Postea, v. 784.

Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ.]

[v. 747. *ΔΟΥΛΟΝ ΩΣ ΔΕΣΜΩΜΑΣΙΝ ΗΛΠΙΣΕ ΣΧΗΣΕΙΝ.* Ioh. Tzetzes, Chiliad. I. 32. s)

Δύο τε ζεύγη σιδηρῶν ποδοπεδῶν ἐμβάλλει
Πρὸς πέλαγος θαλάττιον δῆθε δεσμῶν ὡς δούλην.]

[v. 749. *ΚΑΙ ΠΟΡΟΝ ΜΕΤΕΡΡΥΘΜΙΖΕ.* Dum haec scripserit Aeschylus quasi a Dario proferenda, filii vesana facta culpante, sane Darii ipsius factum huic simile in mente non habuit, cuius ad exemplum Xerxem haec egisse tradunt. Ioh. Tzetzes s), Chiliad. I. 32.

Καὶ δὴ κατὰ μὲν μίμησιν τὴν τοῦ πατρὸς Δαρείου.
Ὡς πρὶν ἐκεῖνος ἐκπερᾷ κατὰ Σκυθῶν ἐκτρέχων
Τὸν δαμαλίτην βόσπορον πεζῇ πρὸς τὴν Εὐρώπην.
Ὃν Μανδροκλεῖς ὁ Σάμιος ἔζευξε γεφυρώσας
Ἔμπει καὶ οὗτος γεφυροῦν τὸ πέλαγος Ἀβύδου.]

[v. 752. *ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΡΑΤΕΙΝ.* *Kai etiam.* Sicut Virgilianum illud, Aen. II. 49.

—— timeo Danaos et dona ferentes.

---

n) Et. M. 668, 18. 31.
o) Diod. XI, 2.
p) Aeschin. p. 522. Rsk. (§. 132. Brem.)
q) Max. Tyr. p. 44. Leid. (p. 243. Lond.)
r) Varr. p. 85. Bip. (p. 307. Sp.)
s) Tzetz. Chil. I, v. 884.
*) v. 891.

Valer. Maximus, III. 2. t) *Gravem mari ac terrae Xerxem, nec fluminibus [hominibus] tantum terribilem sed Neptuno quoque compedes et coelo tenebras minitantem.* Seneca, lib. in sapientem non cadere iniuriam, c. 4. *Quid tu putas, cum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurasset, ullam sagittam in solem incidisse, aut demissis in profundum catenis Neptunum potuisse contingi?*]

Ibid. *ΝΟΣΟΣ ΦΡΕΝΩΝ. Φρενῖτις.* Themistius u), Orat. V. *Οὕτως ἀπόπληκτον ὥστε μαστιγοῦν τὴν θάλατταν, καὶ πέδας ἐμβάλλειν τῷ Ἑλλησπόντῳ.* Quod vero Xerxi impingunt Themistius et caeteri, id ab ipsis Graecis confictum.

v. 758. *ΑΙΧΜΑΖΕΙΝ.* Legerim *ἀχμάζειν.*

v. 759. *ΕΞ ΑΝΔΡΩΝ ΚΑΚΩΝ.* Ex his praecipui, Mardonius, qui secundum Herodot. VII. 6. *νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμητής* vel, ut Diod. x) XI. p. 242. *μετέωρος [ὢν] τῷ φρονήματι, καὶ τῇ ἡλικίᾳ [τὴν ἡλικίαν] ἀχμάζων*, et Onomacritus, quem dicit Herodotus, l. c. *χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τοῦ Μουσαίου.* [Eadem ratione Sophocles apud Stobaeum y), Tit. XLVIII. p. 183.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.]

v. 761. *ΤΟΙΓΑΡ ΣΦΙΝ ΕΡΓΟΝ.* Inter hunc versum et praecedentem quaedam intercidisse, et versum 763. loco suo motum esse arbitratur Iosephus Scaliger *ὁ θαυμαστός*, de Emendat. Tempor. VI. p. 590. „Aeschylus," inquit, „in Persis omnes recenset ordine sub persona Darii Hystaspis, sed a Kyaxare Medo ad Xerxem filium eius:

* * * * *

Τοιγὰρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον
Μέγιστον, ἀείμνηστον, οἷον οὐδέπω
Ἐξ οὗ τε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ' ὤπασεν.
Ἓν' ἄνδρα πάσης Ἀσιάδος μηλοτρόφου
Ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυντήριον.
Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ·
Τὸ δ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσόν.
Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε·
Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.
Τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ Κῦρος e. q. s.

Hic repetit initium monarchiae Persicae a Kyaxare et eius filio Astyage, cui successerit victor Cyrus, Cyro Cambyses, Cambysae Mardus, id est, Smerdis Magus, dedecus throno Cyri, ut ipse dicit: illi per aliquot dies successerunt alternis septem proceres, Maraphis, Artaphernes et alii, donec ipse

---

t) Val. Max. III, 2. ext. 3. u) Themist. p. 134. Petav.
x) Diod. XI, 1.
y) Stob. Serm. XLVIII, 5. (v. Soph. fragm. Aiac. Locr. II. Br.)

Darius electus est. Haec clare Aeschylus. Sed asteriscos initio posuimus, quod deesse quaedam omnino constet nobis. Praeterea versiculum septimum, *Τὸ δ' ἄστυ Σούσων*, a tertio loco huc traduximus; erat enim alieno loco positus. Susa a Kyaxare vastata, a filio Astyage in integrum restituta non obscure dicit. Haec nescio an alibi legas." Hactenus vir incomparabilis; cuius tamen sententiam amplecti nullo modo possum: neque enim mihi par est credere, quod vel desideretur aliquid, vel quod versus iste loco suo motus fuerit, et de Astyage, Cyaxaris filio, intelligendus: quippe cum haec Susis acta putentur, de re praesenti sermo haberi videtur. Queritur *Atossa* quod *improborum quorundam suasu expeditionem in Graeciam Xerxes susceperit. Egregium sane opus*, inquit *Darius, et memorabile patrarunt: urbem enim hanc, Susa, viris exhaustam reddit Xerxes magis, quam unquam fuit, ex quo primum monarchiam obtinuerint Persae.* Sic enim distinguendum censeo:

Τοιγάρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον
Μέγιστον, ἀλείμνηστον, οἷον οὐδέπω
Τόδ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσὸν,
Ἐξ οὗτε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ' ὤπασεν,
Ἓν' ἄνδρα πάσης Ἀσιάδος μηλοτρόφου
Ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυνήριον.

Proinde, regibus omnibus Persicis a Dario ad Xerxem usque enumeratis, concludit:

Ἅπαντες ἡμεῖς, οἳ κράτη τάδ' ἔσχομεν,
Οὐκ ἂν φανεῖμεν πήματ' ἐξάντες τόσα.

[Atque eodem fere modo interpunxisse Scholiastem arbitramur, qui locum hunc sic interpretatur: *ἔργον δὲ οἷον οὐδέπω γέγονεν ἐξ οὗτε καὶ ἀφ' οὗ καιροῦ ὁ Ζεὺς ὤπασε, κ. τ. λ.*]

[v. 762. *ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΝ.* Suidas, *Ἀείμνηστος.* Ubi Portus, „*Semper memoratus* vel *memorandus. Semper celebratus* vel *celebrandus.* Sophocles in Aiace Flagellifero, v. 1177. *τάφον ἀείμνηστον* vocat sepulcrum, cuius perpetua futura sit memoria et gloria."]

v. 763. *ΤΟ Δ' ΑΣΤΥ ΣΟΥΣΩΝ ΕΞΕΚΕΙΝΩΣΕΝ ΠΕΣΟΝ.* Ita chorus, v. 117. hanc ipsam cladem deprecans:

—— μὴ πόλις πύθη-
ται κένανδρον μέγ'
Ἄστυ Σουσίδος.

Et v. 548.

Νῦν γὰρ δὴ πρόπασα μὲν στένει
Γαῖ' Ἀσιὰς ἐκκενουμένα.

[Et v. 732.

—— ὡς Σούσων μὲν ἄστυ πᾶν κενανδρίαν στένει.]

[Ibid. *ΠΕΣΟΝ*. Cicero pro Arusp. c. 20. *Ut tanta civitas si cadet, quod Dii omen obruant, a viro tamen confecta videatur.*]

v. 767. *ΜΗΔΟΣ ΓΑΡ ΗΝ Ο ΠΡΩΤΟΣ ΗΓΕΜΩΝ ΣΤΡΑΤΟΥ.* Locus egregius, et notatu dignissimus; quippe cum ex eo initia monarchiae Persicae, longe aliter quam referunt historici, erui posse videantur. Namque illi Cyrum primum Persarum regem uno ore praedicant; at Aeschylus duos in regno Cyrum antecessisse diserte tradit: ad haec, Darius rex tertius illis numeratur, Aeschylo octavus. Nec tamen Aeschyli in hac re minoris facienda est auctoritas, quin potius caeteris omnibus praeponenda. Nam et aetate reliquis superior, et rerum Persicarum callentissimus procul dubio fuit, utpote qui ad Marathonem contra Darium, ad Salaminem et Plataeas contra Xerxem militaverat. Porro Aeschylus primum Persarum regem Medum esse dicit, eundem sane de quo Suidas: *Μῆδος, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς.* Huic sententiae astipulari videtur Cambyses apud Herodotum III. 65. qui iamiam moriturus Achaemenidas orat, ne imperium ad Medos iterum transire patiantur: *μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν.* Fundamen igitur regni Persici stravit Medus: sed quisnam fuerit hic Medus haud ita in promptu est dicere. Darium quendam, Xerxis patre antiquiorem, a quo stater Persicus *δαρεικός* denominatur, memorant Scholiastes Aristophanis, in Concion. v. 598. et Suidas in voce *Δαρεικούς. Οἱ δαρεικοὶ οὐκ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως ὠνομάσθησαν.* Hic est quartus ille Darius, cuius mentionem facit Scholiastes noster in Argumento, *Τινὲς δέ*, inquit, *καὶ τέταρτον Δαρεῖον λέγουσιν εἶναι.* Nam cum inter Cyrum et Hystaspis filium nemo huius nominis reperiatur, eum ante Cyrum vixisse omnino fatendum erit. Medum itaque incertum, incertum et Darium nacti sumus; quod si utrumque in unum comp igamus, Darius ille Medus occurret, de quo tantum desudarunt viri doctissimi. Iam vero Darium Medum eundem esse cum Astyage, Cyri avo, asserit Cedrenus, p. 142. *Μῆδος Δαρεῖος καὶ Ἀστυάγης — ἐλέγετο — · Πάππος δὲ ἦν Κύρου.* Et Chronicon Alexandrinum Darium dici Astyagem monet. Accedit, quod memorabilem illam solis defectionem, a Thalete praedictam, quae secundum Ciceronem, de Divinat. I. 49. et Plinium [z]), Nat. Hist. I. Astyage regnante facta est, Suidas sub Dario contigisse tradat, in voce *Θαλῆς.* Hoc acceptum referimus viro illustrissimo, et tam de republica literaria quam de nostra optime merito, Domino Ioanni Marshamo, cuius verba e *Diatriba Chronologica*, libello vere aureo, exscripta tradere non gravabor, quippe cum ad totum hunc Aeschyli locum illustrandum maxime conferant.

---

z) Plin. Nat. Hist. II, 12.

Sidon. Apollinaris, Carm. XV. 5.

Aeternumque virens oliva. ——

Suidas, *Ἀειθαλὴς, ἀεὶ θάλλων.*]

v. 619. *ΞΑΝΘΗΣ ΕΛΑΙΑΣ.* [Anthol. n) VI. 14. *Χρυσοχίτωνα ἐλαίαν.* Pind. o) Olym. XI. 13. *Κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας.* Virgil. Aeneid. V. 309.

—— flavaque caput nectuntur oliva.]

[v. 620. *ΑΝΘΗ ΠΛΕΚΤΑ. Corolla plectilis.* Schol. *στέμματα.* Coronae mortuis dabantur in peragendis inferiis ut vitae certamine defunctis. Suidas in voce *Μελιτοῦττα· καὶ στέφανος ὡς τὸν βίον διηγονισμένοις.*]

Ibid. *ΓΑΙΑΣ ΤΕΚΝΑ.* Chaeremonen saepius eadem tralatione usum esse monet Athenaeus p), Deipn. XIII. 9. ubi haec adducit exempla: ex Io, *Ἀνθηροῦ τέκνα ἔαρος πέριξ στρώσαντες*; ex Centauro,

Ἔνθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρονα στρατὸν
Ἀνθέων ἀλόχων ἐστράτευσαν ἡδοναῖς
Θηρώμενοι τὰ τέκνα λειμώνων.

Ita enim redigendos esse hos versus censemus: ubi tamen pro *ἀλόχων* legerim *ἀλόγχων*, nec enim *ἀλόχων* metro convenit, *exercitum florum haud armatorum*; eleganter dictum. [Vide sis Petr. Victor. Var. Lect. XXXII. 21.]

v. 623. *ΔΑΡΕΙΟΝ ΑΝΑΚΑΛΕΙΣΘΕ.* [Suidas, *Γοητεία, μαγεία, καὶ φαρμακεία διαφέρει. Ἅπερ ἐφεῦρον Μῆδοι καὶ Πέρσαι. Μαγεία μὲν οὖν ἐστιν ἐπίκλησις δαιμόνων ἀγαθοποιῶν δῆθεν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν· ὥσπερ τὰ τοῦ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως θεσπίσματα. Γοητεία δὲ ἐπὶ τῷ ἀνάγειν νεκροὺς δι' ἐπικλήσεως, ὅθεν εἴρηται ἀπὸ τῶν γόων καὶ τῶν θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους γινομένων. Φαρμακεία δὲ ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινι διὰ στόματος. Μαγεία δὲ καὶ ἀστρολογία ἀπὸ Μαγουσαίων ἤρξατο. Οἱ γάρ τοι Πέρσαι Μαγῶν ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται, καὶ Μαγουσαῖοι οἱ αὐτοί.*] Quod magiam antiquitus tum Chaldaei tum Aegyptii excoluerint, validissimis testimoniis probari possit, sed id non est huius loci: nec nisi longo post tempore Persis innotuit; qui eam, ni fallor, statim atque has gentes devicerant, ab ipsis didicere. De Chaldaeis suadere videtur Plutarchus, qui lib. de Isid. et Osiride, p. 369. [D.] tradit Zoroastrem apud Chaldaeos magos instituisse; quorum imitatione etiam Persae suos habuerint. De Aegyptiis Ausonius q), Epist. XIX.

Quique magos docuit mysteria vana Nechepsis.

---

n) Anal. Br. II, p. 217.
o) Pind. Ol. X, 13. Bkh.
p) Athen. XIII, p. 606. E.
q) Aus. p. 313. Manh.

Nec me magis movet quod ait Plinius, XXX. 1. *Sine dubio illic oria in Perside, a Zoroastre, ut inter auctores convenit;* quam quae de prodigiosa Zoroastris istius antiquitate somniant auctores illi: quippe cum Laertio r) *Persa* dicitur, Clementi s) *Medus*, Suidae *Perso-Medus*, vereor ut aevi sit multo inferioris quam vulgo creditur. Persarum ante Ezechielem meminit nemo: eorum gesta ante Cyrum exteris nedum nota. Porro fatetur Plinius quod Zoroastrem illum *diligentiores paulo ante Ostanem ponunt.* His astipulantur Persae recentiores, qui (testante Agathia t), lib. II.) sub Hystaspe collocarunt. Etenim Ostanes *Xerxem, regem Persarum, bello quod is Graeciae intulit comitatus est: ac velut semina artis portentosae sparsit obiter, infecto quacunque commeaverat mundo.* Hoc cum retulisset Plinius, subdit: *Quod certum est, hic maxime Ostanes ad rabiem, non aviditatem modo scientiae eius Graecorum populos agit.* Apposite itaque *νεκυομαντείαν* hanc confinxit Aeschylus, ut qui populo tunc temporis nihil magis gratum esse probe noverat.

Ibid. *ΓΑΠΟΤΟΥΣ.* Statius modo laudatus, Theb. IV. 454.

—— quantum bibit arida tellus.

v. 631. *ΕΡΜΗ.* Qui v. 628. *πομπός*, v. 630. *χθόνιος.* Aiax apud Sophoclem, se ipsum perempturus, in tragoedia cognomine, v. 838.

—— *καλῶ δ' ἅμα*
Πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι.

Ἑρμῆς πομπαῖος dictus est *Mercurius, qui*, ut loquitur Petronius u), *animas ducere et reducere solet.* Virgil. Aen. IV. 242.

Tum virgam capit; hac animas ille evocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit.

Ibid. *ΒΑΣΙΛΕΥ Τ' ΕΝΕΡΩΝ.* Homer. Iliad. *O'*. 188.

Ζεὺς καὶ ἐγὼ, τρίτατος δ' ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων.

Ab *ἔρα*, verbo antiquo, pro *γῆ*, *ἔνεροι.* Ab *ἔνεροι*, Latinum nomen *inferi*, quasi *ineri*, interposito pro more digammate Aeolico. Hinc etiam *ἐνέροθεν*, et per syncopen *ἔνερθεν*, *ἀπὸ τῶν νεκύων*, ab inferis, quo sensu Latinum *infra.* Tibullus, Eleg. I. 10. x)

Non seges est infra. ——

Homerus in versibus illis *μεγαλοφωνοτάτοις*, Iliad. *Y'*. 57.

—— *αὐτὰρ ἔνερθε Ποσειδάων ἐτίναξε*
Γαῖαν ἀπειρεσίην, ὀρέων τ' αἰπειὰ κάρηνα.

---

r) Diog. L. I, §. 2.
s) Clem. Strom. I, p. 144, 28.
t) Agath. II, 24. p. 117. Nieb.
u) Petron. Sat. c. p. 40. p. 856. Burm.
x) v. 35.

Πάντες δ' ἐσσείοντο πόδες πολυπιδάκου[ος] Ἴδης,
Καὶ χορυφαὶ, Τρώων τε πόλις, καὶ νῆες Ἀχαιῶν.
Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς,
Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε, μή οἱ ὕπερθε
Γαῖαν ἀναῤῥήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

Ubi ἔνερθε, ὑπένερθε, ἔνεροι, omnia de inferis dicuntur: etiam illud ὕπερθε ab eadem origine videtur descendere.

[v. 632. *ΠΕΜΨΑΤ' ΕΝΕΡΘΕΝ ΨΥΧΑΝ. Ex inferis animam mittitote.* Lactantius de Divino Praemio, VII. 13. *Falsa est ergo Democriti et Epicuri et Dicaearchi de animae dissolutione sententia; qui profecto non auderent de interitu animarum Mago aliquo praesenti disserere, qui sciret certis carminibus ciere ab inferis animas, et adesse et praebere se humanis oculis videndas, et loqui et futura praedicere.* Tertullianus de Anima, c. 57. *Publica iam literatura est, quae animas, etiam iusta aetate sopitas, etiam proba morte disiunctas et prompta humatione dispunctas evocaturam se ab inferorum incolatu pollicetur.*]

v. 633. *ΑΚΟΣ.* Fortasse ἄγος. Sed nihil muto.

[v. 634. *ΠΕΡΑΣ ΕΙΠΟΙ.* Consilium indicabit terminandi haec mala.]

v. 635. *Η Ρ' ΑΙΕΙ ΜΟΥ.* Praeter alia ritualia adhibitum semper fuit in hoc opere carmen deprecatorium; cuius generis hic est hymnus, nempe ψυχαγωγός, manium elicius. Sic Tiresias apud Senecam, caeteris ritibus peractis, Oedip. v. 559.

Vocat inde manes, teque qui manes regis,
Et obsidentem claustra lethalis lacus;
Carmenque màgicum volvit, et rapido minax
Decantat ore, quicquid aut placat leves
Aut cogit umbras. ——

Exempla ubique sunt in promptu. Quod ad carminis rationem spectat, epodica sunt: strophen, antistrophen tertiam, et ἐπῳδόν pro monostrophicis habuit Canterus.

[Ibid. *ΜΑΚΑΡΙΤΑΣ.* Mortui μακαρῖται dicti διὰ τὸν εὐφημισμόν. Theocritus, Idyll. II. 70.

Καί μ' ἀ Θευχαρίλα Θρᾷσσα τροφὸς ἀ μακαρῖτις,
Ἀγχίθυρος ναίοισα κατεύξατο καὶ λιτάνευσε.

Male notat Scholiastes noster μακαρίτας dici τοὺς τεθνεῶτας, μακαρίους δὲ τοὺς ζῶντας, neque enim hoc perpetuum; Iulianus y), Epist. ad Hermog. Ἐκείνῳ μὲν δὴ ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, κούφη [ἡ] γῆ, καθάπερ λόγος. Vide sis quae habet vir doctissimus Desiderius Heraldus Animadv. II. 4. Hesych. Μακαρίτης· ὁ τεθνεὼς, ὁ μακάριος, ὁ νεκρός.]

v. 637. *ΒΑΡΒΑΡΑ.* Cuius generis est τὸ βαλήν, v. 659. Vocabula barbara summam vim et efficaciam in his ritibus ha-

y) Iul. Ep. 23. p. 141. Petav.

buisse credebantur: idcirco cautum est oraculo Chaldaico, ne in aliam linguam transferantur:

Ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς.

Τοιοῦτον, interprete Psello, *εἰσὶν ὀνόματα παρ' ἑκάστοις ἔθνεσι παραδοτα, δύναμιν ἐν ταῖς τελεταῖς ἄρρητον ἔχοντα. Μὴ οὖν μήτ' ἀλλάξῃς αὐτὰ εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον· οἷον τὸ Σεραφείμ, καὶ τὸ Χερουβείμ, καὶ τὸ Γαβριήλ. Οὕτω μὲν λεγόμενα κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν διάλεκτον ἐνέργειαν ἐν ταῖς τελεταῖς ἔχει ἄρρητον· ἀμειφθέντα δὲ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασιν, ἀσθενῆ.*

v. 638. *ΙΕΝΤΟΣ ΤΑ ΠΑΝΑΙΟΛ.* Distingue, ut respondeat antistrophe:

Ἵεντος τὰ παναίολ' αἰ-
ανῆ δύσθροα βάγματα.

[*Τὸ παναίολα* vel de variis casibus Xerxis vel potius variarum linguarum vocibus accipi potest; nam et barbaras modo dixerat. Vide quae ad versum praecedentem.]

[v. 639. *ΑΙΑΝΗΣ.* Suid. *Αἰανῆς· θρηνητικῆς, παρὰ τὸ αἰάζω τὸ θρηνῶ.*]

[v. 649. *ΟΧΘΟΣ.* Sc. *τύμβου.* Choeph. v. 4.

Τύμβου δ' ἐπ' ὄχθῳ. ——

Euripides Hecuba, v. 221. *χῶμα τάφου* dixit. Hesych. *Ὄχθος· χωμὸς, πέτρα, τὸ ὑψηλὸν τοῦ ποταμοῦ ἢ τῆς γῆς.*]

[v. 651. *ΑΙΔΩΝΕΥΣ.* Hesych. *Ἀϊδωνεύς· ὁ θεὸς καὶ ὁ τόπος.*]

[v. 656. *ΘΕΟΜΗΣΤΩΡ Δ' ΕΚΙΚΛΗΣΚΕΤΟ ΠΕΡΣΑΙΣ.* Hesych. *Δαρεῖος· ὑπὸ Περσῶν ὁ φρόνιμος.*]

v. 657. *ΠΕΡΣΑΙΣ.* Videtur *τὸ Πέρσαις* ex scholio irrepsisse in textum: sine eo optime constabit carminis ratio.

v. 658. *ΕΠΟΔΩΚΕΙ.* Tanaquil. Faber Epist. LXVII. legit *ἐποδόχει.*

v. 659. *ΒΑΛΗΝ.* [בעל Vide Selden. de Diis Syris, p. 156.] Scholiastes, Euphorionem laudans, Thuriis hoc vocabulum tribuit; *βαλὴν*, inquit, *ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων εἶναι τὴν διάλεκτον, ὅθεν καὶ βαλιναῖον ὄρος, ὅ ἐστι βασιλικόν.* Caeterum Sextus Empiricus, l. 17. *Οὔτε γὰρ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν, ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες, ἰὼ βαλὴν λέγοντες, ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστὶ, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες.* Ita etiam Hesychius; *Βαλλὴν*, (lege *βαλὴν*, quod et postulat literarum ordo) *βασιλεὺς, Φρυγιστί.* Quod vero dicit Scholiastes *βαλιναῖον ὄρος montem regium* significare, ex Plutarcho videtur hausisse; qui in lib. de fluminibus, in Sagari, p. 1115. yy) *Παράκειται δὲ αὐτῷ*, inquit, *ὄρος βαλληναῖον καλούμενον, ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον βασιλικόν.* Legerim vel ex Scholiaste nostro *βαλιναῖον*, vel potius *βαληναῖον*, Eu-

yy) Plut. de fluv. XII, 3. (vol. XIII. p. 452. Hutt.)

stathii [z]) fretus testimonio, qui ad Il. *Γ'*. 63. eundem Plutarchi locum laudat, et hunc versum simul interpretatur: *Αἰσχύλος*, inquit, *φησὶ βαλῆνα τὸν βασιλέα, ἐν τῷ, Βαλὴν ἀρχαῖος βαλήν· γλώσσης δὲ τοῦτο, ἐξ οὗ καὶ ὄρος βαληναῖον, ὅ ἐστι βασιλικόν· παρὰ Πλουτάρχῳ ἐν τῷ περὶ ποταμῶν.* Hunc locum Eustathii a cl. Salmasio sibi nominatum invenire non potuit Maussacus, quamvis admodum diligenter integros Eustathii commentarios in Il. *B'*. pervolutaverit, ut hoc testimonio auctoritatem libro de fluminibus a se edito conciliaret: neque mirum, cum non ad Homeri Boeotiam, ut indicaverat Salmasius, sed ad tertiam Iliada haec pertineant. Ne tamen libro de fluminibus sua desit auctoritas, monemus haec verba non semel apud Eustathium extare, sed cum eo, quem citavimus libro, tum etiam in commentariis ad Odyss. [a]) *Γ'*. 28. A *βαλήν* per contractionem, quasi a *βλήν*, fit *βλῆνος*. Hinc intelligendum illud Aristippi apud Diogenem Laertium [b]), qui, cum exprobrassent ei aliqui, quod a Dionysio consputatus patienter tulisset, *Οἱ μὲν ἁλιεῖς*, inquit, *ὑπομένουσι ῥαίνεσθαι τῇ θαλάττῃ, ἵνα χωβιὸν θηρύσωσιν· ἐγὼ δὲ μὴ ἀνύσχωμαι ῥάμματι ῥανθῆναι ἵνα βλέννον λάβω*; *βλῆνος* enim est *rex*: *βλέννος*, *βλένος*, seu *βλίνος*, piscis gobio similis. Lexic. Anon. MS. *Βλῆνος, ὁ τύραννος· βλίνος, ὁ ἰχθύς.* Idem alibi: *Βαιὼν, ἰχθὺς ὁ καὶ κλίνος* (legendum esse *βλίνος* tum ex superioribus constat, tum ex Athenaeo [c]) VII. 10.) *παραπλήσιος χωβιῷ.* Eo alludit festivissimus philosophus. [Etymolog. [d]) *Βαίων δς καὶ βλέννος λέγεται ἐστιν ἰχθὺς παραπλήσιος χωβιῷ.* Suidas, *βλίνος, εἶδος ἰχθύος.*]

[v. 661. *ΕΠ' ΑΚΡΟΝ ΚΟΡΥΜΒΟΝ ΟΧΘΟΥ.* Ad sepulcra mortuorum fiebant haec sacrificia magica. Cedrenus [e]), *Γοητεία καλεῖται ἀπὸ τῶν γόων καὶ θρήνων τῶν περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ ποιοῦντα* [τοιαῦτα] *ἐπιτηδεύουσι γινομένων.* Nam et circa tumulos animas defunctorum plerumque aberrare vulgo credebatur. Vide Lactantium, II. 2. Quamobrem Ericthonis veneficae domicilium in sepulcralibus monumentis finxit Lucanus, VI. 511.

—— desertaque busta
Incolit et tumulos expulsis occupat umbris.]

v. 662. *ΚΡΟΚΟΒΑΠΤΟΝ ΠΟΔΟΣ ΕΥΜΑΡΙΝ.* Hesych. *Εὐμαρίδες, εἶδος ὑποδήματος.* [Est *εὐμαρίς* quoddam calceamenti genus, dictum, quod *τοῖς αὐτὸ ὑποδεδεμένοις παρέχει εὐμαρῶς βαδίζειν.* Etymol. [f]) *Εὐμαρὶς, εὐμαρίδος, εἶδος ὑποδή-*

---

z) Eust. p. 381, 17.
b) Diog. L. II, §. 67.
d) Et. M. p. 192, 52.
f) Et. M. p. 393, 16.
a) Eust. p. 1854, 28.
c) Athen. VII, p. 288. A. (*βλέννος.*)
e) Cedr. p. 41. Paris.

ματος, διὰ τὸ εὐμαρῶς, ὅ ἐστιν εὐχερῶς, βαδίζειν τοὺς ὑποδεδεμένους. Εὐριπίδης—βαρβάροις ἐν εὐμαρίσιν.] Persae calceamenti genus ipsis peculiare habuere: quod Straboni, XV. p. 734. *ὑπόδημα κοῖλον, διπλοῦν* describitur. Nobilioribus auro et gemmis ornatum: Clem. Alex. Paedag. II. 11. *Χαίρειν οὖν λατέον τὰς ἐπιχρύσους καὶ διαλίθους τῶν σανδαλίων ματαιοτεχνίας, καὶ κρηπῖδας Ἀττικὰς, καὶ τὰς Σικυωνίας, καὶ τοὺς κοθούρνους, Περσικάς τε καὶ Τυρρηνικάς.* Regibus, ut videtur, rubri coloris; quod tamen apud neminem alium memini me legisse.

v. 664. *ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΙΑΡΑΣ.* Tiaram Persis commune tegmentum capitis esse quis nescit? Verum hoc intererat inter tiaram regiam et reliquas, quod illa solum recta, et sursum elata, caeterae deorsum vergebant, in frontem deductae. Aristoph. in Avibus, v. 486.

Διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν, ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας, διαβάσχει
Ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὴν κυρβασίαν, τῶν ὀρνίθων μόνος, ὀρθήν.

Ubi Scholiastes, *Πᾶσι γὰρ*, inquit, *Πέρσαις ἐξῆν τὴν τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθὴν, ὡς Κλείταρχος ἐν τῇ δεκάτῃ· μόνοι δὲ οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς ὀρθαῖς ἐχρῶντο.* Ibidemque *κυρβασίαν* eandem esse cum tiara tradit et adiicit: *τοῖς μὲν ἄλλοις ἔθος καὶ ἐπτυγμένην, καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον ἔχειν· τοῖς δὲ βασιλεῦσιν, ὀρθήν.* Plura testimonia congessit vir doctissimus B. Brissonius, de regno Persico, I. 46.

[v. 666. *ΒΑΣΚΕ.* Hesych. *Βάσκε· πορεύου, λέγε, ἀνάστηθι.* Nota verbum magis in usu ex quo Latini *fascinum* effinxere. Vide Martinium in voce *Fascinum.*]

[Ibid. *ΑΚΑΚΕ.* Suidas, *Ἀκακία, ἡ ἀγαθοσύνη.*]

[v. 671. *ΑΧΛΥΣ.* Schol. *Θλῖψις.* Vide quae ad Sept. Theb. v. 232. Hesych. *Ἀχλύς· ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λεπτὴ ὕλη* (nubecula) *ὀμίχλη, σκοτία, ἀμβλυωπία.* Idem, *Ἀχλύν· σκοτίαν καὶ ἀορασίαν.*]

[v. 672. *ΝΕΟΛΑΙΑ.* Hesych. *Νεολαία· νέον ἄθροισμα, ἢ νεότης· ἢ νέος λαός.*]

[v. 678. *ΔΙΔΥΜΑ ΑΜΑΡΤΙΑ.* Quare pateris ut tuum hoc regnum bis iam tandem cladem acceperit a Graecis? Semel modica plaga, cum tu ducebas exercitum, sed nunc gravissima et funestissima ducente Xerxe. Vel possumus cladem geminam interpretari de clade terra et mari accepta, v. 730.

Ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς· πεζὸν ὤλεσε στρατόν·

vel geminam cladem pro ingentem.]

v. 683. *ΔΑ. Ω ΠΙΣΤΑ.* Aristophanes in Ranis, v. 1060, sub persona Bacchi, de Aeschyli Persis verba facientis:

Ἐχάρην γοῦν ἡνίχ' ἥκουσα περὶ Δαρείου τοῦ τεθνεῶτος.
Ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὠδὶ ξυγκρούσας εἶπεν ἰαυοῖ.

Ubi Scholiastes: *Ἐν τοῖς φερομένοις Αἰσχύλου Πέρσαις οὔτε Δαρείου θάνατος ἀπαγγέλλεται, οὔτε ὁ χορὸς τὰς χεῖρας συγκρούσας*

λέγει ἰανοῖ, ὃ ἐστιν ἐπιφώνημα πρὸς τὸν Διόνυσον λεγόμενον χαρᾶς ἐπελθούσης. Ἀλλὰ τὰ μὲν πράγματα ὑπόκεινται ἐν Σούσοις· καὶ περίφοβός ἐστιν ἡ μήτηρ Ξέρξου ἐξ ὀνείρου τινός· χορὸς δὲ Περσῶν γερόντων διαλεγόμενος πρὸς αὐτήν· εἶτα ἄγγελος ἀπαγγέλλων τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν καὶ τὴν Ξέρξου φυγήν. Χαῖρις δέ φησι τὸ Δαρείου, ἀντὶ τοῦ Ξέρξου. Σύνηθες γὰρ τισὶ ποιηταῖς ἐπὶ τῶν υἱῶν τοῖς τῶν πατέρων ὀνόμασι χρῆσθαι· πρὸς ὃν ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐν τῷ δράματι λέγεται,

Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῇ τε καὶ βλέπει φάος.

Ἡρόδικος δέ φησι διττοῦ γεγονέναι τοῦ θανάτου, καὶ τὴν τραγῳδίαν ταύτην περιέχειν τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. Δοκοῦσι δὲ οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις, σπουδάζοντος Ἱέρωνος, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης ἐν γ'. περὶ κωμῳδιῶν. Ἄλλως. Δίδυμος, ὅτι οὐ περιέχουσι θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρᾶμα· διό τινες διττὰς θέσεις (fortasse καθέσεις) τουτέστι διδασκαλίας τῶν Περσῶν φασι, καὶ τὴν μίαν μὴ φέρεσθαι. Τινὲς δὲ γράφουσι Δαρείου τοῦ Ξέρξου. Οἱ δὲ ὅτι τοῖς κυρίοις ἀντὶ πατρωνυμικῶν κέχρηνται· καὶ ὅτι ὁ Ξέρξης· οἱ δὲ, ὅτι εἴδωλον Δαρείου φθέγγεται, ἐκεῖ τεθνηκότος δηλονότι. Haec ille. Miror locum illum Aristophanis veteres criticos adeo exercuisse, quo nihil liquidius.

[v. 685. *ΚΕΚΟΠΤΑΙ ΚΑΙ ΧΑΡΑΣΣΕΤΑΙ ΠΕΔΟΝ.* Nempe hymno poëtico chori. Tibullus, 1. 2. e)

Haec cantu finditque solum manesque sepulcris
Elicit, et trepido devocat ossa solo.]

[v. 689. *ΟΡΘΙΑΖΟΝΤΕΣ ΓΟΟΙΣ.* Alii ῥοθιάζοντες: quam lectionem sequitur Scholiastes et reddit μεγάλως ἠχοῦντες καὶ θρηνοῦντες, ut supra, v. 396. κώπης ῥοθιάδος. Schol τῆς ἠχητικῆς. Potior vero prior lectio, cui et eadem simplicius quadrat interpretatio: ita mox, v. 1055.

Ἐπορθίαζε νῦν γόοις.]

v. 690. *ΟΥΚ ΕΥΕΞΟΔΟΝ.* Quo modo Ἅιδης δύσοδος dicitur Epigrammate Graeco. Anacreon b), Od. LVIII.

Ἀΐδεω γάρ [ἐστι] δεινὸς
Μυχὸς, ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν
Κάθοδος· καὶ γὰρ ἕτοιμον
Καταβάντι μὴ ἀναβῆναι.

Catullus, Carm. III. 12.

Illuc unde negant redire quemquam.

Et passim apud poetas. [Theocritus, XII. 19.

—— ἀνέξοδον εἰς Ἀχέροντα.

---

e) I, 2, 47. b) Anacr. LIV, 9.

Philetas [i]), (Analect. Graec. II. p. 524.)

—— ἀτραπὸν εἰς Ἀΐδεω
Ἤνυσα, τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθεν ὀδίτης.

Virgil. Aen. VI. 126.

—— facilis descensus Averni:
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis;
Sed revocare gradum, superasque evadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. ——]

[v. 694. *ΗΚΩ· ΤΑΧΥΝΑ Δ'*. Lege ἥκω· 'τάχυνα δ'. Ita Sophocles Aiace, v. 24.

Κἀγὼ 'θελοντής. ——]

v. 696. *ΣΕΒΟΜΑΙ*. Hesych. *Σέβεσθαι· αἰδεῖσθαι, ἐντρέπεσθαι, προσχωνεῖν, αἰσχύνεσθαι.*

[v. 700. *ΜΑΚΙΣΤΗΡΑ*. Hesych. *Μαχίστηρ.... τάσσεται δὲ ἐπὶ τοῦ μεγάλου.* Aliud *μαχίστηρ*, Suppl. v. 475.]

v. 703. *ΔΕΙΟΜΑΙ Δ' ΑΝΤΙΑ ΦΑΣΘΑΙ*. *Τὸ ἀντία* Scholiastes *ἐναντία* interpretari videtur; cui non assentior. *Δέδια δὲ*, inquit, *καὶ ἀληθεῦσαι· λυπηθήσῃ γάρ.*

[v. 707. *ΚΛΑΥΣΜΑΤΩΝ ΛΗΞΑΣΑ*. Bion. Idyll. I. 97.

Λῆγε γόων Κυθέρεια. ——

Horat. Od. II. 8. [k])

—— desine mollium
Tandem querelarum]

[v. 708. *ΑΝΘΡΩΠΕΙΑ ΠΗΜΑΤ' ΕΝΤΕΥΧΕΙ ΒΡΟΤΟΙΣ*. Terent. Heaut. I. 1. [l])

Homo sum, humani nihil a me alienum puto.]

v. 711. *Ω ΒΡΟΤΩΝ ΠΑΝΤΩΝ*. Synes. de Regno, *Κἀγώ σοι σύμφημι μέγεθος ἀρχῆς ἐνὶ μηδενὶ τοσόνδε παρεῖναι, καὶ πλούτου ἡμῶνας, ὑπὲρ τὸν πύλαι Δαρεῖον.*

[v. 712. *ΩΣ ΕΩΣ ΕΛΕΥΣΑΣ*. Lege ὃς ἕως ἔλευσσες.]

[v. 714. *ΝΥΝ ΔΕ ΣΕ ΖΗΛΩ*. Convenit Virgilianum illud, ex observatione Guellii, Aen. XI. 158.

—— tuque, o sanctiss ma coniux,
Felix morte tua, neque in hunc servata dolorem.]

[v. 720. *ΘΟΥΡΙΟΣ ΞΕΡΞΗΣ*. Eadem ratione qua Lucanus, II. 672. *tumidum Xerxem* dicit. Etymolog. [m]) *Θοῦρος, ὁ ὁρμητικὸς, ὁ πολεμιστής· καὶ θοῦρον, τὸν πηδητικὸν καὶ ταχύν· οἱονεὶ ὁ θοῶς ὀρούων, ἢ ὁ κούφως ὀρούων· παρὰ τὸ θέρω, τὸ θερμαίνω, θόρος καὶ θοῦρος· ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς τοῦ πυρὸς ὁρμῆς.*]

---

i) Anthol. Gr. T. I, p. 121.
l) I, 1, 25.
k) II, 9, 17.
m) Et. M. 453, 37.

[v. 721. *ΠΕΖΟΣ.* Etymolog. n) in voce *Πέδη*.... *Καὶ πεζούς φασι τοὺς διὰ τῶν ἰδίων ποδῶν τὴν ὁδὸν ποιουμένους, οἱονεὶ πεδούς· καὶ κατὰ τροπὴν, ἀπὸ τοῦ πέδον· πεζὸς γὰρ ὁ διὰ τοῦ πέδου πορευόμενος.*]

[v. 724. *ΜΗΧΑΝΑΙΣ ΕΖΕΥΞΕΝ ΕΛΛΗΣ ΠΟΡΘΜΟΝ.* Herodot. VII. 36. *Τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐζεύγνυσαν. ἐζεύγνυσαν δὲ ὧδε, κ. τ. λ.* Diodor. Sic. XI. o) p. 243. *Ἐξαπέστειλε τοὺς ἱκανοὺς ζεῦξαι μὲν τὸν Ἑλλήσποντον.* Strabo, XIII. p. 591. *Ἐνταῦθα δέ ἐστι τὸ ἑπτασταδιον ὅπερ ἔζευξε Ξέρξης.* Aeschines p) in Ctesiphonte, p. 415. *Οὐχ ὁ μὲν τῶν Περσῶν βασιλεὺς ὁ τὸν Ἄθω διορύξας, ὁ τὸν Ἑλλήσποντον ζεύξας, κ. τ. λ.* Max. Tyrius q), serm. IV. *Ἀνίσταται ἡ Ἀσία, μαστιγοῦται ἡ θάλαττα, Ἑλλήσποντος ζεύγνυται.* Suidas in voce *Ξέρξης*; nescio ex quo auctore: *Ἔζευξε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον τὸν μεταξὺ Σηστοῦ καὶ Ἀβύδου.* Latini, *iunxit.* Cic. de Fin. II. 34. *Si Xerxes cum tantis classibus tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto iuncto*, etc.]

[v. 725. *ΒΟΣΠΟΡΟΝ ΚΛΕΙΣΑΙ.* Varro r) de Lingua Latina, VI. p. 76. *Hellespontum et claustra, quod Xerxes quondam eum locum clausit.*]

[v. 746. *ΝΕΩι ΘΡΑΣΕΙ.* Postea, v. 784.

Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος νέα φρονεῖ.]

[v. 747. *ΔΟΥΛΟΝ ΩΣ ΔΕΣΜΩΜΑΣΙΝ ΗΛΠΙΣΕ ΣΧΗΣΕΙΝ.* Ioh. Tzetzes, Chiliad. I. 32. *)

Δύο τε ζεύγη σιδηρῶν ποδοπεδῶν ἐμβάλλει
Πρὸς πέλαγος θαλάττιον δῆθε δεσμῶν ὡς δούλην.]

[v. 749. *ΚΑΙ ΠΟΡΟΝ ΜΕΤΕΡΡΥΘΜΙΖΕ.* Dum haec scripserit Aeschylus quasi a Dario proferenda, filii vesana facta culpante, sane Darii ipsius factum huic simile in mente non habuit, cuius ad exemplum Xerxem haec egisse tradunt Ioh. Tzetzes s), Chiliad. I. 32.

Καὶ δὴ κατὰ μὲν μίμησιν τὴν τοῦ πατρὸς Δαρείου.
Ὡς πρὶν ἐκεῖνος ἐκπερᾷ κατὰ Σκυθῶν ἐκτρέχων
Τὸν δαμαλίτην βόσπορον πεζῇ πρὸς τὴν Εὐρώπην.
Ὃν Μανδροκλεῖς ὁ Σάμιος ἔζευξε γεφυρώσας
Πέμπει καὶ οὗτος γεφυροῦν τὸ πέλαγος Ἀβύδου.]

[v. 752. *ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΡΑΤΕΙΝ.* *Kal etiam.* Sicut Virgilianum illud, Aen. II. 49.

—— timeo Danaos et dona ferentes.

---

n) Et. M. 668, 18. 31.
o) Diod. XI, 2.
p) Aeschin. p. 522. Rsk. (§. 132. Brem.)
*) v. 891.
q) Max. Tyr. p. 44. Leid. (p. 243. Lond.)
r) Varr. p. 85. Bip. (p. 307. Sp.)
s) Tzetz. Chil. I, v. 884.

Valer. Maximus, III. 2. t) *Gravem mari ac terrae Xerxem, nec fluminibus [hominibus] tantum terribilem sed Neptuno quoque compedes et coelo tenebras minitantem.* Seneca, lib. in sapientem non cadere iniuriam, c. 4. *Quid tu putas, cum stolidus ille rex multitudine telorum diem obscurasset, ullam sagittam in solem incidisse, aut demissis in profundum catenis Neptunum potuisse contingi?*]

Ibid. *ΝΟΣΟΣ ΦΡΕΝΩΝ. Φρενῖτις.* Themistius u), Orat. V. *Οὕτως ἀπόπληκτον ὥστε μαστιγοῦν τὴν θάλατταν, καὶ πέδας ἐμβάλλειν τῷ Ἑλλησπόντῳ.* Quod vero Xerxi impingunt Themistius et caeteri, id ab ipsis Graecis confictum.

v. 758. *ΑΙΧΜΑΖΕΙΝ.* Legerim *ἀχμάζειν.*

v. 759. *ΕΞ ΑΝΔΡΩΝ ΚΑΚΩΝ.* Ex his praecipui, Mardonius, qui secundum Herodot. VII. 6. *νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμητής* vel, ut Diod. x) XI. p. 242. *μετέωρος [ὢν] τῷ φρονήματι, καὶ τῇ ἡλικίᾳ [τὴν ἡλικίαν] ἀχμάζων*, et Onomacritus, quem dicit Herodotus, l. c. *χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τοῦ Μουσαίου.* [Eadem ratione Sophocles apud Stobaeum y), Tit. XLVIII. p. 183.

Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.]

v. 761. *ΤΟΙΓΑΡ ΣΦΙΝ ΕΡΓΟΝ.* Inter hunc versum et praecedentem quaedam intercidisse, et versum 763. loco suo motum esse arbitratur Iosephus Scaliger *ὁ θαυμαστός*, de Emendat. Tempor. VI. p. 590. „Aeschylus," inquit, „in Persis omnes recenset ordine sub persona Darii Hystaspis, sed a Kyaxare Medo ad Xerxem filium eius:

* * * * *

Τοιγὰρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον
Μέγιστον, ἀείμνησιον, οἷον οὐδέπω
Ἐξ οὗ τε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ' ὤπασεν.
Ἕν' ἄνδρα πάσης Ἀσιάδος μηλοτρόφου
Ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυντήριον.
Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ·
Τὸ δ' ἄστυ Σούσων ἐξεκένωσεν πεσόν.
Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε·
Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.
Τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ Κῦρος e. q. s.

Hic repetit initium monarchiae Persicae a Kyaxare et eius filio Astyage, cui successerit victor Cyrus, Cyro Cambyses, Cambysae Mardus, id est, Smerdis Magus, dedecus throno Cyri, ut ipse dicit: illi per aliquot dies successerunt alternis septem proceres, Maraphis, Artaphernes et alii, donec ipse

---

t) Val. Max. III, 2. ext. 3. u) Themist. p. 134. Petav.
x) Diod. XI, 1.
y) Stob. Serm. XLVIII, 5. (v. Soph. fragm. Aiac. Locr. II. Br.)

Darius electus est. Haec clare Aeschylus. Sed asterisicos initio posuimus, quod deesse quaedam omnino constet nobis. Praeterea versiculum septimum, *Τὸ δ' ἄστυ Σούσων*, a tertio loco huc traduximus; erat enim alieno loco positus. Susa a Kyaxare vastata, a filio Astyage in integrum restituta non obscure dicit. Haec nescio an alibi legas." Hactenus vir incomparabilis; cuius tamen sententiam amplecti nullo modo possum: neque enim mihi par est credere, quod vel desideretur aliquid, vel quod versus iste loco suo motus fuerit, et de Astyage, Cyaxaris filio, intelligendus: quippe cum haec Susis acta putentur, de re praesenti sermo haberi videtur. Queritur *Atossa* quod *improborum quorundam suasu expeditionem in Graeciam Xerxes susceperit. Egregium sane opus*, inquit *Darius*, *et memorabile patrarunt: urbem enim hanc, Susa, viris exhaustam reddit Xerxes magis, quam unquam fuit, ex quo primum monarchiam obtinuerint Persae.* Sic enim distinguendum censeo:

Τοιγάρ σφιν ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον
Μέγιστον, ἀλείμνηστον, οἷον οὐδέπω
Τόδ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεδὸν,
Ἐξ οὗτε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ' ὤπασεν,
Ἓν' ἄνδρα πάσης Ἀσιάδος μηλοτρόφου
Ταγεῖν, ἔχοντα σκῆπτρον εὐθυντήριον.

Proinde, regibus omnibus Persicis a Dario ad Xerxem usque enumeratis, concludit:

Ἅπαντες ἡμεῖς, οἳ κράτη τάδ' ἔσχομεν,
Οὐκ ἂν φανεῖμεν πήματ' ἐξαντες τόσα.

[Atque eodem fere modo interpunxisse Scholiastem arbitramur, qui locum hunc sic interpretatur: *ἔργον δὲ οἷον οὐδέπω γέγονεν ἐξ οὗτε καὶ ἀφ' οὗ καιροῦ ὁ Ζεὺς ὤπασε, κ. τ. λ.*]

[v. 762. *ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΝ.* Suidas, *Ἀείμνηστος.* Ubi Portus, „*Semper memoratus* vel *memorandus. Semper celebratus* vel *celebrandus.* Sophocles in Aiace Flagellifero, v. 1177. *τάφον ἀείμνηστον* vocat sepulcrum, cuius perpetua futura sit memoria et gloria."]

v. 763. *ΤΟ Δ' ΑΣΤΥ ΣΟΥΣΩΝ ΕΞΕΚΕΙΝΩΣΕΝ ΠΕΔΟΝ.* Ita chorus, v. 117. hanc ipsam cladem deprecans:

—— μὴ πόλις πύθη-
ται κένανδρον μέγ'
Ἄστυ Σουσίδος.

Et v. 548.

Νῦν γὰρ δὴ πρόπασα μὲν στένει
Γαῖ' Ἀσιὰς ἐκκινουμένα.

[Et v. 732.

—— ὡς Σούσων μὲν ἄστυ πᾶν κενανδρίαν στένει.]

[Ibid. *ΠΕΣΟΝ*. Cicero pro Arusp. c. 20. *Ut tanta civitas si cadet, quod Dii omen obruant, a viro tamen confecta videatur.*]

v. 767. *ΜΗΔΟΣ ΓΑΡ ΗΝ Ο ΠΡΩΤΟΣ ΗΓΕΜΩΝ ΣΤΡΑΤΟΥ.* Locus egregius, et notatu dignissimus; quippe cum ex eo initia monarchiae Persicae, longe aliter quam referunt historici, erui posse videantur. Namque illi Cyrum primum Persarum regem uno ore praedicant; at Aeschylus duos in regno Cyrum antecessisse diserte tradit: ad haec, Darius rex tertius illis numeratur, Aeschylo octavus. Nec tamen Aeschyli in hac re minoris facienda est auctoritas, quin potius caeteris omnibus praeponenda. Nam et aetate reliquis superior, et rerum Persicarum callentissimus procul dubio fuit, utpote qui ad Marathonem contra Darium, ad Salaminem et Plataeas contra Xerxem militaverat. Porro Aeschylus primum Persarum regem Medum esse dicit, eundem sane de quo Suidas: *Μῆδος, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς.* Huic sententiae astipulari videtur Cambyses apud Herodotum III. 65. qui iamiam moriturus Achaemenidas orat, ne imperium ad Medos iterum transire patiantur: *μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν.* Fundamen igitur regni Persici stravit Medus: sed quisnam fuerit hic Medus haud ita in promptu est dicere. Darium quendam, Xerxis patre antiquiorem, a quo stater Persicus *δαρεικός* denominatur, memorant Scholiastes Aristophanis, in Concion. v. 598. et Suidas in voce *Δαρεικούς. Οἱ δαρεικοὶ οὐκ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως ὠνομάσθησαν.* Hic est quartus ille Darius, cuius mentionem facit Scholiastes noster in Argumento, *Τινὲς δὲ*, inquit, *καὶ τέταρτον Δαρεῖον λέγουσιν εἶναι.* Nam cum inter Cyrum et Hystaspis filium nemo huius nominis reperiatur, eum ante Cyrum vixisse omnino fatendum erit. Medum itaque incertum, incertum et Darium nacti sumus; quod si utrumque in unum comp' igamus, Darius ille Medus occurret, de quo tantum desudarunt viri doctissimi. Iam vero Darium Medum eundem esse cum Astyage, Cyri avo, asserit Cedrenus, p. 142. *Μῆδος Δαρεῖος καὶ Ἀστυάγης — ἐλέγετο — · Πάππος δὲ ἦν Κύρου.* Et Chronicon Alexandrinum Darium dici Astyagem monet. Accedit, quod memorabilem illam solis defectionem, a Thalete praedictam, quae secundum Ciceronem, de Divinat. I. 49. et Plinium z), Nat. Hist. I. Astyage regnante facta est, Suidas sub Dario contigisse tradat, in voce *Θαλῆς.* Hoc acceptum referimus viro illustrissimo, et tam de republica literaria quam de nostra optime merito, Domino Ioanni Marshamo, cuius verba e *Diatriba Chronologica*, libello vere aureo, exscripta tradere non gravabor, quippe cum ad totum hunc Aeschyli locum illustrandum maxime conferant.

---

z) Plin. Nat. Hist. II, 12.

„DE REGNO PERSICO.

„NULLA reperitur in historia sacra Persarum mentio ante captivitatem Babylonicam. Primus meminit eorum Ezekiel XXVII. 10. et XXXVIII. 5. inter bellicosas gentes recensens, quum nondum innotuerant res Cyri: nam illius demum aevo perquam obvium id nomen. Illud autem consideratione dignum est, qui fit, ut in libris Danielis et Estheris toties Medi cum Persis, Persae cum Medis coniungantur; quasi fuisset aliqua inimicissimarum nationum reconciliatio, aut regnorum duorum ἕνωσις, cuius nulla extat in historia memoria. Phraortes Medus primus subegit Persas; Cyrus Persa subegit Medos. Defecerant autem Persae a Medis ante Cyrum, Herod. I. 127. *Καὶ πάλαι δεινὸν ποιεύμενοι ὑπὸ Μήδων ἄρχεσθαι, iam pridem dedignati parere Medis.* Cyrus vulgo existimatur primus Persarum rex: sed in dubium id vocat Scholiastes Aristophanis, in *Ἐκκλησ.* v. 598. qui, de statere Persico verba faciens, *Οἱ δαρεικοὶ*, inquit, *οὐκ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως ὠνομάσθησαν.* Et Suidas in *Δαρεῖος*. Nullus erat Darius inter Cyrum et Hystaspis filium; fuit ergo eius nominis rex aliquis Cyro antiquior. Duos reges in regno Persico antecessisse Cyrum docet Aeschylus, qui in regum enumeratione Cyrum *tertium* recenset. Locus est in hanc rem eximius, et apponi dignus; tum quia parum hactenus animadversus, tum quia initia monarchiae Persicae, vix alibi legenda, indicat. In Persis itaque sub persona Darii Hystaspis, cui coaetaneus, contraque quem pugnavit ipse Marathone, sic effatur:

Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ,
Τὸ δ' ἄστυ Σούσων ἐξεκένωσεν πεσόν.

Hunc versum hoc loco reponit magnus Scaliger, Emend. VI. p. 590.

Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε,
Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρόφουν.
Τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ Κῦρος, εὐδαίμων ἀνὴρ,
Ἄρξας ἔθηκε πᾶσιν εἰρήνην φίλοις, κ. τ. λ.

Medus erat primus dux exercitus,
Urbem autem Susorum evacuavit cadentem.

Alter eius filius opus perfecit.
Mens enim eius animum gubernabat.
Tertius ab illo *Cyrus*, felix vir,
Imperans tribuit omnibus amicis pacem.

Reliquos, qui deinceps regnarunt, usque ad Xerxem, ordine nonum, recenset. Et satis historice sunt ista a tragoedo

dis regibus accipienda puto vaticinia illa prophetarum contra Babylonem. Isa. XIII. 17. *Excito contra istos Medum.* XXI. 2. *Ascende Elam, obsidę Madai.* Elam est Persis, et coniungitur cum Media; ut et XXII. 6. *Elam sumpsit pharetram, et Kir eduxit clypeum* (Kir est Media, 2 Reg. XVI. 9.): etiam Ierem. XXV. 25. *Regibus Elam et regibus Mediae*, idem fatum. De hoc regno intelligendum illud, Ier. XVIII. 38, 39. *Ponam solium meum in Elam* i. e. solium regum a me electorum ad perdendam Babylonem, et *reducendos captivos Elam*, sive Iudaeos in Perside exulantes. Praedictum hoc fuit initio regni Zedechiae, ver. 34. unde colligi potest regnum hoc etiam regnante Cyaxare extitisse. Cui astipulari videtur Hieronymus, in Epitaph. Fabiolae, referens *Scythas sub Dario, rege Medorum, orientem tenuisse captivum*: et Suidas, in Θαλῆς, qui *Thaletem sub Dario solis eclipsin praedixisse* refert: utraque autem in Cyaxaris tempus confert Herodotus. Non frustra sunt Iudaei, qui in hac prophetia duos reges innui putant, Darium Medum et Cyrum. Neque sine causa; nam II. 11. *Suscitavit Dominus spiritum regum Medorum;* et ver. 28. *Expedite in eam reges Mediae.* Non ab uno rege, non uno tempore impletae sunt diraе in Chaldaeos. Dan. VIII. 3. 20. *Arietis* (i. e. *regnum Medo-Persarum*) *duo cornua, unum altius altero: quod altius* (Cyrus) *ascendit posterius*, i. e. post Darium. Primum Susa capta sunt a Medo, ut ex Aeschylo didicimus, et Chaldaei tota Susiana multati sunt: quod non obscure etiam indicat propheta, ver. 31. *Cursor occurret cursori, nuntius occurret nuntio, ad narrandum regi Babylonis captam esse urbem eius a fine*, vel *ab extremitate*, i. e. extremam, vel in confinio regni positam: Ver. 32. *Et transitus occupatus est, et paludes combusserunt igne. Transitum* appellat castrum Susiannm, quod erat orientale regni Babylonici propugnaculum: *paludem* autem sive *arundinem* appellat, quia stabat in aqua. *Susianen*, inquit Plinius [f]), *ab Elymaide disterminat amnis Eulaeus;.... circuit arcem Susorum.* Daniel itidem, VIII. 2. *Castrum in Susis* (ubi reges Medo-Persidis arietantes vidit) collocat super *Eulaei portam*, ver. 2. vel *paludem*, ver. 3. ut est in Vulgata: utrobique enim eadem est vox Ebraica. Porro illius victoriae eventum indicat Ieremias, II. 30. *Cessaverunt fortes Babylonis a praelio, habitaverunt in praesidiis, defecit eorum fortitudo*, (pavidi) *sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, fracti sunt vectes eius. Vectes* sunt portae, quas diximus, regni: *Praesidia* sunt Euphratis loca a Nitocride munita, quae (Herod. I. 185.) εἰργάζετο τῆς χώρης τῇ αἱ τε ἐπάλξεις ἦσαν, καὶ τὸ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα: *quaecunque erat*

f) Plin. Nat. Hist. VI, c. 27.

regio ad invadendum opportuna, et compendiaria ex Medis via, hanc intersēpsit, ne Medi commercio ipsius negotia cognoscerent. Temporis diversitatem, quo Susa primum, dein Babylon capta fuit, ostendit, ver. 33. *Filia Babylonis quasi area*; venit *tempus triturae eius: adhuc modicum, et veniet tempus messionis ei* (Babyloni). De Susis loquitur historice, tanquam de praeterito; de Babylone prophetice. Neque aliter forsan paulo post, ver. 41. *Quemadmodum capta est Sesach, etiam comprehendenda est inclyta universae terrae*, urbs Babylon. Sesach, vel potius Susach, (addito tertio puncto ut fiat kibbuts, hic, et XXV. 26.) videtur idem esse, diversa dialecto, quod Danieli VIII. 2. Susan: non ipsa Babylon, sed filia Babylonis; nempe Susa urbs Babyloniae secunda, a Medo excisa, a filio restaurata, ubi *οἱ Πέρσαι κρατήσαντες Μήδων καὶ ὁ Κῦρος ἔθεντο τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον*, Strab. XV. p. 727. Paulatim deinceps inolescere Persarum nomen, Medorum exolescere coepit: veruntamen non prorsus desuevit; nam Herodoto bellum Xerxis *Medicum* vocatur, et Graeci passim Persas *Medos* dicunt, et *μηδίζοντας* eos qui Persis studebant. Isthaec Ieremias. Ezekiel itidem *Elam* meminit, XXXII. 24. etiam, utpote Ieremia aliquanto iunior, *Para*, XXVII. 10. et XXXVIII. 5. Madai autem nuspiam meminit. Sed Danieli frequens est Medo-Persarum mentio: scilicet Daniel non tantum sub Babylonico, sed etiam sub Medo-Persico imperio vixit. A Nabuchodonosoro primum praepositus fuit magis Chaldaeis, dein *portae regis*, II. 49. quae erat telonium, ni fallor, Susianum, *ad portam Eulaei.* Susa a Medo capta sunt teste Aeschylo. Sic *fractum est regnum* Chaldaicum, *et datum Medo-Persis*, Dan. v. 28. pars Dario, pars deinceps Cyro. *Darius Danielem ad sese perduxit in Mediam*: ibi evenerunt ea quae narrantur cap. VI. teste Iosepho, X. 12. p. 362. Illius regni triumvir factus est, Dan. VI. ult. *Et floruit Daniel sub regno Darii, et sub regno Cyri Persae.* Restauratis suis, quum iam essent Persidis metropolis, visa ibi divinitus oblata sunt Danieli. *Eram*, inquit ipse, Dan. VIII. 2. *Susis, in regione Elam.* Videntur itaque Susa, olim Babylonicae ditionis, tunc temporis Medo-Persiae regi subiecta fuisse. Antea distinctae erant gentes *Susancaei* et *Elymaei*, ut in coloniae Samaritanae censu apparet, Esdr. IV. 9. postea Susa Persidi accensentur a Daniele, a Strabone, XV. p. 727. a Beniamino Tudilensi, in Itiner. Erat annus visionis istius Balthasari caede insignis, in quo, post visionem, Daniel Babylonem adventasse videtur. Erat enim *in regno* Babylonico, Dan. v. 11. imo in ipsa urbe. Nam *in illa nocte* (ver. 30.), qua *Balthasar, rex Chaldaeorum, occisus est* (ver. 12.), *Daniel accersitus est, et* (ver. 13.) *adductus coram rege.* De Susis accersitum vix credas: *distabant* enim *Susa a Tigri* (ad quem Babylon)

ducentis decem stadiis, Herod. VI.[a]) vel *uniús diei itinere*, Diodor.[b]) XIX. Inde forsan evenit, ut visio ista, licet in Elymaide contigerat, Babylonici regis anno notetur a Daniele, VIII. 1. Denique Susis sepultum fuisse Danielem testatur Beniaminus Tudilensis, Itiner. p. 152. Vidimus quo pacto *Darius filius Assueri de semine Medorum ἐβασιλεύθη ὑπὲρ ἀρχῆς Χαλδαίων, regnavit super regnum Chaldaeorum*, Dan. IX. 1. quomodo Babylonicae ditionis territorio Susiano potitus est. Quod autem *Darius Medus suscepisse regnum* dicitur, Dan. v. ult., id de Medo-Persico, non de Babylonico regno, nec de regni inauguratione, sed de rationibus fisci constituendis intelligendum puto. Nullum est uspiam, nec in sacris nec in exteris scriptoribus, Darii Medi Babylone regnantis vestigium. Nam successionis argumentum ex dicto Danielis loco petitum, ideo quod in proxime praecedentibus de caede Balthasari scripserat, omnino nullum est: nec quicquam vel successionis vel electionis sapiunt verba ista. Simili argumento Balthasar Cyro successisse dicatur, quia *regnum Cyri Persae* claudit cap. VI. et cap. VII. incipit ab *anno primo Balthasari*. Rectius verba ista, in editione Iunii, capiti sexto praefiguntur: sequentis illic historiae introductio struitur, non conclusio praecedentis. *Vau* hic non est copulativum, sed exordii nota; ut in principio Ezechielis et libri Ruth. Duae sunt istius libri partes; priora sex capita sunt historica, posteriora sex prophetica: utrobique Daniel quid sibi contigerat, primum sub regibus Babyloniis, deinde quid sub Medo-Persicis, tradit. In hoc loco narratis rebus Babylonicis, transit ad Medo-Persicas. *Darius*, inquit, VI. 1. *Medus susceperat regnum* Medo-Persidis; et cum esset aetate provectus, nimirum *septuaginta duo annos natus* (v. 2.) *placuit Dario centum et viginti praefectos*, sive procuratores regis, *constitui per totum regnum*. Ver. 3. *Supra istos autem tres tribunos* aerarii, *quorum Daniel primus, quibus procuratores rationem reddituri essent, ne rex damnum pateretur*. Invidia moti reliqui, accusationem contra Danielem frustra quaerebant, ver. 5. *propterea quod fidus esset, et nullus error aut vitium inveniretur in eo*, dum rationes regni ab ipsis procuratoribus ex auctoritate regis exigeret. Illi itaque *interdictum* impetrant a Dario *secundum ius Medo-Persarum*. Ver. 29. *Daniel autem*, a leonibus illaesus, *prospere egit in regno Darii, et in regno Cyri Persae*. Secundi Medo-Persarum regis idcirco forsan non meminit Daniel, quod nulla sub eo contigisset visio. Neque est versimile Dario, bellicosissimo regi LXII. aetatis annum fuisse regni sui primum. Vectigalia ampliavit senex, imperium iuvenis. Sed nec iste primus Darii annus, quo Danieli praedictus est hebdomadarum numerus, intelligi videtur ne-

---

a) Herod. V, 52. b) Diod. XIX, 17. cf. XVII, 67.

τὰ πλάτος de tempore, quo regnare coeperat; sed ad illud tempus restringitur, quo regnare coeperat *super regnum Chaldaeorum*; quod Susis occupatis primum contigisse ostendimus."

Hactenus vir doctissimus; cui in omnibus assentior, praeterquam in quibus ille Scaligero: nec enim versum

Τὸ δ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσὸν,

loco suo motum esse censeo; neque, si in alio reponeretur, sensum illum commode posse erui, quem velit literarum princeps, nempe: *Susa a Kyaxare vastata, a filio Astyage in integrum restituta*, praesertim cum ex ipsius sententia τόδ' ἔργον ἤνυσε respondeat τῷ ἄστυ ἐξεκείνωσεν.

v. 768. *ΑΛΛΟΣ Δ' ΕΚΕΙΝΟΥ ΠΑΙΣ ΤΟΔ' ΕΡΓΟΝ ΗΝΥΣΕ.* Dicit, regnum Persicum, ab Astyage Medo inchoatum, a Cyaxare eius filio, qui et ipse Medus, ἄλλος, stabilitum fuisse. Quod etiam ex iis, quae ab aliis narrantur, colligere est. Cyaxaris filiam unicam et haeredem duxit Cyrus: qui cum esset Babylone, ad nationes in ditionem redactas misit satrapas, Xenoph. [l]) Instit. VIII. p. 160. eas regiones ad Cyaxaris ditionem se adiecisse professus, idem V. [k]) p. 115.

[Ibid. *ΤΟΔ' ΕΡΓΟΝ ΗΝΥΣΕ.* Supra, v. 728.

Ὡς ἰδεῖν τέλος πάρεστιν οἷον ἤνυσεν κακόν.]

v. 769. *ΦΡΕΝΕΣ ΓΑΡ ΑΥΤΟΥ ΘΥΜΟΝ ΟΙΑΚΟΣΤΡΟΦΟΥΝ.* [Agam. v. 811.

Οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων,

ad quem locum plura. Porro θυμός est animi prima sine ratione voluntas, a θύειν, ὁρμᾶν: φρένες, animi repetiti actus, discursus, iudicium, ratio, unde φρονεῖν.] Negligenter egit Scholiastes, qui hoc de Artaphrene dictum putat; Ἀρταφρένης γὰρ, inquit, ἐξ ἐτυμολογίας λέγεται ὁ τὰς φρένας ἔχων ἀρτίας. Ut taceam quam inepte vocabulum Persicum ad etymologiam Graecam detorqueat. Ἀρτ quod ab ἄρτιον deducit ille, Persice ארת significat *fortis*.

v. 770. *ΤΡΙΤΟΣ Δ' ΑΠ' ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΟΣ.* Cyrus Aeschylo tertius, Persarum rex primus vulgo creditur, eo forsan nomine, quod primus is fuerit Persa, qui Persis imperavit. Priores duo reges natione Medi; reliqui omnes Persae: unde paulatim ipsa regio *Media* et *Perso-Media* appellari desiit, et Medorum nomina tandem fuerunt abolita.

[Ibid. *ΕΥΔΑΙΜΩΝ ΑΝΗΡ.* Iustinus, I. 8. *Cyrus regnavit triginta annos, non initio tantum regni, sed continuo totius temporis successu, admirabiliter insignis.*]

---

l) Xen. Cyrop. VIII, 6, 1. k) V, 5, 24.

[v. 774. *ΘΕΟΣ ΓΑΡ ΟΥΚ ΗΧΘΗΡΕΝ*: *Non negavit.* Plin. [nat. hist.] XV. 2. *Natura oleum invidit Africae.*]

v. 775. *ΚΥΡΟΥ ΔΕ ΠΑΙΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΙΘΥΝΕ ΣΤΡΑΤΟΝ.* Secundum in serie Persica locum obtinet Cambyses, qui et primus fuit Persarum rex, parente utroque Persa genitus. A Cyro usque ad Darium, sub quo dirutum est, imperium Persicum ipsorum Persarum de manibus non excidit, nec ad Medos unquam reversum est: quod ne reverteretur, obnixe curavit Cambyses: is quippe moriturus, ut narratur Herodoto, III. 65., Achaemenidas oravit, ne imperium ad Medos iterum transire paterentur. *Τούτου δέ*, inquit, *μηκέτι ἐόντος, δεύτερα τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὦ Πέρσαι, γίνεταί μοι ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι, τὰ θέλω μοι γενέσθαι, τελευτῶν τὸν βίον. Καὶ δὴ ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς τοὺς βασιληΐους ἐπικαλέων, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, καὶ μάλιστα Ἀχαιμενιδέων τοῖσι παρεοῦσι, μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν· ἀλλ' εἴτε δόλῳ ἔχουσιν αὐτὴν κτησάμενοι, δόλῳ ὑπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων· εἴτε καὶ σθένεΐ τῳ κατεργασάμενοι, σθένεϊ κατὰ τὸ χάρτερον ἀνασώσασθαι.*

v. 776. *ΠΕΜΠΤΟΣ ΔΕ ΜΑΡΔΟΣ ΗΡΞΕΝ.* *Mardus* Aeschylo magus ille dicitur, qui post mortem Cambysis regnum iniit. Herodoto [l]) *Smerdis*, Ctesiae [m]) *Sphendadates*, Trogo [n]) *Oropastes.*

[v. 778. *ΕΝ ΔΟΜΟΙΣ.* In cubiculo suo. Vide Ctesiae lib. XII. fragm. apud Photium [o]) Bibliothec.]

v. 779. *ΞΥΝ ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΦΙΛΟΙΣΙΝ.* Horum septem nomina apud Ctesiam sunt, c. 14. *Onophas*, *Idernes*, *Norodobates*, *Mardonius*, *Barises*, *Artaphernes*, *Darius*: apud Herodotum, III. 70. *Otanes*, *Hydarnes*, *Megabyzus*, *Gobryas*, *Aspathines*, *Intaphernes*, *Darius.*

Ibid. *ΟΙΣ ΤΟΔ' ΗΝ ΧΡΕΟΣ.* Pindarus [p]), Olymp. I. 70.

Ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τωῦτ' ἐπὶ χρέος.

[Noster Sept. contra Theb. v. 20.

—— ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε.

Hesych. *Χρέως· χρῄος* (recte Sopingerus *χρέος*) *ὄφλημα.*]

v. 780. *ΕΚΤΟΣ ΔΕ ΜΑΡΔΟΝΙΣ.* Idem videtur qui Ctesiae *Mardonius*, e septem Persis qui magum oppresserunt unus. Narrat Herodot. III. 80. post caedem magorum illos de forma reipublicae constituenda deliberasse, Darii sententiam de principatu uni deferendo devicisse, cui tandem equisonis sui astutia regnum addictum esse. Quin de hac narratione ut dubitemus ansam praebet vel ipse Herodotus, tum vero ma-

---

l) Her. III, 61. 69.
m) Ctes. Pers. 15. p. 24. Lion.
n) Iustin. I, 9.
o) Phot. Bibl. p. 38. a. 23. Bekk.
p) Pind. Ol. I, 44. Bkh.

xime, ubi coniuratorum privilegia recenset. Concessum est Otani speciatim, ut nec ipse nec posterorum ullus regi subesset; omnibus vero in commune, ut unicuique ad regem sine internuncio introire liceret; et ut tiaram rectam gestarent, quod, ut monuimus ad v. 664., solis regibus peculiare fuit. Accedit quod a Valerio Maximo q), IX. 2. alios auctores secuto, nec enim Herodoto assentiuntur omnes, proditur, sex reliquos coniuratos, Dario *onerosos* iam factos, ab ipso tandem sublatos. Hinc, inquam, magna mihi orta est suspicio, quod non statim post interfectum magum Darius regnum exceperit, sed quod e caeteris coniuratis nonnulli ante Darium regnum occuparint; quibus ille e medio sublatis imperio demum potitus est. Duos sane inter reges Persicos numerat Aeschylus noster, cui in hac re non minima debetur fides, Maraphin et Artaphrenem.

Ibid. *ΕΒΔΟΜΟΣ Τ' ΑΡΤΑΦΡΕΝΗΣ.* Quem auctorem necis Mardi in praecedentibus celebrat, ac si coniuratorum praecipuus fuisset, seu magum propria manu interfecisset. Caeterum *Artaphrenes* hic Ctesiae *Artaphernes* dictus est, Herodoto *Intaphernes*, Hellanico qq), ut ex Scholiaste discimus, *Daphernes*. Intaphernem hunc cum filiis suis a Dario interemptum prodit Herodotus, III. 118. ea forsan ratione, ut ipse solus imperio frueretur.

[v. 781. *ΚΑΓΩ Δ' ΕΚΥΡΣΑ.* Septimus numeratur Platoni, Leg. III. p. 695. *Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος, διείλετο, ἑπτὰ μέρη τεμόμενος, ὧν καὶ νῦν ἔτι σμικρὰ ὀνείρατα λέλειπται.* Marmor Arundelianum, L. 59. *Ἀφ' οὗ Δαρεῖος Περσικὸς ἐβασίλευσε, μάγου τελευτήσαντος, ἔτη ΗΗ|Δ|ΙΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι..... A quo Darius in Persia regnavit, mago occiso, anni CCLIII, archonte Athenis.....* Ad quae verba D. Humphridus Prideaux: „Quod ad initium Darii filii Hystaspis attinet, Chronico Marmoreo relatum anno 253. ante citimam epocham, ac 545. ante evangelium, quanquam non est dubium, coepisse eum regnare octennio post mortem Cyri, ac septimestri post mortem Cambysis, quadriennio ante hoc tempus: absoluto tamen imperio hoc demum tempore, capta Babylone occisoque reliquo mago potitum esse, ut dudum annotavimus, suffragatur etiam auctor quem secutus Otho Frisingensis, II. 16. scribens, magos regnasse post Cambysem annis tribus et mensibus septem." Haec ille.]

[v. 783. *ΑΛΛ' ΟΥ ΚΑΚΟΝ.* Alludere videtur ad modicam illam cladem, quam ipse a Graecis acceperit.]

[v. 784. *ΩΝ ΝΕΟΣ ΝΕΑ ΦΡΟΝΕΙ.* Homerus, Odyss. *Α*. 296.

---

q) IX, 2. ext. §. 6. qq) Hellan. Fragm. CXXXIII. a. p. 159. Sturz.

— οὐδέ τί σε χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί.

Alia aetas alios, quod aiunt, *mores postulat*. Νηπιάας ὀχέειν est *νηπιοφροσύνας φέρειν*, id est, *νήπια*, noster *νέα φρονεῖν*, interprete Eustathio.r)]

v. 793. *ΜΗΔΙΚΟΝ*. Ita et Herodoto bellum hoc *Medicum* dicitur, et Graeci passim Persas Medos vocant, et *μηδίζοντας* eos qui Persis studebant: cum enim invaluerit Persarum nomen, etiamsi Medorum exolevit, non tamen penitus desuevit, ut supra observatum est.

[v. 802. *ΠΑΥΡΟΙ ΓΕ ΠΟΛΛΩΝ*. Ex triginta myriadibus, exceptis quatuor cum quibus Artabazes aufugit, ne tria quidem hominum millia caedem evaserunt. Herodot. IX. 70. *Παρῆν τε τοῖσι Ἕλλησι φονεύειν οὕτω, ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ καταδεουσέων τεσσέρων, τὰς ἔχων Ἀρτάβαζος ἔφευγε, τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι.* Iuvenal. Sat. X. 185.

Sed qualis rediit? nempe una nave, cruentis
Fluctibus, et tarda per densa cadavera prora.]

[v. 807. *ΑΣΩΠΟΣ*. Agamemn. v. 305.

Ὑπερθοροῖσα πεδίον Ἀσωποῦ. ——

Etymolog.rr) Ἀσωπός, *ποταμὸς Βοιωτίας, πλησίον Θηβῶν· παρὰ τὴν ἄσιν τὸν ῥύπον, καὶ τὸ ὤψ ὠπός*. Huius fluvii fit mentio apud Callimachum Hymn. in Delum, v. 77.

—— ὁ δ' ἵκπετο πολλὸν ὄπισθεν
Ἀσωπὸς βαρύγουνος ἐπεὶ πεπάλαχτο χεραυνῷ.]

[v. 808. *ΦΙΛΟΝ ΠΑΣΜΑ ΒΟΙΩΤΩΝ ΧΘΟΝΙ*. Sic de Nilo Dionysius ὁ *Περιηγητής*, v. 227.

Ὕδασι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο.

Idem Virgilio, Aen. IX. 31.

—— pingui flumine Nilus,

dicitur, qui Georg. IV. 291.

Viridem Aegyptum nigra fecundat arena.

Valer. Flacc. Argonaut. V. 424. *amnis pinguis*. De Asopo recte dictum hoc, ut qui per planitiem ferebatur qui est ante Thebas. Strabo, IX. p. 408. *Ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ Θηβῶν*.]

v. 811. *ΟΥ ΘΕΩΝ ΒΡΕΤΗ ΗΔΟΥΝΤΟ ΣΥΛΛΙΝ*. [Haec sunt quae postea *νόμιμα τὰ πύργινα*, *iura* vel *instituta civilia* dicit, v. 861.] Themistocles apud Herodotum, VIII. 109. Ὃς, inquit de Xerxe, *τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπρά τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα*. Hoc iure factum

---

r) Eustath. p. 1418, 60. rr) Et. M. 161, 44.

esse contendunt οἱ περὶ μάγων γράψαντες, testante Laertio in Prooem. segm. 9. τὰ μέντοι ἀγάλματα εἰκότως καθαίρειν. Ratio ex Herodoto petenda, I. 131. Ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεούς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, *quod non censerent Deos humana forma praeditos esse* (ita potius intelligo quam cum interprete, *ex hominibus ortos*) *sicut Graeci.*

v. 812. *ΠΙΜΠΡΑΝΑΙ ΝΕΩΣ.* Persas Graecorum templa spoliasse et cremasse a Diodoro [s]) Siculo proditum est, VI. p. 230. De quibus etiam Isocrates in Panegyr. p. 105. Οἳ δὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλῆν ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ καὶ κατακαίειν ἐτόλμησαν. Unde Alexander apud Curtium [t]), III. 10. queritur, *Diis dedita templa ruinis et ignibus* (ab ipsis) *esse deleta*: unde et Cicero, II. in Verr. eos *Diis hominibusque bellum indixisse* ait. Qua vero ratione hoc factum velint ipsi Persae, ab eodem discimus, de Legib. II. 10. *Nec sequor*, inquit, *magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera.* Aliam tamen causam assignat Herodotus, V. 102. nempe quia Athenienses Sardibus ignem intulissent, et templum Cybeles indigenae Deae concremassent. Καὶ Σάρδιες μέν, inquit, ἐνεπρήσθησαν, ἐν δὲ αὐτῇσι καὶ ἱρὸν ἐπιχωρίης θεοῦ Κυβήβης.

[v. 813. *ΒΩΜΟΙ Δ' ΑΙΣΤΟΙ.* Prometh. v. 232.

— ἀλλ' ἀΐστωσας γένος
Τὸ πᾶν. —

Vide sis quae illic allata.]

[v. 818. *ΠΕΛΑΝΟΣ.* Vir magnus Isaac. Casaubonus ad illud Theophrasti [u]) περὶ λογοποιΐας, Καὶ πολὺν τὸν ζῶμον γεγονέναι „Sic dixit Latinus," inquit, „comicus, Miles glorios. [x]) I. 1. fartum facere ex hostibus, translatione e culina itidem petita; unde et μαγειρεύειν manavit, quo veteres usi pro *occidere* teste B. Hieronymo. Affine est apud Euripidem [y]) in Rheso πέλανος αἱματηρός, libum vel placenta sanguinolenta, de strage magna hostium, et apud Aristophanem [z]) περίκομμα ποιεῖν ἔκ τινος." Haec ille. Loquendi formula ex castrensi dicacitate petita est et iocum militarem resipit: nec multum abludunt in Εἰρήνῃ Aristophanea, v. 228. seqq. belli mortarium, pistillum, moretum ex populis factum contusis intritisque, ubi fingit Μεγάρα q. κατατετριμμένα.]

v. 820. *ΘΙΝΕΣ ΔΕ ΝΕΚΡΩΝ.* Θίς, auctore Eustathio [a]), Odyss. Ψ'. 5. κατὰ τοὺς παλαιούς, ὄχθος, βουνός, ἄμμος. Et

---

s) Diod. V, 68. t) Curt. III, 10, §. 9. (*deum templa ruinis—.*)
u) Theophr. Char. VIII. (XXIV.) x) I, 1, 8.
y) Eur. Rhes. 480. z) Aristoph. Equit. 372.
a) Eustath. p. 1453, 62.

omnium prima sine dubio notatio illa est, qua βουνόν, seu potius σωρόν, *acervum* scilicet seu simpliciter *cumulum*, denotat. Moschopulus, Θὶν, ὁ αἰγιαλός· ὃ καὶ θὶς λέγεται, καὶ ὁ σωρός. Circe Sirenas in hunc modum Ulyssi describit, Odyss. *M'*. 44.

Ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ
Ἥμεναι ἐν λειμῶνι· πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς
Ἀνδρῶν πυθομένων.

Vetus Scholiastes, Θὶς, σωρός et Hesychius, optimus Homeri interpres, hunc ipsum locum in animo habens, Θὶς, ὀστέων σωρός. Quod Synesio θημών in Calvitii encomio, ubi de ingenti Persarum et Aegyptiorum strage agit, quam Herodotus in Thalia retulit: Καὶ νῦν εἰσι δύο θημῶνες ὀστέων, ὁ μὲν Αἰγυπτίων, ὁ δὲ Μήδων. Quae omnia ab Aeschylo nostro non multum abludunt. Porro τὸ θῖνες νεκρῶν multitudinem innumeram cadaverum alia quadam ratione innuere videtur. Θίς enim proprie de arenis dicitur, ut apud Diod. Sic. [b]) III. p. 124. ἀερίου θῖνες ἄμμου et Herodot. III. 26. qui prandentem Cambysis exercitum perdidisse Austrum refert, scilicet φορέοντα θῖνας τῆς ψάμμου καταχῶσαι σφέας, ubi eodem plane modo de arenis, quo ante de cadaveribus et ossibus, usurpatur. Ὥσπερ δὲ θὶς ὀστέων, οὕτω καὶ ἄμμων καὶ ἑτέρων τινῶν, inquit Eustathius [c]), Odyss. *M'*. 45. Inde θίς etiam per se sumpta tumulum arenarum significat, ut doctissimus Apollonii Scholiastes ad haec poetae verba notavit, Argonaut. IV. 1384.

Λιβύης ἀνὰ θῖνας ἐρήμους
Νῆα μεταχθονίην, ὅσσα τ' ἔνδοθι νηὸς ἄγεσθε.

Θῖνας, inquit, τοὺς τῆς ψάμμου σωρούς. Quae expositio apud generalem omnium poetarum Scholiastem extat, sed nescio quo vento in alienum locum devoluta: apud Hesychium enim legimus, Θλαδίαι· εὐνοῦχοι, καὶ οἱ τῆς ψάμμου σωροί. Qui eundem Apollonii locum, et Libyae arenarum tumulos respexit. Τῆς εἰς μεσόγειον ἀνηκούσης γῆς ἐχούσης ἐπὶ τὸ μῆκος ἀθρόους θῖνας, ut Diodorus loquitur. Sed verba Hesychii adeo manifeste erant loco suo mota, ut etiam Favorinus, qui alioquin errores Hesychii typographicos fidelissime exprimere solet, in voce laudata ea omittat, et peculiari voci loco suo restituat: Θῖνας τοὺς τῆς ψάμμου σωροὺς λέγουσι. Quin statim Θλάσαι, ἀποθανεῖν, retinet, cum quivis non plane caecus videat legendum θνῆσαι, quod idem cum τεθνάναι. Sed qui errorem Hesychii perspexit, a Suida alium hausit, vel potius ipse fecit: Θλαδίας, εὐνοῦχος. Ὑποβάλλει τοίνυν ὁ θλαδίας τὴν γυναικωνίτιν φάλαγγα. Ita ille ex Suida; apud quem ὁ θλαδίας non est: sed Favorinus, qui sine dubio non observavit morem, quem ob-

---

b) Diod. III, 44. (ἀέριοι.) c) Eustath. p. 1710, 16.

servat Suidas, qui in lexico suo solet historiam aliquam referre, quae ad rem de quo agitur pertineat; cum in tota ea historia bene longa vox θλαδίας non extet, et casus rectus in ipso initio historiae desit, putavit ὁ θλαδίας illic esse inserendum. Hoc itaque volo, apud Hesychium verba illa quae τῷ θλαδίαι attribuuntur, pertinuisse ad vocem θῖνες, et inde incuria librariorum loco suo dimota, et alieno plane inserta, quod alibi etiam fieri solet. Ita Etymolog. d) *Γαλῶνες· χρῶμά ἐστιν τὸ ὀνοειδές. Τὰ παμφράγματα, Φοίνικες.* Prior expositio ad rem facit, posterior plane aliena est, et ad *γάδειρα* pertinet. Quin imo uti primo arenae iuncta, mox etiam sine ea, seu per se sumpta, tumulum arenae τὸ θίς denotat, ita tandem etiam *arenam* ipsam seu *sabulum* simpliciter significat; unde fluminis Bagadra ostium Polybius dd) *ἀποθινούμενον*, id est, *sabulo oppletum*, dixit: quemadmodum Pausanias in Eliacis, c. 5. Anigri fluminis ostium violentioribus ventis occlusum pene obstructumque notat, qui *φορούντες κατ' αὐτὸν τὴν θῖνα ἐκ τοῦ πελάγους ἐπέχουσι τοῦ πρόσω τὸ ὕδωρ.* Ubi perquam opportune mihi occurrit vulgata Strabonis lectio, ab importuna viri doctissimi correctione vindicanda. Quippe geographus, VIII. p. 346. de eodem flumine agens, haec habet: *Ὑποδέχεται δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ ὕδατος ὁ Ἄνιγρος βαθὺς καὶ ὑπτιος ὤν, ὥστε λιμνάζειν· θινώδης δὲ ἂν ὁ τόπος ἐξ εἴκοσι σταδίων βυθεῖαν ὄχθην παρέχει.* Ad quae verba commentator: *Ego vero puto legendum βυρεῖαν ὄσμὴν παρέχει, quae, nisi vehementissime fallor, vera lectio est.* Et vehementissime quidem fallitur vir incomparabilis: optime enim omnia veteri lectione servata constant. Anigrus, inquit, tantum aquae copiam e palustri loco excipit, ut extra alveum fluat, effusoque flumine stagnet; et quia locus circa fluvium undique *θινώδης* esset, seu arena abundaret, ideo ripam seu adiacentem terram etiam ad viginti stadia profundam habet, quousque scilicet aqua stagnans in arenae cumulos effusa sabulo commiscetur. Et haec ipsa interpretatio ab illo quem adduximus Pausaniae loco extra controversiam ponitur, qui arenam hanc partim ad ripam fluminis natura loci positam, partim a littore maris viventi effusam docet: *Ὁπότε οὖν*, inquit, *ἀμφοτέρωθεν ἡ ψάμμος ὑπό τε τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ ἐντὸς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ διάβροχος γίνεται* (fieri autem hoc Strabo ostendit propter ingentem aquae vim ex fonte prope Anagriadum Nympharum antrum profluentem), *ἐνταῦθα καὶ ὑποζυγίοις καὶ ἀνδρὶ ἔτι μᾶλλον εὐζώνῳ καταδῦναι κίνδυνός ἐστιν ἐς αὐτήν.* Ex quibus verbis videmus, quid sit *βυθεῖα* Strabonis *ὄχθη*, idem scilicet quod Pausaniae *ψάμμος διάβροχος, arena aquis irrigata*, sive sabulum fluvio stagnante adeo alte madefactum, ut periculum fuerit, ne homines iu-

---

d) Etym. M. 220, 32. dd) Polyb. 1, 75.

dis regibus accipienda puto vaticinia illa prophetarum contra Babylonem. Isa. XIII. 17. *Excito contra istos Medum.* XXI. 2. *Ascende Elam, obside Madai.* Elam est Persis, et coniungitur cum Media; ut et XXII. 6. *Elam sumpsit pharetram, et Kir eduxit clypeum* (Kir est Media, 2 Reg. XVI. 9.): etiam Ierem. XXV. 25. *Regibus Elam et regibus Mediae*, idem fatum. De hoc regno intelligendum illud, Ier. XVIII. 38, 39. *Ponam solium meum in Elam* i. e. solium regum a me electorum ad perdendam Babylonem, et *reducendos captivos Elam*, sive Iudaeos in Perside exulantes. Praedictum hoc fuit initio regni Zedechiae, ver. 34. unde colligi potest regnum hoc etiam regnante Cyaxare extitisse. Cui astipulari videtur Hieronymus, in Epitaph. Fabiolae, referens *Scythas sub Dario, rege Medorum, orientem tenuisse captivum:* et Suidas, in Θαλῆς, qui *Thaletem sub Dario solis eclipsin praedixisse* refert: utraque autem in Cyaxaris tempus confert Herodotus. Non frustra sunt Iudaei, qui in hac prophetia duos reges innui putant, Darium Medum et Cyrum. Neque sine causa; nam II. 11. *Suscitavit Dominus spiritum regum Medorum;* et ver. 28. *Expedite in eam reges Mediae.* Non ab uno rege, non uno tempore implotae sunt diræ in Chaldaeos. Dan. VIII. 3. 20. *Arietis* (i. e. *regnum Medo-Persarum*) *duo cornua, unum altius altero: quod altius* (Cyrus) *ascendit posterius*, i. e. post Darium. Primum Susa capta sunt a Medo, ut ex Aeschylo didicimus, et Chaldaei tota Susiana multati sunt: quod non obscure etiam indicat propheta, ver. 31. *Cursor occurret cursori, nuntius occurret nuntio, ad narrandum regi Babylonis captam esse urbem eius a fine*, vel *ab extremitate*, i. e. extremam, vel in confinio regni positam: Ver. 32. *Et transitus occupatus est, et paludes combusserunt igne. Transitum* appellat castrum Susianum, quod erat orientale regni Babylonici propugnaculum: *paludem* autem sive *arundinem* appellat, quia stabat in aqua. *Susianen*, inquit Plinius f), *ab Elymaide disterminat amnis Eulaeus;.... circuit arcem Susorum.* Daniel itidem, VIII. 2. *Castrum in Susis* (ubi reges Medo-Persidis arietantes vidit) collocat super *Eulaei portum*, ver. 2. vel *paludem*, ver. 3. ut est in Vulgata: utrobique enim eadem est vox Ebraica. Porro illius victoriae eventum indicat Ieremias, II. 30. *Cessaverunt fortes Babylonis a praelio, habitaverunt in praesidiis, defecit eorum fortitudo*, (pavidi) *sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, fracti sunt vectes eius. Vectes* sunt portae, quas diximus, regni: *Praesidia* sunt Euphratis loca a Nitocride munita, quae (Herod. I. 185.) εἰργάζετο τῆς χώρης τῇ αἱ τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα: quaecunque erat

f) Plin. Nat. Hist. VI, c. 27.

regio ad invadendum opportuna, et compendiaria ex Medis via, hanc intersepsit, ne Medi commercio ipsius negotia cognoscerent. Temporis diversitatem, quo Susa primum, dein Babylon capta fuit, ostendit, ver. 33. *Filia Babylonis quasi area*; venit *tempus triturae eius: adhuc modicum, et veniet tempus messionis ei* (Babyloni). De Susis loquitur historice, tanquam de praeterito; de Babylone prophetice. Neque aliter forsan paulo post, ver. 41. *Quemadmodum capta est Sesach, etiam comprehendenda est inclyta universae terrae*, urbs Babylon. Sesach, vel potius Susach, (addito tertio puncto ut fiat kibbuts, hic, et XXV. 26.) videtur idem esse, diversa dialecto, quod Danieli VIII. 2. Susan: non ipsa Babylon, sed filia Babylonis; nempe Susa urbs Babyloniae secunda, a Medo excisa, a filio restaurata, ubi *οἱ Πέρσαι κρατήσαντες Μήδων καὶ ὁ Κῦρος ἔθεντο τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον*, Strab. XV. p. 727. Paulatim deinceps inolescere Persarum nomen, Medorum exolescere coepit: veruntamen non prorsus desuevit; nam Herodoto bellum Xerxis *Medicum* vocatur, et Graeci passim Persas *Medos* dicunt, et *μηδίζοντας* eos qui Persis studebant. Isthaec Ieremias. Ezekiel itidem *Elam* meminit, XXXII. 24. etiam, utpote Ieremia aliquanto iunior, *Para*, XXVII. 10. et XXXVIII. 5. Madai autem nuspiam meminit. Sed Danieli frequens est Medo-Persarum mentio: scilicet Daniel non tantum sub Babylonico, sed etiam sub Medo-Persico imperio vixit. A Nabuchodonosoro primum praepositus fuit magis Chaldaeis, dein *portae regis*, II. 49. quae erat telonium, ni fallor, Susianum, *ad portam Eulaei.* Susa a Medo capta sunt teste Aeschylo. Sic *fractum est regnum* Chaldaicum, *et datum Medo-Persis*, Dan. v. 28. pars Dario, pars deinceps Cyro. *Darius Danielem ad sese perduxit in Mediam*: ibi evenerunt ea quae narrantur cap. VI. teste Iosepho, X. 12. p. 362. Illius regni triumvir factus est, Dan. VI. ult. *Et floruit Daniel sub regno Darii, et sub regno Cyri Persae.* Restauratis suis, quum iam essent Persidis metropolis, visa ibi divinitus oblata sunt Danieli. *Eram*, inquit ipse, Dan. VIII. 2. *Susis, in regione Elam.* Videntur itaque Susa, olim Babylonicae ditionis, tunc temporis Medo-Persiae regi subiecta fuisse. Antea distinctae erant gentes *Susancaei* et *Elymaei*, ut in coloniae Samaritanae censu apparet, Esdr. IV. 9. postea Susa Persidi accensentur a Daniele, a Strabone, XV. p. 727. a Beniamino Tudilensi, in Itiner. Erat annus visionis istius Balthasari caede insignis, in quo, post visionem, Daniel Babylonem adventasse videtur. Erat enim *in regno* Babylonico, Dan. v. 11. imo in ipsa urbe. Nam *in illa nocte* (ver. 30.), qua *Balthasar, rex Chaldaeorum, occisus est* (ver. 12.), *Daniel accersitus est, et* (ver. 13.) *adductus coram rege.* De Susis accersitum vix eredas: *distabant* enim *Susa a Tigri* (ad quem Babylon)

ducentis decem stadiis, Herod. VI.[g]) vel *uniús diei itinere*, Diodor.[h]) XIX. Inde forsan evenit, ut visio ista, licet in Elymaide contigerat, Babylonici regis anno notetur a Daniéle, VIII. 1. Denique Susis sepultum fuisse Danielem testatur Beniaminus Tudilensis, Itiner. p. 152. Vidimus quo pacto *Darius filius Assueri de semine Medorum ἐβασιλεύθη ὑπὲρ ἀρχῆς Χαλδαίων, regnavit super regnum Chaldaeorum*, Dan. IX. 1. quomodo Babylonicae ditionis territorio Susiano potitus est. Quod autem *Darius Medus suscepisse regnum* dicitur, Dan. v. ult., id de Medo-Persico, non de Babylonico regno, nec de regni inauguratione, sed de rationibus fisci constituendis intelligendum puto. Nullum est uspiam, nec in sacris nec in exteris scriptoribus, Darii Medi Babylone regnantis vestigium. Nam successionis argumentum ex dicto Danielis loco petitum, ideo quod in proxime praecedentibus de caede Balthasari scripserat, omnino nullum est: nec quicquam vel successionis vel electionis sapiunt verba ista. Simili argumento Balthasar Cyro successisse dicatur, quia *regnum Cyri Persae* claudit cap. VI. et cap. VII. incipit ab *anno primo Balthasari*. Rectius verba ista, in editione Iunii, capiti sexto praefiguntur: sequentis illic historiae introductio struitur, non conclusio praecedentis. *Vau* hic non est copulativum, sed exordii nota; ut in principio Ezechielis et libri Ruth. Duae sunt istius libri partes; priora sex capita sunt historica, posteriora sex prophetica: utrobique Daniel quid sibi contigerat, primum sub regibus Babyloniis, deinde quid sub Medo-Persicis, tradit. In hoc loco narratis rebus Babylonicis, transit ad Medo-Persicas. *Darius*, inquit, VI. 1. *Medus susceperat regnum* Medo-Persidis; et cum esset aetate provectus, nimirum *septuaginta duo annos natus* (v. 2.) *placuit Dario centum et viginti praefectos*, sive procuratores regis, *constitui per totum regnum*. Ver. 3. *Supra istos autem tres tribunos* aerarii, *quorum Daniel primus, quibus procuratores rationem reddituri essent, ne rex damnum pateretur*. Invidia moti reliqui, accusationem contra Danielem frustra quaerebant, ver. 5. *propterea quod fidus esset, et nullus error aut vitium inveniretur in eo*, dum rationes regni ab ipsis procuratoribus ex auctoritate regis exigeret. Illi itaque *interdictum* impetrant a Dario *secundum ius Medo-Persarum*. Ver. 29. *Daniel autem*, a leonibus illaesus, *prospere egit in regno Darii, et in regno Cyri Persae*. Secundi Medo-Persarum regis idcirco forsan non meminit Daniel, quod nulla sub eo contigisset visio. Neque est versimile Dario, bellicosissimo regi LXII. aetatis annum fuisse regni sui primum. Vectigalia ampliavit senex, imperium iuvenis. Sed nec iste primus Darii annus, quo Danieli praedictus est hebdomadarum numerus, intelligi videtur ne-

---

g) Herod. V, 52.

h) Diod. XIX, 17. cf. XVII, 67.

τὰ πλάτος de tempore, quo regnare coeperat; sed ad illud tempus restringitur, quo regnare coeperat *super regnum Chaldaeorum*; quod Susis occupatis primum contigisse ostendimus."

Hactenus vir doctissimus; cui in omnibus assentior, praeterquam in quibus ille Scaligero: nec enim versum

Τὸ δ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσὸν,

loco suo motum esse censeo; neque, si in alio reponeretur, sensum illum commode posse erui, quem velit literarum princeps, nempe: *Susa a Kyaxare vastata, a filio Astyage in integrum restituta*, praesertim cum ex ipsius sententia τόδ' ἔργον ἤνυσε respondeat τῷ ἄστυ ἐξεκείνωσεν.

v. 768. *ΑΛΛΟΣ Δ' ΕΚΕΙΝΟΥ ΠΑΙΣ ΤΟΔ' ΕΡΓΟΝ ΗΝΥΣΕ.* Dicit, regnum Persicum, ab Astyage Medo inchoatum, a Cyaxare eius filio, qui et ipse Medus, ἄλλος, stabilitum fuisse. Quod etiam ex iis, quae ab aliis narrantur, colligere est. Cyaxaris filiam unicam et haeredem duxit Cyrus: qui cum esset Babylone, ad nationes in ditionem redactas misit satrapas, Xenoph. [l]) Instit. VIII. p. 160. eas regiones ad Cyaxaris ditionem se adiecisse professus, idem V. [k]) p. 115.

[Ibid. *ΤΟΔ' ΕΡΓΟΝ ΗΝΥΣΕ.* Supra, v. 728.

Ὡς ἰδεῖν τέλος πάρεστιν οἷον ἤνυσεν κακόν.]

v. 769. *ΦΡΕΝΕΣ ΓΑΡ ΑΥΤΟΥ ΘΥΜΟΝ ΟΙΑΚΟΣΤΡΟΦΟΥΝ.* [Agam. v. 811.

Οὐδ' εὖ παπτώσων οἴακα νέμων,

ad quem locum plura. Porro θυμός est animi prima sine ratione voluntas, a θύειν, ὁρμᾶν: φρένες, animi repetiti actus, discursus, iudicium, ratio, unde φρονεῖν.] Negligenter egit Scholiastes, qui hoc de Artaphrene dictum putat; Ἀρταφρένης γὰρ, inquit, ἐξ ἐτυμολογίας λέγεται ὁ τὰς φρένας ἔχων ἀρτίας. Ut taceam quam inepte vocabulum Persicum ad etymologiam Graecam detorqueat. Ἀρτ quod ab ἄρτιον deducit ille, Persice ארת significat *fortis*.

v. 770. *ΤΡΙΤΟΣ Δ' ΑΠ' ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΟΣ.* Cyrus Aeschylo tertius, Persarum rex primus vulgo creditur, eo forsan nomine, quod primus is fuerit Persa, qui Persis imperavit. Priores duo reges natione Medi; reliqui omnes Persae: unde paulatim ipsa regio *Media* et *Perso-Media* appellari desiit, et Medorum nomina tandem fuerunt abolita.

[Ibid. *ΕΥΔΑΙΜΩΝ ΑΝΗΡ.* Iustinus, I. 8. *Cyrus regnavit triginta annos, non initio tantum regni, sed continuo totius temporis successu, admirabiliter insignis.*]

---

l) Xen. Cyrop. VIII, 6, 1. k) V, 5, 24.

[v. 774. *ΘΕΟΣ ΓΑΡ ΟΥΚ ΗΧΘΗΡΕΝ. Non negavit.* Plin. [nat. hist.] XV. 2. *Natura oleum invidit Africae.*]

v. 775. *ΚΥΡΟΥ ΔΕ ΠΑΙΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΙΘΥΝΕ ΣΤΡΑΤΟΝ.* Secundum in serie Persica locum obtinet Cambyses, qui et primus fuit Persarum rex, parente utroque Persa genitus. A Cyro usque ad Darium, sub quo dirutum est, imperium Persicum ipsorum Persarum de manibus non excidit, nec ad Medos unquam reversum est: quod ne reverteretur, obnixe curavit Cambyses: is quippe moriturus, ut narratur Herodoto, III. 65., Achaemenidas oravit, ne imperium ad Medos iterum transire paterentur. *Τούτου δὲ*, inquit, *μηκέτι ἐόντος, δεύτερα τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὦ Πέρσαι, γίνεταί μοι ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι, τὰ θέλω μοι γενέσθαι, τελευτῶν τὸν βίον. Καὶ δὴ ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς τοὺς βασιληΐους ἐπικαλέων, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, καὶ μάλιστα Ἀχαιμενιδέων τοῖσι παρεοῦσι, μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν· ἀλλ' εἴτε δόλῳ ἔχουσιν αὐτὴν κτησάμενοι, δόλῳ ὑπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων· εἴτε καὶ σθένεϊ τῳ κατεργασάμενοι, σθένεϊ κατὰ τὸ χάρτερον ἀνασώσασθαι.*

v. 776. *ΠΕΜΠΤΟΣ ΔΕ ΜΑΡΔΟΣ ΗΡΞΕΝ. Mardus* Aeschylo magus ille dicitur, qui post mortem Cambysis regnum iniit. Herodoto [l]) *Smerdis*, Ctesiae [m]) *Sphendadates*, Trogo [n]) *Oropastes.*

[v. 778. *ΕΝ ΔΟΜΟΙΣ.* In cubiculo suo. Vide Ctesiae lib. XII. fragm. apud Photium [o]) Bibliothec.]

v. 779. *ΞΥΝ ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΦΙΛΟΙΣΙΝ.* Horum septem nomina apud Ctesiam sunt, c. 14. *Onophas, Idernes, Nerodobates, Mardonius, Barises, Artaphernes, Darius*: apud Herodotum, III. 70. *Otanes, Hydarnes, Megabyzus, Gobrias, Aspathines, Intaphernes, Darius.*

Ibid. *ΟΙΣ ΤΟΔ' ΗΝ ΧΡΕΟΣ.* Pindarus [p]), Olymp. I. 70.

Ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τῶνδ' ἐπὶ χρέος.

[Noster Sept. contra Theb. v. 20.

—— *ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε.*

Hesych. *Χρέως· χρῄος* (recte Sopingerus *χρέος*) *ὄφλημα.*]

v. 780. *ΕΚΤΟΣ ΔΕ ΜΑΡΑΦΙΣ.* Idem videtur qui Ctesiae *Mardonius*, e septem Persis qui magum oppresserunt unus. Narrat Herodot. III. 80. post caedem magorum illos de forma reipublicae constituenda deliberasse, Darii sententiam de principatu uni deferendo devicisse, cui tandem equisonis sui astutia regnum addictum esse. Quin de hac narratione ut dubitemus ansam praebet vel ipse Herodotus, tum vero ma-

---

l) Her. III, 61. 69.
m) Ctes. Pers. 15. p. 24. Lion.
n) Iustin. I, 9.
o) Phot. Bibl. p. 38. a. 23. Bekk.
p) Pind. Ol. I, 44. Bkh.

xime, ubi coniuratorum privilegia recenset. Concessum est Otani speciatim, ut nec ipse nec posterorum ullus regi subesset; omnibus vero in commune, ut unicuique ad regem sine internuncio introire liceret; et ut tiaram rectam gestarent, quod, ut monuimus ad v. 664., solis regibus peculiare fuit. Accedit quod a Valerio Maximo q), IX. 2. alios auctores secuto, nec enim Herodoto assentiuntur omnes, proditur, sex reliquos coniuratos, Dario *onerosos* iam factos, ab ipso tandem sublatos. Hinc, inquam, magna mihi orta est suspicio, quod non statim post interfectum magum Darius regnum exceperit, sed quod e caeteris coniuratis nonnulli ante Darium regnum occuparint; quibus ille e medio sublatis imperio demum potitus est. Duos sane inter reges Persicos numerat Aeschylus noster, cui in hac re non minima debetur fides, Maraphin et Artaphrenem.

Ibid. *ΕΒΔΟΜΟΣ Τ' ΑΡΤΑΦΡΕΝΗΣ.* Quem auctorem necis Mardi in praecedentibus celebrat, ac si coniuratorum praecipuus fuisset, seu magum propria manu interfecisset. Caeterum *Artaphrenes* hic Ctesiae *Artaphernes* dictus est, Herodoto *Intaphernes*, Hellanico qq), ut ex Scholiaste discimus, *Daphernes*. Intaphernem hunc cum filiis suis a Dario interemptum prodit Herodotus, III. 118. ea forsan ratione, ut ipse solus imperio frueretur.

[v. 781. *ΚΑΓΩ Δ' ΕΚΥΡΣΑ.* Septimus numeratur Platoni, Leg. III. p. 695. *Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος, διείλετο, ἑπτὰ μέρη τεμόμενος, ὧν καὶ νῦν ἔτι σμικρὰ ὀνείρατα λέλειπται.* Marmor Arundelianum, L. 59. *Ἀφ' οὗ Δαρεῖος Περσικὸς ἐβασίλευσε, μάγου τελευτήσαντος, ἔτη ΗΗ|Δ|ΙΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι..... A quo Darius in Persia regnavit, mago occiso, anni CCLIII, archonte Athenis.....* Ad quae verba D. Humphridus Prideaux: „Quod ad initium Darii filii Hystaspis attinet, Chronico Marmoreo relatum anno 253. ante citimam epocham, ac 545. ante evangelium, quanquam non est dubium, coepisse eum regnare octennio post mortem Cyri, ac septimestri post mortem Cambysis, quadriennio ante hoc tempus: absoluto tamen imperio hoc demum tempore, capta Babylone occisoque reliquo mago potitum esse, ut dudum annotavimus, suffragatur etiam auctor quem secutus Otho Frisingensis, II. 16. scribens, magos regnasse post Cambysem annis tribus et mensibus septem." Haec ille.]

[v. 783. *ΑΛΛ' ΟΥ ΚΑΚΟΝ.* Alludere videtur ad modicam illam cladem, quam ipse a Graecis acceperit.]

[v. 784. *ΩΝ ΝΕΟΣ ΝΕΑ ΦΡΟΝΕΙ.* Homerus, Odyss. *Α*. 296.

---

q) IX, 2. ext. §. 6. qq) Hellan. Fragm. CXXXIII, a. p. 159. Stuz.

— οὐδέ τί σε χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί.

Alia aetas alios, quod aiunt, *mores postulat*. Νηπιάας ὀχέειν est νηπιοφροσύνας φέρειν, id est, νήπια, noster νέα φρονεῖν, interprete Eustathio.[r])]

v. 793. *ΜΗΔΙΚΟΝ*. Ita et Herodoto bellum hoc *Medicum* dicitur, et Graeci passim Persas Medos vocant, et μηδίζοντας eos qui Persis studebant: cum enim invaluerit Persarum nomen, etiamsi Medorum exolevit, non tamen penitus desuevit, ut supra observatum est.

[v. 802. *ΠΑΥΡΟΙ ΓΕ ΠΟΛΛΩΝ*. Ex triginta myriadibus, exceptis quatuor cum quibus Artabazes aufugit, ne tria quidem hominum millia caedem evaserunt. Herodot. IX. 70. Παρῆν τε τοῖσι Ἕλλησι φονεύειν οὕτω, ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ καταδεουσέων τεσσέρων, τὰς ἔχων Ἀρτάβαζος ἔφευγε, τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι. Iuvenal. Sat. X. 185.

Sed qualis rediit? nempe una nave, cruentis
Fluctibus, et tarda per densa cadavera prora.]

[v. 807. *ΑΣΩΠΟΣ*. Agamemn. v. 305.

Ὑπερθοροῦσα πεδίον Ἀσωποῦ. —

Etymolog.[rr]) Ἀσωπὸς, ποταμὸς Βοιωτίας, πλησίον Θηβῶν· παρὰ τὴν ἄσιν τὸν ῥύπον, καὶ τὸ ὤψ ὠπός. Huius fluvii fit mentio apud Callimachum Hymn. in Delum, v. 77.

— ὁ δ' ἕπετο πολλὸν ὄπισθεν
Ἀσωπὸς βαρύγουνος ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ.]

[v. 808. *ΦΙΛΟΝ ΠΑΣΜΑ ΒΟΙΩΤΩΝ ΧΘΟΝΙ*. Sic de Nilo Dionysius ὁ Περιηγητής, v. 227.

Ὕδασι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο.

Idem Virgilio, Aen. IX. 31.

— pingui flumine Nilus,

dicitur, qui Georg. IV. 291.

Viridem Aegyptum nigra fecundat arena.

Valer. Flacc. Argonaut. V. 424. *amnis pinguis*. De Asopo recte dictum hoc, ut qui per planitiem ferebatur qui est ante Thebas. Strabo, IX. p. 408. Ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ Θηβῶν.]

v. 811. *ΟΥ ΘΕΩΝ ΒΡΕΤΗ ΗΔΟΥΝΤΟ ΣΥΛΛΙΝ*. [Haec sunt quae postea νόμιμα τὰ πύργινα, iura vel instituta civibus dicit, v. 861.] Themistocles apud Herodotum, VIII. 109. Ὅς, inquit de Xerxe, τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπρός τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα. Hoc iure factum

---

r) Eustath. p. 1418, 60. rr) Et. M. 161, 44.

esse contendunt οἱ περὶ μάγων γράψαντες, testante Laertio in Prooem. segm. 9. τὰ μέντοι ἀγάλματα εἰκότως καθαίρειν. Ratio ex Herodoto petenda, I. 131. Ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεούς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, *quod non censerent Deos humana forma praeditos esse* (ita potius intelligo quam cum interprete, *ex hominibus ortos*) *sicut Graeci.*

v. 812. *ΠΙΜΠΡΑΝΑΙ ΝΕΩΣ.* Persas Graecorum templa spoliasse et cremasse a Diodoro [s]) Siculo proditum est, VI. p. 230. De quibus etiam Isocrates in Panegyr. p. 105. Οἳ δὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλῶν ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ καὶ κατακαίειν ἐτόλμησαν. Unde Alexander apud Curtium [t]), III. 10. queritur, *Diis dedita templa ruinis et ignibus* (ab ipsis) *esse deleta*: unde et Cicero, II. in Verr. eos *Diis hominibusque bellum indixisse* ait. Qua vero ratione hoc factum velint ipsi Persae, ab eodem discimus, de Legib. II. 10. *Nec sequor*, inquit, *magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera.* Aliam tamen causam assignat Herodotus, V. 102. nempe quia Athenienses Sardibus ignem intulissent, et templum Cybeles indigenae Deae concremassent. Καὶ Σάρδιες μέν, inquit, ἐνεπρήσθησαν, ἐν δὲ αὐτῇσι καὶ ἱρὸν ἐπιχωρίης θεοῦ Κυβήβης.

[v. 813. *ΒΩΜΟΙ Δ' ΑΙΣΤΟΙ.* Prometh. v. 232.

— ἀλλ' ἀτίτωσας γένος
Τὸ πᾶν. —

Vide sis quae illic allata.]

[v. 818. *ΠΕΛΑΝΟΣ.* Vir magnus Isaac. Casaubonus ad illud Theophrasti [u]) περὶ λογοποιΐας, Καὶ πολὺν τὸν ζῶμον γεγονέναι „Sic dixit Latinus," inquit, „comicus, Miles glorios. [x]) I. 1. fartum facere ex hostibus, translatione e culina itidem petita; unde et μαγειρεύειν manavit, quo veteres usi pro *occidere* teste B. Hieronymo. Affine est apud Euripidem [y]) in Rheso πέλανος αἱματηρός, libum vel placenta sanguinolenta, de strage magna hostium, et apud Aristophanem [z]) περίκομμα ποιεῖν ἔκ τινος." Haec ille. Loquendi formula ex castrensi dicacitate petita est et iocum militarem resipit: nec multum abludunt in Εἰρήνῃ Aristophanea, v. 228. seqq. belli mortarium, pistillum, moretum ex populis factum contusis intritisque, ubi fingit Μεγάρα q. καταμεμιττωτευμένα.]

v. 820. *ΘΙΝΕΣ ΔΕ ΝΕΚΡΩΝ.* Θίς, auctore Eustathio [a]), Odyss. Ψ'. δ. κατὰ τοὺς παλαιούς, ὄχθος, βουνὸς, ἄμμος. Et

---

s) Diod. V, 68. t) Curt. III, 10, §. 9. (*deum templa ruinis —.*)
u) Theophr. Char. VIII. (XXIV.) x) I, 1, 8.
y) Eur. Rhes. 430. z) Aristoph. Equit. 372.
a) Eustath. p. 1453, 62.

omnium prima sine dubio notatio illa est, qua βουνόν, seu potius σωρόν, *acervum* scilicet seu simpliciter *cumulum*, denotat. Moschopulus, Θὶν, ὁ αἰγιαλός· ὃ καὶ θὶς λέγεται, καὶ ὁ σωρός. Circe Sirenas in hunc modum Ulyssi describit, Odyss. M'. 44.

Ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ
Ἥμεναι ἐν λειμῶνι· πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς
Ἀνδρῶν πυθομένων.

Vetus Scholiastes, Θὶς, σωρός et Hesychius, optimus Homeri interpres, hunc ipsum locum in animo habens, Θὶς, ὀστέων σωρός. Quod Synesio θημών in Calvitii encomio, ubi de ingenti Persarum et Aegyptiorum strage agit, quam Herodotus in Thalia retulit: Καὶ νῦν εἰσι δύο θημῶνες ὀστέων, ὁ μὲν Αἰγυπτίων, ὁ δὲ Μήδων. Quae omnia ab Aeschylo nostro non multum abludunt. Porro τὸ θῖνες νεκρῶν multitudinem innumeram cadaverum alia quadam ratione innuere videtur. Θίς enim proprie de arenis dicitur, ut apud Diod. Sic. [b]) III. p. 124. ἀερίου θῖνες ἄμμου et Herodot. III. 26. qui prandentem Cambysis exercitum perdidisse Austrum refert, scilicet φορέοντα θῖνας τῆς ψάμμου καταχῶσαι σφέας, ubi eodem plane modo de arenis, quo ante de cadaveribus et ossibus, usurpatur. Ὥσπερ δὲ θὶς ὀστέων, οὕτω καὶ ἄμμων καὶ ἑτέρων τινῶν, inquit Eustathius [c]), Odyss. M'. 45. Inde θίς etiam per se sumpta tumulum arenarum significat, ut doctissimus Apollonii Scholiastes ad haec poetae verba notavit, Argonaut. IV. 1384.

Λιβύης ἀνὰ θῖνας ἐρήμους
Νῆα μεταχθονίην, ὅσσα τ' ἔνδοθι νηὸς ἄγεσθε.

Θῖνας, inquit, τοὺς τῆς ψάμμου σωροὺς. Quae expositio apud generalem omnium poetarum Scholiastem extat, sed nescio quo vento in alienum locum devoluta: apud Hesychium enim legimus, Θλαδίαι· εὐνοῦχοι. καὶ οἱ τῆς ψάμμου σωροί. Qui eundem Apollonii locum, et Libyae arenarium tumulos respexit. Τῆς εἰς μεσόγειον ἀνηκούσης γῆς ἐχούσης ἐπὶ τὸ μῆκος ἀθρόους θῖνας, ut Diodorus loquitur. Sed verba Hesychii adeo manifeste erant loco suo mota, ut etiam Favorinus, qui alioquin errores Hesychii typographicos fidelissime exprimere solet, in voce laudata ea omittat, et peculiari voci loco suo restituat: Θῖνας τοὺς τῆς ψάμμου σωροὺς λέγουσι. Quin statim Θλάναι, ἀποθανεῖν, retinet, cum quivis non plane caecus videat legendum θνῆναι, quod idem cum τεθνάναι. Sed qui errorem Hesychii perspexit, a Suida alium hausit, vel potius ipse fecit: Θλαδίας, εὐνοῦχος. Ὑποβάλλει τοίνυν ὁ θλαδίας τὴν γυναικωνίτιν φάλαγγα. Ita ille ex Suida; apud quem ὁ θλαδίας non est: sed Favorinus, qui sine dubio non observavit morem, quem ob-

---

b) Diod. III, 44. (ἀέριον.)

c) Eustath. p. 1710, 16.

servat Suidas, qui in lexico suo solet historiam aliquam referre, quae ad rem de quo agitur pertineat; cum in tota ea historia bene longa vox θλαδίας non extet, et casus rectus in ipso initio historiae desit, putavit ὁ θλαδίας illic esse inserendum. Hoc itaque volo, apud Hesychium verba illa quae τῷ θλαδίαι attribuuntur, pertinuisse ad vocem θῖνες, et inde incuria librariorum loco suo dimota, et alieno plane inserta, quod alibi etiam fieri solet. Ita Etymolog.[d]) *Γαλῶνες· χοῖροι ἵππων τὸ ὀνοειδές. Τὰ πεμφράγματα, Φοίνικες.* Prior expositio ad rem facit, posterior plane aliena est, et ad *γάδειρα* pertinet. Quin imo uti primo arenae iuncta, mox etiam sine ea, seu per se sumpta, tumulum arenae τὸ θίς denotat, ita tandem etiam *arenam* ipsam seu *sabulum* simpliciter significat; unde fluminis Bagadra ostium Polybius[dd]) *ἀποθινούμενον*, id est, *sabulo oppletum*, dixit: quemadmodum Pausanias in Eliacis, c. 5. Anigri fluminis ostium violentioribus ventis ooclusum pene obstructumque notat, qui *φορούντες κατ' αὐτὸν τὴν θῖνα ἐκ τοῦ πελάγους ἐπέχουσι τοῦ πρόσω τὸ ὕδωρ.* Ubi perquam opportune mihi occurrit vulgata Strabonis lectio, ab importuna viri doctissimi correctione vindicanda. Quippe geographus, VIII. p. 346. de eodem flumine agens, haec habet: *Ὑποδέχεται δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ ὕδατος ὁ Ἄνιγρος βαθὺς καὶ ὕπτιος ὤν, ὥστε λιμνάζειν· θινώδης δὲ ἂν ὁ τόπος ἐξ εἴκοσι σταδίων βαθεῖαν ὄχθην παρέχει.* Ad quae verba commentator: *Ego vero puto legendum βυρσῖαν ὄχθην παρέχει, quae, nisi vehementissime fallor, vera lectio est.* Et vehementissime quidem fallitur vir incomparabilis: optime enim omnia veteri lectione servata constant. Anigrus, inquit, tantum aquae copiam e palustri loco excipit, ut extra alveum fluat, effusoque flumine stagnet; et quia locus circa fluvium undique θινώδης esset, seu arena abundaret, ideo ripam seu adiacentem terram etiam ad viginti stadia profundam habet, quousque scilicet aqua stagnans in arenae cumulos effusa sabulo commiscetur. Et haec ipsa interpretatio ab illo quem adduximus Pausaniae loco extra controversiam ponitur, qui arenam hanc partim ad ripam fluminis natura loci positam, partim a littore maris viventi effusam docet: *Ὁπότε οὖν*, inquit, *ἀμφοτέρωθεν ἡ ψάμμος ὑπό τε τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ ἐντὸς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ διάβροχος γίνεται* (fieri autem hoc Strabo ostendit propter ingentem aquae vim ex fonte prope Anagriadum Nympharum antrum profluentem), *ἐνταῦθα καὶ ὑποζυγίοις καὶ ἀνδρὶ ἔτι μᾶλλον εὐζώνῳ καταδῦναι κίνδυνός ἐστιν ἐς αὐτήν.* Ex quibus verbis videmus, quid sit *βαθεῖα* Strabonis *ὄχθη*, idem scilicet quod Pausaniae *ψάμμος διάβροχος*, *arena aquis irrigata*, sive sabulum fluvio stagnante adeo alte madefactum, ut periculum fuerit, ne homines iu-

d) Etym. M. 220, 32.

dd) Polyb. 1, 75.

mentaque subsiderent ac submergerentur. Sed haec ἐν παρέργῳ.

[v. 822. ΩΣ ΟΥΧ ΥΠΕΡΦΕΥ ΘΝΗΤΟΝ ΟΝΤΑ ΧΡΗ ΦΡΟΝΕΙΝ. Quippe Xerxes, v. 751.

Θνητὸς ὢν θεῶν δὲ πάντων ᾖσθ', οὐκ εὐβουλίᾳ,
Καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν. ——

Demonax apud Stob.[e]) Tit. XXII.

Θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖν ὑπὲρ θεούς.

Sophocles Aiace [f]), apud Stobaeum [g]), Serm. XXII.

Θνητὴν δὲ φύσιν χρὴ θνητὰ φρονεῖν,
Τοῦτο κατειδότας ὡς οὐκ ἔστι
Πλὴν Διὸς οὐδεὶς τῶν μελλόντων
Ταμίας ὅ, τι χρὴ τετελέσθαι.]

[Ibid. ΥΠΕΡΦΕΥ.... ΦΡΟΝΕΙΝ. Et mox, v. 826.

—— μηδέ τις
Ὑπερφρονήσας τὸν παρόντα δαίμονα.]

v. 823. ΕΚΑΡΠΩΣΕ ΣΤΑΧΥΝ ΑΤΗΣ. In Sept. contra Thebas, v. 607.

Ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.

[Vide sis paroemiographum ad proverbium *miseram messem metere.*]

[v. 829. ΖΕΥΣ ΤΟΙ ΚΟΛΑΣΤΗΣ ΤΩΝ ΥΠΕΡΦΡΟΝΩΝ ΑΓΑΝ. Incertus [h]) apud Stobaeum, Serm. XXII.

Ὁ Ζεὺς κολαστὴς τῶν ἄγαν ὑπερφρόνων.]

[v. 837. ΑΑΚΙΔΕΣ. Vide quae ad v. 125. et ad Choeph. v. 26.]

[v. 841. ΕΓΩ Δ' ΑΠΕΙΜΙ. Virgil. Aen. VI. 545.

Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris.]

v. 842. ΥΜΕΙΣ ΔΕ. Euripides [i]) apud Stob. Tit. XCVIII.

Τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν· κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ
Γῇ καὶ σκιᾷ. ——

luxta notissimum Petronianum [k]) illud, p. 19.

Heu, heu, nos miseros, quam totus homuncio nil est!
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet orcus.
Ergo vivamus, dum licet esse, bene.]

[Ibid. ΠΡΕΣΒΕΙΣ ΧΑΙΡΕΤ'. Anacreon, XI. 9.

---

e) Stob. XXII, 16.
f) imo Tereo, fragm. 5.
g) Stob. XXII, 22.
h) Eur. Heracl. 389. ap. Stob. XXII, 18.
i) Eur. Meleag. fr. XIX. p. 231. Matth. (Stob. 98, 4. et 121, 25.)
k) Petron. c. 34. p. 197. Burm.

Ὡς τῷ γέροντι μᾶλλον
Πρέπει τὸ τερπνὰ παίζειν,
Ὅσῳ πέλας τὰ Μοίρης.]

[v. 844. ΩΣ ΤΟΙΣ ΘΑΝΟΥΣΙ ΠΛΟΥΤΟΣ ΟΥΔΕΝ ΩΦΕΛΕΙ. Anacreon, Ode XXIII. 1.

Ὁ πλοῦτος εἴ γε χρυσοῦ
Τὸ ζῆν παρῆγε θνητοῖς
Ἐκαρτέρουν φυλάττων,
Ἵν' ἂν θανεῖν ἐπέλθῃ
Λαβῇ τε καὶ παρέλθῃ.
Εἰ δ' οὐδὲ τὸ πρίασθαι
Τὸ ζῆν ἔνεστι θνητοῖς,
Τί καὶ μάτην ατενάζω;
Τί καὶ γόους προπέμπω;
Θανεῖν γὰρ εἰ πέπρωται,
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;]

[v. 853. ΤΑ ΦΙΛΤΑΤ'. Ut v. 1. Τὰ πατρά.]

[v. 857. ΑΚΑΚΗΣ. Supra, v. 666.

—— πάτερ ἄχαχε Δαρειάν.

Sic et Mercurius Homero, Il. Π'. 185. ἀκάχητα dicitur; id est, ὃ μὴ δυνάμενος κακωθῆναι ὑφ' ἑτέρου, invictus, μήτε δὲ κακῶσαι ἄλλον Schol. (ut et ἐριούνιος.) Hesych. Ὁ μηδενὸς κακοῦ ἄξιος.]

v. 862. ΤΑ ΠΥΡΓΙΝΑ. Civilia.

[v. 867. ΠΟΡΟΝ ΟΥ ΔΙΑΒΑΣ ΑΛΥΟΣ ΠΟΤΑΜΟΥ. Flumen Halys, prout discimus ex Herodoto, I. 72. cuncta fere superiora Asiae, a mari, quod Cypro obiectum est, ad Euxinum usque pontum dirimit. Laudat itaque chorus Darium, sub quo, dum ipse domi maneret et ne Halyn quidem pertransiret, duces Persici tot urbes et insulas ceperint. Ex his praecipui erant satrapae, qui Darii filias in uxores duxerant, Daurises, Hymees et Otanes. Daurises ad urbes in Hellesponto sitas conversus cepit Abydum, Percotem, Lampsacum et Paeson, singulas diebus singulis. Hymees ad Propontidem conversus cepit Chion Mysiae. Otanes, ex Ionia, Clazomenas; ex Aeolia, Cumam. Vide Herodotum, V, 16. sqq.]

v. 869. ΟΥΔ' ΑΦ' ΕΣΤΙΑΣ ΣΥΘΕΙΣ. Eodem sensu Strabo, I. p. 9. Καὶ ἀπ' ἄλλης ἑστίας καὶ ἀρχῆς τὰς πράξεις προχειριζομένων. Aliud sonat ἀφ' ἑστίας proverbialiter dictum. Hesych. Μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τὰ ἱερὰ δρομέων (lege δρωμένων), ἔθος δὲ ἦν τῇ ἑστίᾳ τὰς ἀπαρχὰς ποιεῖσθαι.

[v. 871. ΑΧΕΛΩΙΔΕΣ. Schol. Αἱ δίνγροι· Ἀχελῴων γὰρ πᾶν ὕδωρ λέγουσι. Hesych. Ἀχελῷος· ποταμὸς Ἀρκαδίας· καὶ πᾶν ὕδωρ οὕτως λέγεται. Ubi Palmerius et Guietus pro Ἀρκαδίας legunt Ἀκαρνανίας; nam Acarnaniam terminat Achelous, et est longissime ab Arcadia. Stephanus Περὶ πόλεων· Ἀχε-

λῶος· ποταμὸς Ἀχαρνανίας, ἀπὸ Ἀχελῴου ἐλθόντος ἐκ Θετταλίας μετὰ Ἀλκμαίωνος.]

[v. 873. ΛΙΜΝΑΣ. Hesych. Λίμνη· ἡ θάλασσα, καὶ ὁ ὠκεανός. Stephanus, Περὶ πόλεων· Λίμναι· πόλις Ἑλληνοπόντου περὶ Σηστόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.]

[v. 880. ΚΑΙ ΣΤΟΜΑ ΠΟΝΤΟΥ. Schol. Ἤγουν ὁ βόσπορος· οὗτος γὰρ στόμα πόντου λέγεται. Abrahamus Ortelius in Thesauro Geographico: „Pontus, Πόντος, Macedoniae fluvius, prope Sintiam urbem, Stephanus: Thraciae eum adscribit in Theriacis Nicander [n]); in confinibus enim fluit."]

[v. 885. ΕΛΑΙΟΦΥΤΟΣ ΤΕ ΣΑΜΟΣ. Samum vino non felicem, sed aliis rebus omnibus divitem esse, adeo ut ei accommodetur proverbium vulgatum, ὅτι φέρει καὶ ὀρτύγων γάλα, scribit Strabo, XIV. p. 637.]

[v. 891. ΜΕΣΑΓΚΤΟΥΣ. Fortasse, μεσάκτους. Scholiastes enim μεσαχτίους reddit.]

[v. 896. ΤΗΣ ΝΥΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. Athenae. Salamis enim sub ditione Atheniensium. Suidas, Μητροπόλεις, δσαι πόλεις ἀποικίας ἔστειλαν. Vide quae nos in vita Solonis.]

[v. 914. ΩΣ ΩΜΟΦΡΟΝΩΣ ΔΑΙΜΩΝ ΕΝΕΒΗ ΠΕΡΣΩΝ ΓΕΝΕΑΙ. Sio Agamemn. v. 1477.

Δαῖμον, ὃς ἐμπίπτεις δώμασι καὶ
Διφυεῖσι Ταντα λίδαισιν.]

[v. 916. ΛΕΛΥΤΑΙ ΓΑΡ ΕΜΩΝ ΓΥΙΩΝ ΡΩΜΗ. Oppian. Halieut. v. 654.

Δείματι καὶ καμάτῳ θυμαλγέα γυῖα λέλυνται.]

v. 920. ΜΟΙΡΑΙ. Melius constabit carminis ratio si legamus μοῖρα, hoc modo,

Ἐπ' ὄτελε, Ζεῦ, κἀμὲ μετ' ἀνδρῶν
Τῶν οἰχομένων
Θανάτου κατὰ μοῖρα καλύψαι.

[v. 491. ΜΑΡΙΑΝΔΥΝΟΥ ΘΡΗΝΗΤΗΡΟΣ. Hesychius, Μαριανδηνὸς θρῆνος· (l. Μαριανδυνός·) δαιμονίως γὰρ περὶ τοὺς θρήνους σπουδάζουσιν. Eustathius in Dionysii Περιηγήσιν, v. 791. Ἱστέον δὲ ὅτι ἐπεχωρίαζον τοῖς Μαριανδυνοῖς θρήνων αὐληταὶ, ὡς καὶ παροιμία δηλοῖ, Μαριανδυνοῦ μεμνημένη θρηνητῆρος. Hesych. Βῶρμον· θρῆνον ἐπὶ Βώρμου νυμφολήπτου Μαριανδυνοῦ. Jul. Pollux [m]) Onomast. IV. 7. Περὶ ἀσμάτων ἐθνικῶν, (de cantilenis gentilitiis.) Ἀδωνιμαοιδὸς καὶ βώριμος, Μαριανδυνῶν γεωργῶν ἆσμα· ὡς Αἰγυπτίων μανέρως καὶ λιτυέρσης Φρυγῶν. Vide sis Erasmum in adagio *Mariandynus tibicen*, p. 380.]

---

n) Nicand. Ther. v. 49. m) Poll. IV, 54.

[v. 954. ΙΩΝΩΝ. Stephanus n), *Περὶ πόλεων. Ἰωνία· ἡ Ἀττικὴ πρότερον, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως. Οὕτω μὲν οἱ Ἀθηναῖοι· ἐν μέν τοι Δωριεῦσιν, Αἰτωλοί· ἐν δὲ Αἰολεῦσι, Βοιωτοί· ἐν δὲ τοῖς Ἴωσιν, Ἀθηναῖοι. Ὁ οἰκῶν Ἴων, καὶ Ἰωνὶς, καὶ Ἰὰς, καὶ Ἰωνικός· καὶ ἰωνικίζω ῥῆμα.*]

v. 985. *ΤΟΝ ΣΟΝ ΠΙΣΤΟΝ ΠΑΝΤ' ΟΦΘΑΛΜΟΝ.* Mallem uno verbo *παντόφθαλμον.* Ita dictum, utpote cuius ope *πάντα* (ut loquitur Suidas, in voce *Ὀφθαλμὸς βασιλέως*) *ὁ βασιλεὺς ἐπεσκόπει. Omnia* (inquit Apuleius de mundo) *quae ubique gererentur discebat.* Etenim Persarum reges ministros quosdam habuere qui *ὀφθαλμοὶ βασιλέως, imperatoris oculi* (reddente Apuleio) dicebantur, a munere vel officio: quicquid enim in toto regno ageretur, eorum erat ad regem deferre. Hesychius, *Βασιλέως ὀφθαλμός· ἐπέμπετό τις ὑπὸ βασιλέως ἐπίσκοπος, ὃς ἐθεωρᾶτο τὰ πράγματα, ὃν τοῦ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἐκάλουν.* Aristides o) Orat. Panegyr. Cyzicena, *Ὁ μὲν γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐδόκει τι διάφορον κεκτῆσθαι τὸν καλούμενον βασιλέως ὀφθαλμόν.* Dio Chrysostomus p), Orat. III. de Regno, *Ὁ μὲν Πέρσης ἕνα τινὰ ἔσχεν, ὀφθαλμὸν βασιλέως λεγόμενον, καὶ τοῦτον οὐ σπουδαῖον ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων· ἀγνοῶν ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως οἱ φίλοι πάντες εἰσὶν ὀφθαλμοί.* Quibus tamen verbis bis peccatum est: neque enim uni tantum, nec alicui e vulgaribus deferebatur hoc officium. Duos fuisse asserit Scholiastes noster isto munere functos: at Xenophon q) plures, imo multos; postquam enim eos refellerat, qui unicum existimarunt, Cyri Paed. VIII. p. 165. *Εἰ δέ τις οἴεται ἕνα αἱρετὸν εἶναι ὀφθαλμὸν βασιλεῖ, οὐκ ὀρθῶς οἴεται· ὀλίγα γὰρ εἰς ἂν ἴδοι καὶ εἰς ἀκούσειε*, mox subiicit: *οὕτω δὲ πολλὰ μὲν βασιλέως ὦτα, πολλοὶ δὲ ὀφθαλμοὶ νομίζονται· καὶ φοβοῦντται παντα-χοῦ λέγειν τὰ μὴ σύμφορα βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτοῦ ἀκούοντος, καὶ ποιεῖν ἃ μὴ σύμφορα, ὥσπερ αὐτοῦ παρόντος.* Ita et Lucianus r), de mercede conduct. c. 29. *Ὦτα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοὶ, οὐ μόνον τύληθῆ ὁρῶντες, ἀλλ' ἀεί τι προσεπιμετροῦντες ὡς μὴ νυστάζειν δοκοῖεν.* Aristoteles s), Politic. III. (Scholiastae Aristophanis in Acharn. v. 92. laudatus) *Ἐπεὶ καὶ νῦν ὀφθαλμοὺς πολλοὺς οἱ μόναρχοι ποιοῦσιν αὐτῶν.* Quod etiam ait viros hoc officio functos graves non fuisse, sed vulgares, rursum falsus est Dio. Alpistum Xerxis *ὀφθαλμὸν πιστόν* vocat Aeschylus noster, non otioso epitheto: hoc enim titulo insigniti erant proceres Persici, quod vel ex hac fabula plus semel discendum est. Adhaec videntur *πιστοί* apud Persas eu-

---

n) p. 341. Pined.
o) Aristid. vol. I, p. 424. C. Cant.
p) Dio Chrysost. p. 55. D. Morell.
q) Xenoph. Cyrop. VIII, 2, 11. cf. 6, 16.
r) Lucian. vol. I, p. 688.
s) Aristot. Polit. III, 11, 9.

nuchi quidam, regi propter fidem summo in pretio: etenim *παρὰ τοῖσι βαρβάροισι*, inquit Herodot. VIII. 105. *τιμιώτεροί εἰσι οἱ εὐνοΐχων πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης, τῶν ἐνορχέων.* Quod vero tales fuerint *ὀφθαλμοὶ βασιλέως* ab Heliodoro [l]) diserte proditum est, Aethiopic. VIII. sub fin. *Περσιῶν γὰρ βασιλείας [βασιλείοις] αὐλαῖς ὀφθαλμοὶ καὶ ἀκοαὶ τὸ εὐνούχων γένος. Οὐ παίδων, οὐ συγγενείας τὸ πιστὸν τῆς εὐνοίας μεταspώσης, ἀλλὰ μόνου τοῦ πιστεύσαντος ἀναρτώσης.* Enimvero regis oculi inter satrapas regni Persici numerantur. Scholiastes ad illud Aristophanis in Acharn. v. 91.

Καὶ νῦν ἄγοντες ἥξομεν Ψευδαρτάβαν
Τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν· ——

οὕτω ἐκάλουν, inquit, *τοὺς σατράπας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκόπει.* Quem exscriptum more suo tradit Suidas, in *Ὀφθαλμὸς βασιλέως.* Sic et Philostratus [m]) de vita Apollonii, I. 21. *Σατράπης δὲ τῇ φρουρᾷ ταύτῃ ἐτέτακτο, βασιλέως τις οἷμαι ὀφθαλμός.*

[v. 986. *ΠΕΜΠΑΣΤΗΝ.* Anglice, *A muster-master.* Olim enim per pentades numerabant, ut nunc per decades. Hesych. *Πεμπάσεται· κατὰ πέντε ἀριθμήσει, τὸ γὰρ πέντε Αἰολεῖς πέμπε λέγουσι.* Vide quae ad Eumenid. v. 751.]

v. 993. *ΙΥΓΓΑ.* Hesychius, *Ἴυγγι, ἐπιθυμίᾳ.* [Iynx proprium nomen aviculae, ponitur et pro illecebris amoris, et generaliter pro quavis illecebra et eo quod nos aliquid pellicit. Hesych. *Ἴυγξ· φίλτρον ἀπὸ ἴυγγος τοῦ ὀρνέου· τὸ γὰρ ὄρνεον τοῦτό φασιν εἶναι ἐπιτήδειον εἰς τὰς μαγγανείας* (legit vir cl. *μαγείας*)· *καλεῖται δὲ καὶ κνναίδιον· φασὶ δὲ καὶ Ἀφροδίτην αὐτῇ χρῆσθαι, ἀπὸ δὲ τοῦ ὀρνέου κατασκευαζόμενα εἰς ἔρωτας, ἴυγγας καλοῦσιν.* Ubi subiicitur in nupera editione Hesychii, „Pro *κνναίδιον* lege cum Suida *κιναίδιον*. *Salm. Sop.* Vide Aristot. Hist. Anim. II. 95. Pind. Schol. 257. Meurs. Spicileg. in Theocr. p. 9." Vide sis etiam Erasmum in Adagiis, p. 294.]

v. 999. *ΜΑΡΔΩΝ.* Mallem *Μάρδων'*.

v. 1000. *ΑΡΕΙΟΝ Τ'*. Male interpres Graecus pro nomine proprio accepit.

[v. 1004. *ΑΙΧΜΗΣ ΑΚΟΡΕΣΤΟΝ.* Ut supra, v. 61. *λόγχης ἄκμονες.*]

v. 1005. *ΕΤΑΦΟΝ.* Scholiastes exponit *ἀπέθανον.* Sed cum sequentia ad ritum sepeliendi pertineant, *ἔταφον*, pro *ἐτάφησαν*, potius vertendum erit *sepulti sunt.* Magos *ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν* testis est Laertius in Prooem. segm. 7. Nefas censebant Persae humana corpora igni voranda obiicere, quem pro Deo colebant: proinde Cambysi vitio datum

---

l) Heliodor. p. 346. Cora.

m) Philostr. p. 26. Olear.

est, quod Amasidis Aegyptii regis cadaver cremari, contra patrium Persarum morem, iussisset. Herodot. III. 16. *Καμβύσης δὲ ἐπεὶ ἐσῆλθε ἐς τὰ τοῦ Ἀμάσιος οἰκία, αὐτίκα ἐκέλευε ἐκ τῆς ταφῆς τὸν Ἄμασιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω. Ὡς δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ἐγένετο, μαστιγοῦν τὸν νέκυν ἐκέλευε, καὶ τὰς τρίχας ἀποτίλλειν, καὶ κεντοῦν, καὶ τἄλλα πάντα λυμαίνεσθαι. Ἐπεί τε δὲ καὶ ταῦτα ἔκαμον ποιεῦντες· ὁ γὰρ δὴ νεκρὸς, ἅτε τεταριχευμένος, ἀντεῖχέ τε καὶ οὐδὲν διεχέετο· ἐκέλευσέ μιν ὁ Καμβύσης κατακαῦσαι, ἐντελλόμενος οὐχ ὅσια. Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ. Τὸ ὦν κατακαίειν τοὺς νεκροὺς, οὐδαμῶς ἐν νόμῳ οὐδετέροισί ἐστι, Πέρσῃσι μὲν, δι' ὅπερ εἴρηται, θεῷ οὐ δίκαιον εἶναι λέγουσι νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπου.* Inter argumenta librorum Ctesiae refertur a Photio x) caput hoc: *Καὶ περὶ τοῦ θάψαντος τὸν πατέρα διὰ τοῦ πυρὸς, παρὰ τὸν νόμον. Ἐξ οὗ καὶ ἔλεγχος Ἑλλανίκου καὶ Ἡροδότου, ὡς ψεύδονται.* Plura qui velit Brissonium adeat de regno Persico, II. 249.

[v. 1023. *ΟΡΑΙΣ ΤΟ ΛΟΙΠΟΝ ΤΟΔΕ ΤΑΣ ΕΜΑΣ ΣΤΟΛΑΣ.* Voces sonant, *viden' reliquias hasce meae pallae?* Potest haec sententia probari, si respicias v. 838. ad v. 840. etiam cohaeret cum sequentibus. Tamen Scholiastes intelligit ac si haberetur *τοῦ ἐμοῦ στόλου.* Contra nativam verborum vim, opinor. Subdit, *ἤτοι τὴν φαρέτραν τὴν ἀπολειφθεῖσαν ἀπὸ τῶν ἐμῶν ὅπλων.* Male: duo enim ostendit Xerxes, vestem et pharetram.]

[v. 1025. *ΟΙΣΤΟΔΕΓΜΟΝΑ.* Apollonius, Argonaut. I. 1194. *ὀϊστοδόκην φαρέτρην* dixit: Homerus, Odyss. *X'*. 3. *ἰῶν ἐμπλείην*, et Iliad. *O'*. 444. *ἰοδόκον*, ubi Scholiastes: *ἰοὺς δεχομένην, ὅ ἐστι βέλη.* Porro ostendit Xerxes pharetram sagittis vacuam, ut ipse orbis amicis. Ita Psalm. CXXVII. 5. *filii* comparantur *sagittis*, ad quem locum annotant Hebraei, *pharetram* pro *domo* poni.]

[v. 1027. *ΘΗΣΑΥΡΟΝ ΒΕΛΕΣΙ. Βελοθήκην.* Callim. Hymn. III. 82.

— *κοίλην τε καταχληΐδα βελέμνων.*

Nota vero, quod haud temere alibi y) thesaurus pro loculo, *i. e.* re continente, non contenta. Sic Plautus z) de *loco.* Ennius a), Iphig.

Acheruntem adibo, ubi mortis thesauri adiacent.

Etymolog. b) *Φαρέτρα, ἡ βελοθήκη· εἴρηται παρὰ τὸ φέρειν καὶ κομίζειν τὰ τιτρώσκοντα.*]

[v. 1033. *ΤΡΑΠΕΝΤΑ ΝΑΥΦΡΑΚΤΟΝ.* Schol. *Τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἄγγελος προεῖπε.* Immo Darius, v. 836.

---

x) Phot. Bibl. p. 129. Hoesch.
y) ut Liv. XXXIX, 50.
z) Plaut. Poen. III, 3, 12.
a) Enn. fragm. p. 216. Hess. (*obibo.*)
b) Etym. M. p. 787, 37.

— οὐδέ τί σε χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί.

Alia aetas alios, quod aiunt, *mores postulat. Νηπιάας ὀχέειν* est *νηπιοφροσύνας φέρειν*, id est, *νήπια*, noster *νέα φρονεῖν*, interprete Eustathio.[r])]

v. 793. *ΜΗΔΙΚΟΝ.* Ita et Herodoto bellum hoc *Medicum* dicitur, et Graeci passim Persas Medos vocant, et *μηδίζοντας* eos qui Persis studebant: cum enim invaluerit Persarum nomen, etiamsi Medorum exolevit, non tamen penitus desuevit, ut supra observatum est.

[v. 802. *ΠΑΥΡΟΙ ΓΕ ΠΟΛΛΩΝ.* Ex triginta myriadibus, exceptis quatuor cum quibus Artabazes aufugit, ne tria quidem hominum millia caedem evaserunt. Herodot. IX. 70. *Παρῆν τε τοῖσι Ἕλλησι φονεύειν οὕτω, ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ καταδεουσέων τεσσέρων, τὰς ἔχων Ἀρτάβαζος ἔφευγε, τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι.* Iuvenal. Sat. X. 185.

Sed qualis rediit? nempe una nave, cruentis
Fluctibus, et tarda per densa cadavera prora.]

[v. 807. *ΑΣΩΠΟΣ.* Agamemn. v. 305.

Ὑπερθοροῦσα πεδίον Ἀσωποῦ. ——

Etymolog.[rr]) *Ἀσωπός, ποταμὸς Βοιωτίας, πλησίον Θηβῶν· παρὰ τὴν ἄσιν τὸν ῥύπον, καὶ τὸ ὤψ ὠπός.* Huius fluvii fit mentio apud Callimachum Hymn. in Delum, v. 77.

— ὁ δ' ἵκετο πολλὸν ὄπισθεν
Ἀσωπὸς βαρύγουνος ἐπεὶ πεπάλαχτο χεραυνῷ.]

[v. 808. *ΦΙΛΟΝ ΠΑΣΜΑ ΒΟΙΩΤΩΝ ΧΘΟΝΙ.* Sic de Nilo Dionysius *ὁ Περιηγητής*, v. 227.

Ὕδασι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο.

Idem Virgilio, Aen. IX. 31.

— pingui flumine Nilus,

dicitur, qui Georg. IV. 291.

Viridem Aegyptum nigra fecundat arena.

Valer. Flacc. Argonaut. V. 424. *amnis pinguis.* De Asopo recte dictum hoc, ut qui per planitiem ferebatur qui est ante Thebas. Strabo, IX. p. 408. *Ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ Θηβῶν*]

v. 811. *ΟΥ ΘΕΩΝ ΒΡΕΤΗ ΗΔΟΥΝΤΟ ΣΥΛΛΙΝ.* [Haec sunt quae postea *νόμιμα τὰ πύργινα*, iura vel *instituta civilia* dicit, v. 861.] Themistocles apud Herodotum, VIII. 109. Ὅς, inquit de Xerxe, *τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα.* Hoc iure factum

---

r) Eustath. p. 1418, 60. rr) Et. M. 161, 44.

esse contendunt *οἱ περὶ μάγων γράψαντες*, testante Laertio in Prooem. segm. 9. *τὰ μέντοι ἀγάλματα εἰκότως καθαίρειν.* Ratio ex Herodoto petenda, I. 131. *Ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμιζαν τοὺς θεούς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, quod non censerent Deos humana forma praeditos esse* (ita potius intelligo quam cum interprete, *ex hominibus ortos*) *sicut Graeci.*

v. 812. *ΠΙΜΠΡΑΝΑΙ ΝΕΩΣ.* Persas Graecorum templa spoliasse et cremasse a Diodoro [s]) Siculo proditum est, VI. p. 230. De quibus etiam Isocrates in Panegyr. p. 105. *Οἱ δὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλῶν ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ καὶ καταυλίειν ἐτόλμησαν.* Unde Alexander apud Curtium [t]), III. 10. queritur, *Diis dedita templa ruinis et ignibus* (ab ipsis) *esse deleta*: unde et Cicero, II. in Verr. eos *Diis hominibusque bellum indixisse* ait. Qua vero ratione hoc factum velint ipsi Persae, ab eodem discimus, de Legib. II. 10. *Nec sequor*, inquit, *magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera.* Aliam tamen causam assignat Herodotus, V. 102. nempe quia Athenienses Sardibus ignem intulissent, et templum Cybeles indigenae Deae concremassent. *Καὶ Σάρδιες μέν*, inquit, *ἐνεπρήσθησαν, ἐν δὲ αὐτῇσι καὶ ἱρὸν ἐπιχωρίης θεοῦ Κυβήβης.*

[v. 813. *ΒΩΜΟΙ Δ' ΑΙΣΤΟΙ.* Prometh. v. 232.

—— ἀλλ' ἀστοισιν γένος
Τὸ πᾶν. ——

Vide sis quae illic allata.]

[v. 818. *ΠΕΛΑΝΟΣ.* Vir magnus Isaac. Casaubonus ad illud Theophrasti [u]) *περὶ λογοποιΐας, Καὶ πολὺν τὸν ζῶμον γεγονέναι* „Sic dixit Latinus," inquit, „comicus, Miles glorios. [x]) I. 1. fartum facere ex hostibus, translatione e culina itidem petita; unde et *μαγειρεύειν* manavit, quo veteres usi pro *occidere* teste B. Hieronymo. Affine est apud Euripidem [y]) in Rheso *πέλανος αἱματηρός*, libum vel placenta sanguinolenta, de strage magna hostium, et apud Aristophanem [z]) *περίχομμα ποιεῖν ἔκ τινος.*" Haec ille. Loquendi formula ex castrensi dicacitate petita est et iocum militarem resipit: nec multum abludunt in *Εἰρήνῃ* Aristophanea, v. 228. seqq. belli mortarium, pistillum, moretum ex populis factum contusis intritisque, ubi fingit *Μεγάρα* q. *κατατετριμμένα.*]

v. 820. *ΘΙΝΕΣ ΔΕ ΝΕΚΡΩΝ.* *Θίς*, auctore Eustathio [a]), Odyss. *Ψ'*. 5. *κατὰ τοὺς παλαιούς, ὄχθος, βουνός, ἄμμος.* Et

---

s) Diod. V, 68. t) Curt. III, 10, §. 9. (*deum templa ruinis —,*)
u) Theophr. Char. VIII. (XXIV.) x) I, 1, 8.
y) Eur. Rhes. 430. z) Aristoph. Equit. 372.
a) Eustath. p. 1453, 62.

omnium prima sine dubio notatio illa est, qua *βουνόν*, seu potius *σωρόν*, *acervum* scilicet seu simpliciter *cumulum*, denotat. Moschopulus, *Θὶν, ὁ αἰγιαλός· ὃ καὶ θὶς λέγεται, καὶ ὁ σωρός.* Circe Sirenas in hunc modum Ulyssi describit, Odyss. *M'*. 44.

Ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ
Ἥμεναι ἐν λειμῶνι· πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς
Ἀνδρῶν πυθομένων.

Vetus Scholiastes, *Θὶς, σωρός* et Hesychius, optimus Homeri interpres, hunc ipsum locum in animo habens, *Θὶς, ὀστέων σωρός.* Quod Synesio *θημών* in Calvitii encomio, ubi de ingenti Persarum et Aegyptiorum strage agit, quam Herodotus in Thalia retulit: *Καὶ νῦν εἰσι δύο θημῶνες ὀστέων, ὁ μὲν Αἰγυπτίων, ὁ δὲ Μήδων.* Quae omnia ab Aeschylo nostro non multum abludunt. Porro *τὸ θῖνες νεκρῶν* multitudinem innumeram cadaverum alia quadam ratione innuere videtur. *Θίς* enim proprie de arenis dicitur, ut apud Diod. Sic. [b]) III. p. 124. *ἀερίου θῖνες ἄμμου* et Herodot. III. 26. qui prandentem Cambysis exercitum perdidisse Austrum refert, scilicet *φορέοντα θῖνας τῆς ψάμμου καταχῶσαι σφέας*, ubi eodem plane modo de arenis, quo ante de cadaveribus et ossibus, usurpatur. *Ὥσπερ δὲ θὶς ὀστέων, οὕτω καὶ ἄμμων καὶ ἑτέρων τινῶν*, inquit Eustathius [c]), Odyss. *M'*. 45. Inde *θίς* etiam per se sumpta tumulum arenarum significat, ut doctissimus Apollonii Scholiastes ad haec poetae verba notavit, Argonaut. IV. 1384.

Λιβύης ἀνὰ θῖνας ἐρήμους
Νῆα μεταχθονίην, ὅσσα τ' ἔνδοθι νηὸς ἄγεσθε.

Θῖνας, inquit, *τοὺς τῆς ψάμμου σωροὺς.* Quae expositio apud generalem omnium poetarum Scholiastem extat, sed nescio quo vento in alienum locum devoluta: apud Hesychium enim legimus, *Θλαδίαι· εὐνασῦχοι, καὶ οἱ τῆς ψάμμου σωροί.* Qui eundem Apollonii locum, et Libyae arenarum tumulos respexit. *Τῆς εἰς μεσόγειον ἀνηκούσης γῆς ἐχούσης ἐπὶ τὸ μῆκος ἀθρόους θῖνας*, ut Diodorus loquitur. Sed verba Hesychii adeo manifeste erant loco suo mota, ut etiam Favorinus, qui alioquin errores Hesychii typographicos fidelissime exprimere solet, in voce laudata ea omittat, et peculiari voci loco suo restituat: *Θῖνας τοὺς τῆς ψάμμου σωροὺς λέγουσι.* Quin statim *Θλάναι, ἀποθανεῖν*, retinet, cum quivis non plane caecus videat legendum *θνῆναι*, quod idem cum *τεθνάναι.* Sed qui errorem Hesychii perspexit, a Suida alium hausit, vel potius ipse fecit: *Θλαδίας, εὐνοῦχος. Ὑποβάλλει τοίνυν ὁ θλαδίας τὴν γυναικωνίτην φάλαγγα.* Ita ille ex Suida; apud quem ὁ *θλαδίας* non est: sed Favorinus, qui sine dubio non observavit morem, quem ob-

---

b) Diod. III, 44. (*ἄμμοι.*)

c) Eustath. p. 1710, 16.

servat Suidas, qui in lexico suo solet historiam aliquam referre, quae ad rem de quo agitur pertineat; cum in tota ea historia bene longa vox θλαδίας non extet, et casus rectus in ipso initio historiae desit, putavit ὁ θλαδίας illic esse inserendum. Hoc itaque volo, apud Hesychium verba illa quae τῷ θλαδίαι attribuuntur, pertinuisse ad vocem θῖνες, et inde incuria librariorum loco suo dimota, et alieno plane inserta, quod alibi etiam fieri solet. Ita Etymolog. d) *Γαλῶνες· χρῶμά ἵππων τὸ ὀνοειδές. Τὰ περιφράγματα, Φοίνικες.* Prior expositio ad rem facit, posterior plane aliena est, et ad *γάδειρα* pertinet. Quin imo uti primo arenae iuncta, mox etiam sine ea, seu per se sumpta, tumulum arenae τὸ θίς denotat, ita tandem etiam *arenam* ipsam seu *sabulum* simpliciter significat; unde fluminis Bagadra ostium Polybius dd) *ἀποθινούμενον*, id est, *sabulo oppletum*, dixit: quemadmodum Pausanias in Eliacis, c. 5. Anigri fluminis ostium violentioribus ventis occlusum pene obstructumque notat, qui *φορούντες κατ' αὐτὸν τὴν θῖνα ἐκ τοῦ πελάγους ἐπέχουσι τοῦ πρόσω τὸ ὕδωρ.* Ubi perquam opportune mihi occurrit vulgata Strabonis lectio, ab importuna viri doctissimi correctione vindicanda. Quippe geographus, VIII. p. 346. de eodem flumine agens, haec habet: *Ὑποδέχεται δὲ τὸ πλεῖστον τοῦ ὕδατος ὁ Ἄνιγρος βαθὺς καὶ ὑπτιος ὤν, ὥστε λιμνάζειν· θινώδης δὲ ἂν ὁ τόπος ἐξ εἴκοσι σταδίων βαθεῖαν ὄχθην παρέχει.* Ad quae verba commentator: *Ego vero puto legendum βυρσῖαν ὄχθην παρέχει, quae, nisi vehementissime fallor, vera lectio est.* Et vehementissime quidem fallitur vir incomparabilis: optime enim omnia veteri lectione servata constant. Anigrus, inquit, tantum aquae copiam e palustri loco excipit, ut extra alveum fluat, effusoque flumine stagnet; et quia locus circa fluvium undique *θινώδης* esset, seu arena abundaret, ideo ripam seu adiacentem terram etiam ad viginti stadia profundam habet, quousque scilicet aqua stagnans in arenae cumulos effusa sabulo commiscetur. Et haec ipsa interpretatio ab illo quem adduximus Pausaniae loco extra controversiam ponitur, qui arenam hanc partim ad ripam fluminis natura loci positam, partim a littore maris viventi effusam docet: *Ὁπότε οὖν*, inquit, *ἀμφοτέρωθεν ἡ ψάμμος ὑπό τε τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ ἐντὸς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ διάβροχος γίνεται* (fieri autem hoc Strabo ostendit propter ingentem aquae vim ex fonte prope Anagriadum Nympharum antrum profluentem), *ἐνταῦθα καὶ ὑποζυγίοις καὶ ἀνδρὶ ἔτι μᾶλλον εὐζώνῳ καταδῦναι κίνδυνός ἐστιν ἐς αὐτήν.* Ex quibus verbis videmus, quid sit *βαθεῖα* Strabonis *ὄχθη*, idem scilicet quod Pausaniae *ψάμμος διάβροχος*, *arena aquis irrigata*, sive sabulum fluvio stagnante adeo alte madefactum, ut periculum fuerit, ne homines iu-

d) Etym. M. 220, 32.

dd) Polyb. 1, 75.

dis regibus accipienda puto vaticinia illa prophetarum contra Babylonem. Isa. XIII. 17. *Excito contra istos Medum.* XXI. 2. *Ascende Elam, obside Madai.* Elam est Persis, et coniungitur cum Media; ut et XXII. 6. *Elam sumpsit pharetram, et Kir eduxit clypeum* (Kir est Media, 2 Reg. XVI. 9.): etiam Ierem. XXV. 25. *Regibus Elam et regibus Mediae*, idem fatum. De hoc regno intelligendum illud, Ier. XVIII. 38, 39. *Ponam solium meum in Elam* i. e. solium regum a me electorum ad perdendam Babylonem, et *reducendos captivos Elam*, sive Iudaeos in Perside exulantes. Praedictum hoc fuit initio regni Zedechiae, ver. 34. unde colligi potest regnum hoc etiam regnante Cyaxare extitisse. Cui astipulari videtur Hieronymus, in Epitaph. Fabiolae, referens *Scythas sub Dario, rege Medorum, orientem tenuisse captivum*: et Suidas, in Θαλῆς, qui *Thaletem sub Dario solis eclipsin praedixisse* refert: utraque autem in Cyaxaris tempus confert Herodotus. Non frustra sunt Iudaei, qui in hac prophetia duos reges innui putant, Darium Medum et Cyrum. Neque sine causa; nam II. 11. *Suscitavit Dominus spiritum regum Medorum;* et ver. 28. *Expedite in eam reges Mediae.* Non ab uno rege, non uno tempore implotae sunt diræ in Chaldaeos. Dan. VIII. 3. 20. *Arietis* (i. e. *regnum Medo-Persarum*) *duo cornua, unum altius altero: quod altius* (Cyrus) *ascendit posterius*, i. e. post Darium. Primum Susa capta sunt a Medo, ut ex Aeschylo didicimus, et Chaldaei tota Susiana multati sunt: quod non obscure etiam indicat propheta, ver. 31. *Cursor occurret cursori, nuntius occurret nuntio, ad narrandum regi Babylonis captam esse urbem eius a fine*, vel *ab extremitate*, i. e. extremam, vel in confinio regni positam: Ver. 32. *Et transitus occupatus est, et paludes combusserunt igne. Transitum* appellat castrum Susianum, quod erat orientale regni Babylonici propugnaculum: *paludem* autem sive *arundinem* appellat, quia stabat in aqua. *Susianen*, inquit Plinius [f]), *ab Elymaide disterminat amnis Eulaeus;.... circuit arcem Susorum.* Daniel itidem, VIII. 2. *Castrum in Susis* (ubi reges Medo-Persidis arietantes vidit) collocat super *Eulaei portam*, ver. 2. vel *paludem*, ver. 3. ut est in Vulgata: utrobique enim eadem est vox Ebraica. Porro illius victoriae eventum indicat Ieremias, II. 30. *Cessaverunt fortes Babylonis a praelio, habitaverunt in praesidiis, defecit eorum fortitudo*, (pavidi) *sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, fracti sunt vectes eius. Vectes* sunt portae, quas diximus, regni: *Praesidia* sunt Euphratis loca a Nitocride munita, quae (Herod. I. 185.) εἰργάζετο τῆς χώρης τῇ αἱ τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα: *quaecunque erat*

---

f) Plin. Nat. Hist. VI, c. 27.

regio ad invadendum opportuna, et compendiaria ex Medis via, hanc interscpsit, ne Medi commercio ipsius negotia cognoscerent. Temporis diversitatem, quo Susa primum, dein Babylon capta fuit, ostendit, ver. 33. *Filia Babylonis quasi area; venit tempus triturae eius: adhuc modicum, et veniet tempus messionis ei* (Babyloni). De Susis loquitur historice, tanquam de praeterito; de Babylone prophetice. Neque aliter forsan paulo post, ver. 41. *Quemadmodum capta est Sesach, etiam comprehendenda est inclyta universae terrae,* urbs Babylon. Sesach, vel potius Susach, (addito tertio puncto ut fiat kibbuts, hic, et XXV. 26.) videtur idem esse, diversa dialecto, quod Danieli VIII. 2. Susan: non ipsa Babylon, sed filia Babylonis; nempe Susa urbs Babyloniae secunda, a Medo excisa, a filio restaurata, ubi οἱ Πέρσαι κρατήσαντες Μήδων καὶ ὁ Κῦρος ἔθεντο τὸ τῆς ἡγεμονίας βασίλειον, Strab. XV. p. 727. Paulatim deinceps inolescere Persarum nomen, Medorum exolescere coepit: veruntamen non prorsus desuevit; nam Herodoto bellum Xerxis *Medicum* vocatur, et Graeci passim Persas *Medos* dicunt, et μηδίζοντας eos qui Persis studebant. Isthaec Ieremias. Ezekiel itidem *Elam* meminit, XXXII. 24. etiam, utpote Ieremia aliquanto iunior, *Para*, XXVII. 10. et XXXVIII. 5. Madai autem nuspiam meminit. Sed Danieli frequens est Medo-Persarum mentio: scilicet Daniel non tantum sub Babylonico, sed etiam sub Medo-Persico imperio vixit. A Nabuchodonosoro primum praepositus fuit magis Chaldaeis, dein *portae regis*, II. 49. quae erat telonium, ni fallor, Susianum, *ad portam Eulaei.* Susa a Medo capta sunt teste Aeschylo. Sic *fractum est regnum* Chaldaicum, *et datum Medo-Persis*, Dan. v. 28. pars Dario, pars deinceps Cyro. *Darius Danielem ad sese perduxit in Mediam*: ibi evenerunt ea quae narrantur cap. VI. teste Iosepho, X. 12. p. 862. Illius regni triumvir factus est, Dan. VI. ult. *Et floruit Daniel sub regno Darii, et sub regno Cyri Persae.* Restauratis suis, quum iam essent Persidis metropolis, visa ibi divinitus oblata sunt Danieli. *Eram*, inquit ipse, Dan. VIII. 2. *Susis, in regione Elam.* Videntur itaque Susa, olim Babylonicae ditionis, tunc temporis Medo-Persiae regi subiecta fuisse. Antea distinctae erant gentes *Susancaei* et *Elymaei*, ut in coloniae Samaritanae censu apparet, Esdr. IV. 9. postea Susa Persidi accensentur a Daniele, a Strabone, XV. p. 727. a Beniamino Tudilensi, in Itiner. Erat annus visionis istius Balthasari caede insignis, in quo, post visionem, Daniel Babylonem adventasse videtur. Erat enim *in regno* Babylonico, Dan. v. 11. imo in ipsa urbe. Nam *in illa nocte* (ver. 30.), qua *Balthasar, rex Chaldaeorum, occisus est* (ver. 12.), *Daniel accersitus est, et* (ver. 13.) *adductus coram rege.* De Susis accersitum vix credas: *distabant* enim *Susa a Tigri* (ad quem Babylon)

ducentis decem stadiis, Herod. VI.[a]) vel *uniús diei itinere*, Diodor.[b]) XIX. Inde forsan evenit, ut visio ista, licet in Elymaide contigerat, Babylonici regis anno notetur a Daniele, VIII. 1. Denique Susis sepultum fuisse Danielem testatur Beniaminus Tudilensis, Itiner. p. 152. Vidimus quo pacto *Darius filius Assueri de semine Medorum ἐβασιλεύθη ὑπὲρ ἀρχῆς Χαλδαίων, regnavit super regnum Chaldaeorum*, Dan. IX. 1. quomodo Babylonicae ditionis territorio Susiano potitus est. Quod autem *Darius Medus suscepisse regnum* dicitur, Dan. v. ult., id de Medo-Persico, non de Babylonico regno, nec de regni inauguratione, sed de rationibus fisci constituendis intelligendum puto. Nullum est uspiam, nec in sacris nec in exteris scriptoribus, Darii Medi Babylone regnantis vestigium. Nam successionis argumentum ex dicto Danielis loco petitum, ideo quod in proxime praecedentibus de caede Balthasari scripserat, omnino nullum est: nec quicquam vel successionis vel electionis sapiunt verba ista. Simili argumento Balthasar Cyro successisse dicatur, quia *regnum Cyri Persae* claudit cap. VI. et cap. VII. incipit ab *anno primo Balthasari*. Rectius verba ista, in editione Iunii, capiti sexto praefiguntur: sequentis illic historiae introductio struitur, non conclusio praecedentis. *Vau* hic non est copulativum, sed exordii nota; ut in principio Ezechielis et libri Ruth. Duae sunt istius libri partes; priora sex capita sunt historica, posteriora sex prophetica: utrobique Daniel quid sibi contigerat, primum sub regibus Babyloniis, deinde quid sub Medo-Persicis, tradit. In hoc loco narratis rebus Babylonicis, transit ad Medo-Persicas. *Darius*, inquit, VI. 1. *Medus susceperat regnum* Medo-Persidis; et cum esset aetate provectus, nimirum *septuaginta duo annos natus* (v. 2.) *placuit Dario centum et viginti praefectos*, sive procuratores regis, *constitui per totum regnum*. Ver. 3. *Supra istos autem tres tribunos* aerarii, *quorum Daniel primus, quibus procuratores rationem reddituri essent, ne rex damnum pateretur*. Invidia moti reliqui, accusationem contra Danielem frustra quaerebant, ver. 5. *propterea quod fidus esset, et nullus error aut vitium inveniretur in eo*, dum rationes regni ab ipsis procuratoribus ex auctoritate regis exigeret. Illi itaque *interdictum* impetrant a Dario *secundum ius Medo-Persarum*. Ver. 29. *Daniel autem*, a leonibus illaesus, *prospere egit in regno Darii, et in regno Cyri Persae*. Secundi Medo-Persarum regis idcirco forsan non meminit Daniel, quod nulla sub eo contigisset visio. Neque est versimile Dario, bellicosissimo regi LXII. aetatis annum fuisse regni sui primum. Vectigalia ampliavit senex, imperium iuvenis. Sed nec iste primus Darii annus, quo Danieli praedictus est hebdomadarum numerus, intelligi videtur ne-

---

a) Herod. V, 52.

b) Diod. XIX, 17. cf. XVII, 67.

τὰ πλάτος de tempore, quo regnare coeperat; sed ad illud tempus restringitur, quo regnare coeperat *super regnum Chaldaeorum;* quod Susis occupatis primum contigisse ostendimus."

Hactenus vir doctissimus; cui in omnibus assentior, praeterquam in quibus ille Scaligero: nec enim versum

Τὸ δ' ἄστυ Σούσων ἐξεκείνωσεν πεσὸν,

loco suo motum esse censeo; neque, si in alio reponeretur, sensum illum commode posse erui, quem velit literarum princeps, nempe: *Susa a Kyaxare vastata, a filio Astyage in integrum restituta,* praesertim cum ex ipsius sententia τόδ' ἔργον ἤνυσε respondeat τῷ ἄστυ ἐξεκείνωσεν.

v. 768. *ΑΛΛΟΣ Δ' ΕΚΕΙΝΟΥ ΠΑΙΣ ΤΟΔ' ΕΡΓΟΝ ΗΝΥΣΕ.* Dicit, regnum Persicum, ab Astyage Medo inchoatum, a Cyaxare eius filio, qui et ipse Medus, ἄλλος, stabilitum fuisse. Quod etiam ex iis, quae ab aliis narrantur, colligere est. Cyaxaris filiam unicam et haeredem duxit Cyrus: qui cum esset Babylone, ad nationes in ditionem redactas misit satrapas, Xenoph. i) Instit. VIII. p. 160. eas regiones ad Cyaxaris ditionem se adiecisse professus, idem V. k) p. 115.

[Ibid. *ΤΟΔ' ΕΡΓΟΝ ΗΝΥΣΕ.* Supra, v. 728.

Ὡς ἰδεῖν τέλος πάρεστιν οἷον ἤνυσεν κακόν.]

v. 769. *ΦΡΕΝΕΣ ΓΑΡ ΑΥΤΟΥ ΘΥΜΟΝ ΟΙΑΚΟΣΤΡΟΦΟΥΝ.* [Agam. v. 811.

Οὐδ' εὖ παπίδων οἴακα νέμων,

ad quem locum plura. Porro θυμός est animi prima sine ratione voluntas, a θύειν, ὁρμᾶν: φρένες, animi repetiti actus, discursus, iudicium, ratio, unde φρονεῖν.] Negligenter egit Scholiastes, qui hoc de Artaphrene dictum putat; Ἀρταφρένης γὰρ, inquit, ἐξ ἐτυμολογίας λέγεται ὁ τὰς φρένας ἔχων ἀρτίας. Ut taceam quam inepte vocabulum Persicum ad etymologiam Graecam detorqueat. Ἀρτ quod ab ἄρτιον deducit ille, Persice ארת significat *fortis.*

v. 770. *ΤΡΙΤΟΣ Δ' ΑΠ' ΑΥΤΟΥ ΚΥΡΟΣ.* Cyrus Aeschylo tertius, Persarum rex primus vulgo creditur, eo forsan nomine, quod primus is fuerit Persa, qui Persis imperavit. Priores duo reges natione Medi; reliqui omnes Persae: unde paulatim ipsa regio *Media* et *Perso-Media* appellari desiit, et Medorum nomina tandem fuerunt abolita.

[Ibid. *ΕΥΔΑΙΜΩΝ ΑΝΗΡ.* Iustinus, I. 8. *Cyrus regnavit triginta annos, non initio tantum regni, sed continuo totius temporis successu, admirabiliter insignis.*]

---

i) Xen. Cyrop. VIII, 6, 1. k) V, 5, 24.

[v. 774. *ΘΕΟΣ ΓΑΡ ΟΥΚ ΗΧΘΗΡΕΝ. Non negavit.* Plin. [nat. hist.] XV. 2. *Natura oleum invidit Africae.*]

v. 775. *ΚΥΡΟΥ ΔΕ ΠΑΙΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΙΘΥΝΕ ΣΤΡΑΤΟΝ.* Secundum in serie Persica locum obtinet Cambyses, qui et primus fuit Persarum rex, parente utroque Persa genitus. A Cyro usque ad Darium, sub quo dirutum est, imperium Persicum ipsorum Persarum de manibus non excidit, nec ad Medos unquam reversum est: quod ne reverteretur, obnixe curavit Cambyses: is quippe moriturus, ut narratur Herodoto, III. 65., Achaemenidas oravit, ne imperium ad Medos iterum transire paterentur. *Τούτου δέ*, inquit, *μηκέτι ἐόντος, δεύτερα τῶν λοιπῶν ὑμῖν, ὦ Πέρσαι, γίνεταί μοι ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι, τὰ θέλω μοι γενέσθαι, τελευτῶν τὸν βίον. Καὶ δὴ ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς τοὺς βασιληΐους ἐπικαλέων, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, καὶ μάλιστα Ἀχαιμενιδέων τοῖσι παρεοῦσι, μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν· ἀλλ' εἴτε δόλῳ ἔχουσιν αὐτὴν κτησάμενοι, δόλῳ ὑπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων· εἴτε καὶ σθένεΐ τῳ κατεργασάμενοι, σθένεϊ κατὰ τὸ χάρτερον ἀνασώσασθαι.*

v. 776. *ΠΕΜΠΤΟΣ ΔΕ ΜΑΡΔΟΣ ΗΡΞΕΝ. Mardus* Aeschylo magus ille dicitur, qui post mortem Cambysis regnum iniit. Herodoto [l]) *Smerdis*, Ctesiae [m]) *Sphendadates*, Trogo [n]) *Oropastes.*

[v. 778. *ΕΝ ΔΟΜΟΙΣ.* In cubiculo suo. Vide Ctesiae lib. XII. fragm. apud Photium [o]) Bibliothec.]

v. 779. *ΞΥΝ ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΦΙΛΟΙΣΙΝ.* Horum septem nomina apud Ctesiam sunt, c. 14. *Onophas, Idernes, Nerodobates, Mardonius, Barises, Artaphernes, Darius:* apud Herodotum, III. 70. *Otanes, Hydarnes, Megabyzus, Gobrias, Aspathines, Intaphernes, Darius.*

Ibid. *ΟΙΣ ΤΟΔ' ΗΝ ΧΡΕΟΣ.* Pindarus [p]), Olymp. I. 70.

Ἦλθε καὶ Γανυμήδης
Ζηνὶ τωῦτ' ἐπὶ χρέος.

[Noster Sept. contra Theb. v. 20.

—— *ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος τόδε.*

Hesych. *Χρέως· χρήος* (recte Sopingerus *χρέος*) *ὄφλημα.*]

v. 780. *ΕΚΤΟΣ ΔΕ ΜΑΡΑΦΙΣ.* Idem videtur qui Ctesiae *Mardonius*, e septem Persis qui magum oppresserunt unus. Narrat Herodot. III. 80. post caedem magorum illos de forma reipublicae constituenda deliberasse, Darii sententiam de principatu uni deferendo devicisse, cui tandem equisonis sui astutia regnum addictum esse. Quin de hac narratione ut dubitemus ansam praebet vel ipse Herodotus, tum vero ma-

---

l) Her. III, 61. 69.
m) Ctes. Pers. 15. p. 24. Lion.
n) Iustin. I, 9.
o) Phot. Bibl. p. 38. a. 25. Bekk.
p) Pind. Ol. I, 44. Bkh.

xime, ubi coniuratorum privilegia recenset. Concessum est Otani speciatim, ut nec ipse nec posterorum ullus regi subesset; omnibus vero in commune, ut unicuique ad regem sine internuncio introire liceret; et ut tiaram rectam gestarent, quod, ut monuimus ad v. 664., solis regibus peculiare fuit. Accedit quod a Valerio Maximo q), IX. 2. alios auctores secuto, nec enim Herodoto assentiuntur omnes, proditur, sex reliquos coniuratos, Dario *onerosos* iam factos, ab ipso tandem sublatos. Hinc, inquam, magna mihi orta est suspicio, quod non statim post interfectum magum Darius regnum exceperit, sed quod e caeteris coniuratis nonnulli ante Darium regnum occuparint; quibus ille e medio sublatis imperio demum potitus est. Duos sane inter reges Persicos numerat Aeschylus noster, cui in hac re non minima debetur fides, Maraphin et Artaphrenem.

Ibid. *ΕΒΔΟΜΟΣ Τ' ΑΡΤΑΦΡΕΝΗΣ.* Quem auctorem necis Mardi in praecedentibus celebrat, ac si coniuratorum praecipuus fuisset, seu magum propria manu interfecisset. Caeterum *Artaphrenes* hic Ctesiae *Artaphernes* dictus est, Herodoto *Intaphernes*, Hellanico qq), ut ex Scholiaste discimus, *Daphernes*. Intaphernem hunc cum filiis suis a Dario interemptum prodit Herodotus, III. 118. ea forsan ratione, ut ipse solus imperio frueretur.

[v. 781. *ΚΑΓΩ Δ' ΕΚΥΡΣΑ.* Septimus numeratur Platoni, Leg. III. p. 695. *Ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος, διείλετο, ἑπτὰ μέρη τεμόμενος, ὧν καὶ νῦν ἔτι σμικρὰ ὀνείρατα λέλειπται.* Marmor Arundelianum, L. 59. *Ἀφ' οὗ Δαρεῖος Περσικὸς ἐβασίλευσε, μάγου τελευτήσαντος, ἔτη ΗΗ|Δ|ΙΙΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι..... A quo Darius in Persia regnavit, mago occiso, anni CCLIII, archonte Athenis.....* Ad quae verba D. Humphridus Prideaux: „Quod ad initium Darii filii Hystaspis attinet, Chronico Marmoreo relatum anno 253. ante citimam epocham, ac 545. ante evangelium, quanquam non est dubium, coepisse eum regnare octennio post mortem Cyri, ac septimestri post mortem Cambysis, quadriennio ante hoc tempus: absoluto tamen imperio hoc demum tempore, capta Babylone occisoque reliquo mago potitum esse, ut dudum annotavimus, suffragatur etiam auctor quem secutus Otho Frisingensis, II. 16. scribens, magos regnasse post Cambysem annis tribus et mensibus septem." Haec ille.]

[v. 783. *ΑΑΛ' ΟΥ ΚΑΚΟΝ.* Alludere videtur ad modicam illam cladem, quam ipse a Graecis acceperit.]

[v. 784. *ΩΝ ΝΕΟΣ ΝΕΑ ΦΡΟΝΕΙ.* Homerus, Odyss. *Α.* 296.

---

q) IX, 2. ext. §. 6. qq) Hellan. Fragm. CXXXIII. a. p. 159. Sturz.

— οὐδέ τί σε χρὴ
Νηπιάας ὀχέειν ἐπεὶ οὐκ ἔτι τηλίκος ἐσσί.

Alia aetas alios, quod aiunt, *mores postulat. Νηπιάας ὀχέειν* est *νηπιοφροσύνας φέρειν*, id est, *νήπια*, noster *νέα φρονεῖν*, interprete Eustathio.[r])]

v. 793. *ΜΗΔΙΚΟΝ.* Ita et Herodoto bellum hoc *Medicum* dicitur, et Graeci passim Persas Medos vocant, et *μηδίζοντας* eos qui Persis studebant: cum enim invaluerit Persarum nomen, etiamsi Medorum exolevit, non tamen penitus desuevit, ut supra observatum est.

[v. 802. *ΠΑΥΡΟΙ ΓΕ ΠΟΛΛΩΝ.* Ex triginta myriadibus, exceptis quatuor cum quibus Artabazes aufugit, ne tria quidem hominum millia caedem evaserunt. Herodot. IX. 70. *Παρῆν τε τοῖσι Ἕλλησι φονεύειν οὕτω, ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ καταδεουσέων τεσσέρων, τὰς ἔχων Ἀρτάβαζος ἔφευγε, τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι.* Iuvenal. Sat. X. 185.

Sed qualis rediit? nempe una nave, cruentis
Fluctibus, et tarda per densa cadavera prora.]

[v. 807. *ΑΣΩΠΟΣ.* Agamemn. v. 305.

Ὑπερθοροῖσα πεδίον Ἀσωποῦ. —

Etymolog.[rr]) *Ἀσωπός, ποταμὸς Βοιωτίας, πλησίον Θηβῶν· παρὰ τὴν ἄσιν τὸν ῥύπον, καὶ τὸ ὤψ ὠπός.* Huius fluvii fit mentio apud Callimachum Hymn. in Delum, v. 77.

— ὁ δ' εἶπετο πολλὸν ὄπισθεν
Ἀσωπὸς βαρύγουνος ἐπεὶ πεπάλαχτο χεραυνῷ.]

[v. 808. *ΦΙΛΟΝ ΠΑΣΜΑ ΒΟΙΩΤΩΝ ΧΘΟΝΙ.* Sic de Nilo Dionysius *ὁ Περιηγητής*, v. 227.

Ὕδασι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο.

Idem Virgilio, Aen. IX. 31.

— pingui flumine Nilus,

dicitur, qui Georg. IV. 291.

Viridem Aegyptum nigra fecundat arena.

Valer. Flacc. Argonaut. V. 424. *amnis pinguis.* De Asopo recte dictum hoc, ut qui per planitiem ferebatur qui est ante Thebas. Strabo, IX. p. 408. *Ὁ γὰρ Ἀσωπὸς καὶ ὁ Ἰσμηνὸς διὰ τοῦ πεδίου ῥέουσι τοῦ πρὸ Θηβῶν*]

v. 811. *ΟΥ ΘΕΩΝ ΒΡΕΤΗ ΗΔΟΥΝΤΟ ΣΥΛΛΙΝ.* [Haec sunt quae postea *νόμιμα τὰ πύργινα*, *iura* vel *instituta civilia* dicit, v. 861.] Themistocles apud Herodotum, VIII. 109. *Ὅς*, inquit de Xerxe, *τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπρά τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα.* Hoc iure factum

---

r) Eustath. p. 1418, 60. rr) Et. M. 161, 44.

esse contendunt οἱ περὶ μάγων γράψαντες, testante Laertio in Prooem. segm. 9. τὰ μέντοι ἀγάλματα εἰκότως καθαίρειν. Ratio ex Herodoto petenda, I. 131. Ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεούς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, *quod non censerent Deos humana forma praeditos esse* (ita potius intelligo quam cum interprete, *ex hominibus ortos*) *sicut Graeci.*

v. 812. *ΠΙΜΠΡΑΝΑΙ ΝΕΩΣ.* Persas Graecorum templa spoliasse et cremasse a Diodoro [s]) Siculo proditum est, VI. p. 230. De quibus etiam Isocrates in Panegyr. p. 105. Οἳ δὲ καὶ τὰ τῶν θεῶν ἕδη καὶ τοὺς νεὼς συλῶν ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ καὶ κατακαίειν ἐτόλμησαν. Unde Alexander apud Curtium [t]), III. 10. queritur, *Diis dedita templa ruinis et ignibus* (ab ipsis) *esse deleta*: unde et Cicero, II. in Verr. eos *Diis hominibusque bellum indixisse* ait. Qua vero ratione hoc factum velint ipsi Persae, ab eodem discimus, de Legib. II. 10. *Nec sequor,* inquit, *magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia et libera.* Aliam tamen causam assignat Herodotus, V. 102. nempe quia Athenienses Sardibus ignem intulissent, et templum Cybeles indigenae Deae concremassent. Καὶ Σάρδιες μέν, inquit, ἐνεπρήσθησαν, ἐν δὲ αὐτῇσι καὶ ἱρὸν ἐπιχωρίης θεοῦ Κυβήβης.

[v. 813. *ΒΩΜΟΙ Δ' ΑΙΣΤΟΙ.* Prometh. v. 232.

— ἀλλ' ἀΐστωσας γένος
Τὸ πᾶν. —

Vide sis quae illic allata.]

[v. 818. *ΠΕΛΑΝΟΣ.* Vir magnus Isaac. Casaubonus ad illud Theophrasti [u]) περὶ λογοποιΐας, Καὶ πολὺν τὸν ζῶμον γεγονέναι „Sic dixit Latinus," inquit, „comicus, Miles glorios. [x]) I. 1. fartum facere ex hostibus, translatione e culina itidem petita; unde et μαγειρεύειν manavit, quo veteres usi pro *occidere* teste B. Hieronymo. Affine est apud Euripidem [y]) in Rheso πέλανος αἱματηρός, libum vel placenta sanguinolenta, de strage magna hostium, et apud Aristophanem [z]) περίκομμα ποιεῖν ἔκ τινος." Haec ille. Loquendi formula ex castrensi dicacitate petita est et iocum militarem resipit: nec multum abludunt in Εἰρήνῃ Aristophanea, v. 228. seqq. belli mortarium, pistillum, moretum ex populis factum contusis intritisque, ubi fingit Μεγάρα q. κατακεκιττωτευμένα.]

v. 820. *ΘΙΝΕΣ ΔΕ ΝΕΚΡΩΝ.* Θίς, auctore Eustathio [a]), Odyss. Ψ'. 5. κατὰ τοὺς παλαιούς, ὄχθος, βουνός, ἄμμος. Et

---

s) Diod. V, 68. t) Curt. III, 10, §. 9. (*deum templa ruinis—,*)
u) Theophr. Char. VIII. (XXIV.) x) I, 1, 8.
y) Eur. Rhes. 430. z) Aristoph. Equit. 372.
a) Eustath. p. 1453, 62.

omnium prima sine dubio notatio illa est, qua βουνόν, seu potius σωρόν, *acervum* scilicet seu simpliciter *cumulum*, denotat. Moschopulus, Θὶν, ὁ αἰγιαλός· ὃ καὶ θὶς λέγεται, καὶ ὁ σωρός. Circe Sirenas in hunc modum Ulyssi describit, Odyss. M'. 44.

Ἀλλά τε Σειρῆνες λιγυρῇ θέλγουσιν ἀοιδῇ
Ἥμεναι ἐν λειμῶνι· πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς
Ἀνδρῶν πυθομένων.

Vetus Scholiastes, Θὶς, σωρός et Hesychius, optimus Homeri interpres, hunc ipsum locum in animo habens, Θὶς, ὀστέων σωρός. Quod Synesio θημών in Calvitii encomio, ubi de ingenti Persarum et Aegyptiorum strage agit, quam Herodotus in Thalia retulit: Καὶ νῦν εἰσι δύο θημῶνες ὀστέων, ὁ μὲν Αἰγυπτίων, ὁ δὲ Μήδων. Quae omnia ab Aeschylo nostro non multum abludunt. Porro τὸ θῖνες νεκρῶν multitudinem innumeram cadaverum alia quadam ratione innuere videtur. Θίς enim proprie de arenis dicitur, ut apud Diod. Sic. [b]) III. p. 124. ἀερίου θῖνες ἄμμου et Herodot. III. 26. qui prandentem Cambysis exercitum perdidisse Austrum refert, scilicet φορέοντα θῖνας τῆς ψάμμου καταχώσαι σφέας, ubi eodem plane modo de arenis, quo ante de cadaveribus et ossibus, usurpatur. Ὥσπερ δὲ θὶς ὀστέων, οὕτω καὶ ἄμμων καὶ ἑτέρων τινῶν, inquit Eustathius [c]), Odyss. M'. 45. Inde θίς etiam per se sumpta tumulum arenarum significat, ut doctissimus Apollonii Scholiastes ad haec poetae verba notavit, Argonaut. IV. 1384.

Λιβύης ἀνὰ θῖνας ἐρήμους
Νῆα μεταχθονίην, ὅσσα τ' ἔνδοθι νηὸς ἄγεσθε.

Θῖνας, inquit, τοὺς τῆς ψάμμου σωρούς. Quae expositio apud generalem omnium poetarum Scholiastem extat, sed nescio quo vento in alienum locum devoluta: apud Hesychium enim legimus, Θλαδίαι· εὐνοῦχοι, καὶ οἱ τῆς ψάμμου σωροί. Qui eundem Apollonii locum, et Libyae arenarum tumulos respexit. Τῆς εἰς μεσόγειον ἀνηκούσης γῆς ἐχούσης ἐπὶ τὸ μῆκος ἀθρόους θῖνας, ut Diodorus loquitur. Sed verba Hesychii adeo manifeste erant loco suo mota, ut etiam Favorinus, qui alioquin errores Hesychii typographicos fidelissime exprimere solet, in voce laudata ea omittat, et peculiari voci loco suo restituat: Θῖνας τοὺς τῆς ψάμμου σωροὺς λέγουσι. Quin statim Θλάσαι, ἀποθανεῖν, retinet, cum quivis non plane caecus videat legendum θνῆναι, quod idem cum τεθνάναι. Sed qui errorem Hesychii perspexit, a Suida alium hausit, vel potius ipse fecit: Θλαδίας, εὐνοῦχος. Ὑποβάλλει τοίνυν ὁ θλαδίας τὴν γυναικωνίτιν φάλαγγα. Ita ille ex Suida; apud quem ὁ θλαδίας non est: sed Favorinus, qui sine dubio non observavit morem, quem ob-

---

b) Diod. III, 44. (ἀέρια.)

c) Eustath. p. 1710, 16.

Et Danaum decimo vere redisse rates.

Eadem anni tempestas apud Virgilium innuitur Aeneid. II. 8.

---

t) Tzetz. Chil. VIII, 209. v. 572.
u) Etym. M. p. 5, 43.
x) Anal. Br. III, p. 55.
y) Hesiod. Op. et D. 661. sqq. 676 sq.

— vix prima inceperat aestas,
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.

Enimvero inter expeditionem Graecorum et expugnationem rbis, novem tantum annos intercidisse diserte testatur Mar- ior Arundelianum, [*Ἀφ' οὗ οἱ Ἕλληνες εἰς Τροίαν ἐστράτευσαν,* η [H]HHHH[Δ]III. *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως, τρεισ- ιδεκάτου ἔτους.* Epoch. 24. *A quo Graeci ad Troiam expe- ionem susceperunt anni DCCCCLIV. regnante Athenis Mene- eo anno regni illius decimo tertio.* Ad quae verba Thomas diatus: „Graecos suscepisse famigeratam illam expeditio- n in Troiam marmorea inscriptio statuit annis 954. ante mam epocham suam, id est, 1246. ante evangelium, re- nte Athenis Menestheo anno decimo tertio; hic primum resso regis Atheniensis anno, quo omnes superius a no- assignati comprobantur. Troiani belli decennalis initium hronico Eusebiano editionis Scaligerianae statuitur anno evangelium 1219. Menesthei autem filii Petei regis Athe- sium, anno 14: quoad annum regis Atheniensis, uno, at d situm regum Atticorum, solenni illo discrimine alio- annorum 26 serius quam in marmoreo."

Eadem epocharum stela lin. 39. *Ἀφ' οὗ Τροία ἥλω, ἔτη* ΗΗΔΔΔΔΠ *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μεγεσθέως δευτέρου καὶ οὗ ἔτους μηνὸς Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος.* Epoch. 25. *Troia capta fuit anni DCCCCXLV. regnante Athenis heo, anno regni illius vicesimo secundo; mensis Thargelio- septimo ante finem.* V. Cl. Thomas Lydiatus: „Troia odem Chronico redivivo refertur, annis ante citimam epocham 945, id est, ante evangelium 1237: regnante s Menestheo, secundo anno, (nimirum supra vicesi- quem vel auctoris confidentia ut satis notum, vel qua- incuria videtur omisisse) mensis Thargelionis die se- nte finem. Atque in Eusebiano Chronico ponitur Troia no Menesthei 23, quasi ineunte, ut et ante evange- O, nempe adhuc durante discrimine illo solenni an- 6, quibus singulorum regum Atticorum ab initio Ce- rimi huc usque atque etiamnum posthac statuuntur inferius in Eusebiano Chronico quam in marmoreo."

aulo post: „Caeterum de anno regni Menesthei, quo it Troia, nonnihil controvertitur. Auctores, quos Clemens Alexandrinus[z]) primo Stromateo, referunt no eius postremo, ac Demophontis primo. Euse- ronico, anno Menesthei vicesimo tertio, tanquam idens regredientem a capta Troia, quo praefectus eniensium cum caetera classe Graecorum profectus

[z]) Alex. Strom. I. p. 139. init. Sylb.

fuerat, iuxta Homerum in navium catalogo a) ita canentem, *Τῶν δ' αὖ ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς*, mortuum esse in Melo insula. Apud Lycophronis Scholiastem legitur, eum, cum Melum advenisset, regno insulae potitum esse, Polyaneto eius rege defuncto. Quod ridiculum Scaligero visum. Quomodo enim, inquit, spreto regno suo Atticae, alienum et nihil ad se pertinens praetulisset? Mirum vero hominem, tanto ingenii acumine praeditum, non coniecisse causam moraе Menesthei in Melo: quam apparet fuisse, quod Demophon, legitimus regni Attici haeres, iam vir factus, et occasione absentiae Menesthei ad Troiam desidentis usus, vel siquidem ipse quoque eodem profectus fuerat, ante hunc domum reversus, confirmata sua factione possessionem eius occupasset, e quo Menestheus, ut post Plutarchum b) in vita Thesei, scribit Aelianus, Var. Hist. IV. 6., Tyndaridarum ope patrem illius Theseum eiecerat. Ita calamitosa fuit Menestheo Troiae obsidio, perinde ac ipsi regi regum Agamemnoni, ac plerisque omnibus Graecorum ducibus eodem profectis: utpote quos inde reduces eae exceperint calamitates, quae ipsos vel Troianorum reliquiis miserandos reddere potuerint: adeo quidem ut ingens illa mille ducentarum navium classis, non tam ad Troiae excidium, quam ad Graeciae exitium comparata fuisse videretur, certe ad exitium Graecorum ducum in Aulide coniuratorum: ubi Agamemnon, nescio an furiosus, ut Stoico Horatiano c) visus, haud dubie male sanus filiae suae Iphigeniae immolatione, id est, suo sanguine deos scilicet pacaverat aut verius irritaverat. Atqui Scaliger, sive diuturnioris moraе Menesthei in Melo probabilitatem, sive antiqui alicuius exemplaris Chronici Eusebiani fidem, quod ad liberandam fidem suam prudentius haud tacuisset, sive Excerptorum Barbaro-Latinorum Menestheo adscribentium tantummodo 19 annos, auctoritatem aliquousque saltem secutus, pro eo quod Pontacus in omnibus suis exemplaribus, quae erant sane plurima, legit usque ad captivitatem Troiae, et usque ad 23. annum Menesthei, habet tantummodo usque ad vicesimum annum Menesthei. Putassem equidem typographi erratum fuisse, nisi etiam in annotationibus idem repetitum invenissem ad vigesimum annum Menesthei. Verum donec manifestior et certior reddatur ratio retrahendi excidium Iliі ad vicesimum annum Menesthei, vel aliquod antiquius exemplar in lucem proferatur, quod ita scriptum habeat, Menestheo in Excerptis ascriptos annos XIX errore numeri, quales fere innumeri in iis occurrant, existimare licet, pro XXI transposita unitatis nota, inquam, undeviginti pro uno et

---

a) v. 552. b) Plut. Thes. c. 28. p. 15. Franc.

c) Hor. Sat. II, 3, 207.

riginti, completis usque ad captam Troiam, inde autem ad
:ompensationem duorum postremorum in Chronico Eusebia-
io ei ascriptorum, quos in reditu a Troia, et tanquam exul
ı Melo insula absumpserit, ascriptos esse totidem plures,
:il. 35 pro 33, regno Demophontis, qui interea Athenis pa-
:io regno recuperando et stabiliendo occupatus fuit, ideoque
:rinde ac inter 20 sive 21 et 23, medium ferit, item veris-
mum apparet, quod Marmoreo Chronico significatur, anno
enesthei secundo supra vicesimum Troiam captam esse:
iod etiam alibi idem Scaliger, quanquam imprudens, suf-
ıgio suo comprobat, nempe secundo libro Canonum Isago-
:orum, capite tertio, in primae Atheniensium dynastiae
;um catalogo, asserens Menesthei anno penultimo Ilium
:etum esse, modo intelligatur penultimo ante vitae finem
ıtingentem quasi completo vicesimo tertio anno a regni sui
:io; alioqui vero iuxta Clementis Alexandrini auctores, ul-
o: quandoquidem circa initium anni 22. ac tempus captae
ıiae revera regno exciderit, utpote occupato a Demo-
nte, annis 35 iuxta Excerpta ante finem regni et vitae hu-

Troia itaque capta est anno 22. regni Menesthei, ac 433.
epocham Olympicam, iuxta Marmoream inscriptionem.
ıs autem domum reditus Graecorum ducum post captam
am effecit, ut decennium integrum bello Troiano impu-
ur, quanquam post novennium exactum capta fuerit,
:oque vere sub initium aestatis anni decimi ab eo susce-
ıuper incepti capta et excisa urbe reditus institutus, per-
uti Marmoreo Chronico significatur; quemadmodum
cecinit Propertius d) Elegiarum quarto:

—— Danaum decimo vere redisse duces.

item novem pullos passerinos Aulide a serpente devo-
portendisse praedixit Calchas vates Homericus Iliade
la e).

e die vero, quo capta sit Troia, etiam expresso in Chro-
Marmoreo, sc. septimo desinentis, id est ante finem,
cesimo quarto mensis Thargelionis, convenit ei cum
ıtiquis Graecorum historicis, utpote Ephoro et Calli-
, et Damaste, et Phylarcho, apud Plutarchum f) in
o. Etsi Dionysius Halicarnassensis I. p. 51. refert ad
lentem diem eiusdem mensis; alii autem apud Cle-
ı Alexandrinum Strom. I. p. 139. ad alterutrum diem
insequentis sc. Scirrophorionis. Sed dies septimus
tis sive ante finem Thargelionis aliis est probatior.
nus a mundi conditu, nostro calculo 2796., quintae
straе periodi octodesexcentenariae annus 428., quo

9, 40 (redisse rates). c) v. 33.
. Camill. c. 19. p. 138. Fr.

primum novilunium vernum contigit quarto die septimanae, aequinoctium vero secundo, et sexto die mensis lunaris. Huic autem diei convenit dies tertius Aprilis Iuliani, novilunio autem undetricesimus dies Martii. Eiusdem mensis lunaris die secundo incepit Atticus Elaphebolion. Igitur Elaphebolione incipiente quinto die septimanae ac tricesimo Iuliani Martii, Thargelion ab eo tertius, inceperit septimanae die primo, Maii autem vicesimo octavo: ita ut dies 24. Thargelionis convenerit diei 20. Iunii, septimanae tertio, quindecim diebus ante solstitium aestivum, conveniens diei Iulii quinto. Ita inquam iuxta nostram periodum. Erat vero idem annus 34. periodi Calippi, utique iuxta prolepsim, incipientis die 23. Iulii, praecedente Xanthico, sive Elaphebolione anni embolimaei, incipiente die 26. Febr. bissextilis: ita ut Daesius et Thargelion inceperint Aprilis die 25., Thargelionis vero dies 24. inciderit in Maii diem 18. Ea est differentia inter duas periodos. Scaligeri Atticam aut Iulianam cum his conferat, cui otium est. Petavianas nondum vidi. Dionysii Halicarnassensis Thargelion Calippicus captae Troiae non cadit in eosdem dies anni Iuliani, quia non in eundem annum periodi Calippicae, utpote non in eundem annum ante primam Olympiadem." Hactenus Vir doctissimus.

D. Humphridus Prideaux: „Non est dubium quin lacunae sic debeant suppleri: *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως δευτέρου ἔτους μηνὸς Θαργηλιῶνος.* Bene enim monet Seldenus: Alius quam Thargelion mensis esse nequit, neque enim alius mensis a Θ, sive ab aliqua figura huic simili incipit. Attici item scriptores Thargelione mense Troiam captam plerumque tradunt."

Marm. *ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΕΤΟΥΣ.* „Quadratarii incuria omissum est procul dubio hic *εἰκοστοῦ καί*, ita ut annus Menesthei vigesimus secundus ab auctore signatus fuerit. Nam si anno eius 13. expeditionem fecere, quid hoc est anno 2. Troiam cepisse? Res palam est. Numerorum autem notae tum de expeditione tum de Troia capta subobscurae sunt in Marmore, nec tamen alias, quam quas repraesentamus, credat quisquam, qui optima perspicillorum fide, etiam iusta elementorum alibi in Marmore quantitate nixus, eas denuo elicuerit." Seldenus.

Marm. *ΕΒΔΟΜΗι ΦΘΙΝΟΝΤΟΣ.* „Notandum est menses apud Athenienses lunares fuisse. Cum igitur luna cursum suum synodicum 29 diebus et dimidio absolvat, menses uniuscuiusque anni in plenos et cavos dividebantur. Sex pleni ex 30 et sex cavi ex 29 diebus constabant, singulique eorum in tres partes dividebantur. Decem enim primi dies mensis *ἡμέραι μηνὸς ἱσταμένου*, decem proxime *ἡμέραι μηνὸς μεσοῦντος*, ultimi *ἡμέραι μηνὸς φθίνοντος* dicebantur. Dies *μηνὸς ἱσταμένου* et *μεσοῦντος* ab initio, dies vero *φθίνοντος* retro a fine nu-

nerati fuere. Ἑβδόμη igitur ἑσταμένου est septimus mensis dies, βδόμη μεσούντος est decimus septimus, ἑβδόμη φθίνοντος est eptimus a fine, id est, si mensis sit plenus, vigesimus quarus, si cavus, vigesimus tertius mensis dies." Prideaux.]

v. 44. *ΟΧΥΡΟΝ ΖΕΥΓΟΣ ΑΤΡΕΙΔΑΝ.* Eodem pacto lutarchus g) Agin et Cleomenem reges Spartiatarum appelrit ζεῦγος δημαγώγων. Et Cicero h) Antonium ac Dolabeln *iugum impiorum*, Philippic. II. *Quasi vero non unum idemue bellum sit contra hoc iugum impiorum nefarium.* Polybius oque, (ex observatione P. Victorii, Var. Lect. XXXI. 6.) tertio libro historiarum, pugnas singulares, quas alio noe appellant μονομαχίας, vocavit κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνατα. Quin etiam mulier viro suo destituta μονόζυξ dicitur ersis. v. 139. [Hesych. Ζεῦγος· πᾶν τὸ ἐζευγμένον. Gloss. ecolat. Ζεῦγος. *Par.* Notissimum proverbium, Κρωβύλου ος, *Crobyli par*, de duobus scelère paribus. Apostol. I. 21. ill. Tat. Ὦ ζεῦγος κατ' ἐμοῦ γοητῶν, ἀνδρὸς καὶ γυναικός. pid. Helena, v. 399. Ἀγαμέμνον' ἐμέ τε Μενέλεων, κλεινὸν .]

v. 45. *ΧΙΛΙΟΝΑΥΤΑΝ.* Alii, monente Scholiaste, καὶ αὐτόν, quod minus placet. Euripides in Androm. v. 106. ε ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης. [Et Oreste, v. 352.

Ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμίσας
Εἰς γῆν Ἀσίαν
Χαῖρ'.

aur. v. 140. σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ.] Unde et Lycophroni,

Ὁ χιλίαρχος τοῦ πολυφθαίστου.

us, Aeneid. II. 197.

Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinae.

, XII. 6.

—— coniurataeque sequuntur
Mille rates. ——

ius, II. 26. i)

Et Danaum Euboico littore mille rates.

n Agamemnone, v. 39.

Rex ille regum, ductor Agamemnon a[illegible]m,
Cuius secutae mille vexillum rates.

o tantum κατὰ τὸ ὁλοσχερέστερον accipiendus sit hic monet Varro, de Re Rustica II. 1. *Si, inquam, nu-*

g. p. 796. Francof. h) Cic. Philipp. XI, 2, 6.
88.

merus non est ut sit ad amussim, ut non est cum dicimus mille naves iisse ad Troiam, centumvirale esse iudicium Romae. Alii Codices *non sit ad amussim*; legerim *non sic ad amussim*. Et recte quidem monet: etenim Homerus mille centum octoginta sex ponit, Plutarchus mille ducentas; alii aliter.

v. 48. *ΕΚ ΘΥΜΟΥ.* Quod Plauto, Captiv. II. 3. [k]) *Corde et animo atque viribus persequi* dicitur. Sic interpretantur Homericum illud, Odyss. *Α'*. 4.

—— *πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν.*

Plautus, Stich. I. 1. [init.]

Credo ego miseram fuisse Penelopen,
Soror, suo ex animo ——

Idem, Epidic. IV. 1. [init.]

Si quid est homini miseriarum, quod miserescat ex animo,
Id ego experior.

[Ita *ἐκ φρενός*. Sept. contr. Theb. v. 879.

Κλαίω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς
Μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν.]

Ibid. *ΚΛΑΖΟΝΤΕΣ.* Videtur pertinere ad metaphoram subsequentem. Hesychius, *Κλάζοντες· κραυγάζοντες.* Eustathius [l]) *κράζειν* de corvis dici monet, *διὰ τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς.* [Euripides, Troad. v. 147.

Μάτηρ δ' ὥς τις πτηνοῖς κλαγγὰν
Ὄρνισιν κ. τ. λ.

Iul. Pollux. [m]) Onomast. V. 13. *Εἴποις δ' ἂν κλάζειν μὲν ἀετοὺς, κλαγγάζειν δὲ γεράνους· ἐπ' ἀμφοῖν δὲ καὶ κλαγγήν.*]

[v. 49. *ΑΙΓΥΠΙΩΝ.* Etymolog. [n]) *Αἰγυπιός· οἱ μὲν εἶδος ἀετοῦ· οἱ δὲ, τὸν γύπα ἐξεδέξαντο. Ἔστι δὲ παρὰ τὸ ἀΐσσω.*]

Ibid. *ΕΚΠΑΤΙΟΙΣ.* Hesychius, *Ἐκπάτιον· τὸ ἔξω πάτου.*

v. 50. *ΑΛΓΕΣΣΙ.* Lege *ἄλγεσι*, ob metrum.

v. 52. *ΠΤΕΡΥΓΩΝ ΕΡΕΤΜΟΙΣΙΝ ΕΡΕΣΣΟΜΕΝΟΙ.* Lucretius, VI. 743.

Remigii oblitae pennarum vela remittunt.

Plautus, in Amphitr. IV. 2.

Non ocyus quivi si me Daedaliis tulissem remigiis.

Quem potuit imitari Virgilius, qui de Daedalo *remigium alarum* dixit, Aeneid. VI. 19. ut et Martianus Capella, VIII. Similiter Apuleius [o]) Metamorph. V. *Remigio plumae captu meritum proceritas spacii fecerat alienum.* Inversa metaphora remos navium alas dixit Homerus, Odyss. *Α'*. 124.

---

k) II, 3, 27.
l) Eustath. ad Il. p. 40, l. 1106, 15.
m) Poll. V, 89.
n) Et. M. 29, 3.
o) Apul. p. 365. Oud.

Οὐδ' εὐφρὲ ἑρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.

Aristophanis Scholiastes p), in Aves: *αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς κώπας ἔχουσι.* Ad haec monet Iulius Pollux q) extremas remorum partes *πτερὰ καὶ ταρσούς* dici, I. 9. *Ἀπὸ δὲ κώπης, τὸ μὲν οὗ λαμβάνονται οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον· τὸ δὲ μέσον οὐράκος· τὸ δὲ τελευταῖον πτερὰ καὶ ταρσοὶ κωπῶν.*

v. 53. *ΔΕΜΝΙΟΤΗΡΗ.* Hesychius, *Δεμνιοτήρη πόνον*, ita distingue, *Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι· καθότι οἱ νεοττοὶ ἔτι τοιοῦτοί εἰσιν ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι, πόνον δὲ τὰ περὶ τὴν τροφὴν αὐτῶν.* De pullis nidos servantibus interpretatur; ego potius de vulturibus.

v. 54. *ΟΡΤΑΛΙΧΩΝ.* Hesychius, *Ὀρτάλιχοι· οἱ μήπω πετόμενοι νεοσσοί.*

v. 55. *ΑΠΟΛΛΩΝ Η ΠΑΝ, Η ΖΕΥΣ.* Vulturum miseretur Apollo, quia augurum Deus; Pan, quia venatorum; Iupiter, quia tyrannorum.

v. 58. *ΤΩΝΔΕ ΜΕΤΟΙΚΩΝ, ΥΣΤΕΡΟΠΟΙΝΟΝ.* [*Ἕνεκα τῶν μετοίκων.*] Delendum *ὑπόστιγμα* post *μετοίκων*. *Ὑστερόποινος ἐριννύς* quae Sophocli r) *ὑστερόπους*. Horat. Od. III. 2.

—— pede poena claudo.

[Vide quae ad Sept. Theb. v. 797. Homer. Il. *Δ'*. 160.

Εἶπερ γάρ τε καὶ αὐτὸν Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν
Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ· σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν.

Quo respiciens Aristides, Orat. Tom. II. *Ὥσπερ καὶ ἐπιορκήσασιν Ὅμηρος ἔφη συμβαίνειν πολλοῖς καὶ μεγάλοις ὕστερον ἐκτίνειν τὰς δίκας.* Pausan. *Ἀδίκοις μὲν τὸ μήνιμα τὸ ἐκ τῶν θεῶν ὀφείλει καὶ ἐπελθοῦσιν ἐντεῦθεν ἀπόκειται.* Caesar, de Bello Gall. I. 14. *Consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere.* Qua in re divinam ab humana iustitia alienam esse monet Lysias s), Orat. V. *Οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα κολάζει, ἀλλ' αὕτη μέν ἐστιν ἀνθρωπίνη δίκη.* Vide sis Plutarchi de sera numinis vindicta libellum. Scite Euripid. Hecuba, v. 1029.

Τὸ γὰρ ὑπέγγυον
Δίκᾳ καὶ θεοῖς, οὐ ξυμπίνει.
Ὀλέθριον, ὀλέθριον κακόν.

[v. 59. *ΠΑΡΑΒΑΣΙΝ.* Gloss. *Παραβάτης. Praevaricator.* Etymolog. t) *Ὑπερβασία· παραβασία, ἀδικία.* Infra, v. 798. *Δίκην παράβαντες.* Sept. Theb. v. 749. *Παραβασίαν ὀκύποινον.*]

[v. 60. *Ο ΚΡΕΙΣΣΩΝ.* *Ὁ κράτιστος.* Hesychius deos ab Aeschylo in ss) Aetna *κρείττονας* dici monet, in voce *κρείττονας*.]

---

p) Schol. Arist. Av. v. 1203.
q) Poll. I, 90.
r) vid. ad Sept. v. 797.
s) Lys. adv. Andoc. c. 7.
t) Etym. M. 778, 17.
ss) Aesch. fragm. 7.

[v. 61. *ΕΠ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΩι ΠΕΜΠΕΙ ΞΕΝΙΟΣ ΖΕΥΣ.* Cuius iura violaverat. Quintus Smyrnaeus, XIII. 413.

Ἀλλὰ Πάριν Ξείνοιο [ξενίοιο] Διὸς καὶ σεῖο τραπέζης
Λησάμενος, τῷ κέν μιν ἐν ἄλγεσι τίσατο δαίμων.

Eustathius p. 388. ad illud Homeri Il. Γ'. 104.

Διὶ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον·

inquit, *Ξενίῳ δὲ ἴσως Διὶ θύουσιν* (Graeci) *ὡς ἂν ἐκπολεμωθῇ Ἀλεξάνδρῳ ἀδικήσαντι εἰς ξενίαν.* Quin et Menelaus cum Paride praelians Iovem invocat his verbis Hom. Il. Γ'. 351.

Ζεῦ ἄνα δὸς τίσασθαι, ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε,
Δῖον Ἀλέξανδρον, καὶ ἐμῇς ὑπὸ χερσὶ δάμασσον,
Ὄφρα τις ἐξόπιγσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Ξεινοδόκον κακὰ δέξαι, ὅ κεν φιλότητα παράσχῃ.]

v. 62. *ΠΟΛΥΑΝΟΡΟΣ ΑΜΦΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ. Πολλοὺς μνηστῆρας ἐσχηκυίας*, inquit Scholiastes. Quin potius viros. Lycophron, v. 851.

Τῆς θηλύπαιδος καὶ τριάνορος κόρης.

Τῷ Μενελάῳ, inquit Stephanus, de Urb. locum istum explicans, *Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δηϊφόβῳ γαμηθεῖσα.* Alibi, v. 143. *κατάλεκτρον θυάδα* Helenam vocat idem Lycophron. Euripidis Scholiastes [u]), in Orestem, refert Tyndarum, Helenae patrem, aliquando diis omnibus sacrificasse excepta Venere, quae ob id irata filias eius connubia bis terve mutare et viros deserere fecit: Stesichorum [x]) laudat testem, cuius haec sunt verba:

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ἅπασι θεοῖς,
Μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος.
Κείνη δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη,
Διγάμους καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσάνορας.

Τὸ *πολυάνορος* igitur idem sonat ac *multinubae*. Qua in voce restituendus obiter Tertullianus [y]), de virginibus veland. *Et ne multi nobis* (lege *multinubi*) *scandalizentur, monogamia recusanda est?*

[Ibid. *ΑΜΦΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ.* Unde *muliebre bellum* Ciceroni dicitur, pro M. Caelio. c. 28. *An equus Troianus fuerit, quā tot invictos viros, muliebre bellum gerentes, tulerit?*]

v. 64. *ΓΟΝΑΤΟΣ ΚΟΝΙΑΙΣΙΝ ΕΡΕΙΔΟΜΕΝΟΥ.* Gena pars illa est, quae praecipue spectanda in his, qui exercent gymnastica. Aristoph. Vesp. v. 1207.

τὰ γόνατ' ἴκτεινε· καὶ γυμνασιικῶς.

Hanc partem athletae petebant. Plautus, Capt. IV. 2. [z])

---

u) Schol. Eur. Or. 248.
x) Stesich. p. 125. Klein.
y) Tertull. p. 194. A. Rigalt.
z) IV, 2, 13.

Heg. Hic homo pugilatum incipit:
Ergas. Tum genu, ut quemque icero, ad terram dabo.

Sic et nonnulli interpretantur Horatianum illud, Epod. 13. [v. 4.] *dum virent genua*, cum respectu ad athletas. Athletis vicini milites. Itaque Seneca, de Ira, II. 3. *Signo pugnae dato ferocissimo militi paululum genua tremuerunt.*

[Ibid. *ΚΟΝΙΑΙΣΙΝ.* Ab athletis desumpta metaphora, qui pulverem inspergebant corporibus; q. d. non sine multo labore, sudore, pugna, vel pulvere; ut e contrario *ἀχονιτί* sive *ἀχονιτῶς* proverbialiter dicitur, quoties quis sine labore, sine sudore, pulvere vel pugna vicit. Pausan. Eliac. II. 11. *Τότε μὲν δὴ τοῦ παγκρατίου τὴν νίκην ἀνὴρ ἐκ Μαντινείας Δρομεὺς ὄνομα πρῶτος ὢν ἴσμεν, ἀχονιτὶ λαβεῖν λέγεται.* Lucian. a) Dial. Mort. c. 29. *Ἀχονιτὶ κρατεῖν.* Contra *κονιτί* vicit dicitur, quoties cum labore et sudore victoria paratur.]

v. 65. *ΔΙΑΚΝΑΙΟΜΕΝΗΣ.* Hesychius, *Διακναιόμενον· ἀποκοπτόμενον, φθειρόμενον.* [An id vult, hastis in principio pugnae fractis, ad consertas manus genibus validis et immos veniri?]

Ibid. *ΕΝ ΠΡΟΤΕΛΕΙΟΙΣ. In velitationibus.* [Latine hoc verbo dicitur *velitari* pro primas iactare hastas. Cuiusmodi autem fuerit olim haec velitatio, Cicero de Oratore, II. describit. *Atqui*, inquit, *eiusmodi prolusio illa debet esse, ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utentur, sed ut ipsis sententiis quibus proluserunt, pugnare possint.*] Monet Scholiastes quod *προτέλεια* prosint antenuptialia sacrificia, hic vero pro dimicationibus urbem expugnatam sumi: satis recte. Hesychius, *Προτέλεια*, ita acuo in antepenultima, *ἡ πρὸ τοῖς γάμοις θυσία.* Vel, ut Pollux b), magis Graece, *ἡ πρὸ τοῦ γάμου θυσία*, *προτέλεια*: e quo loco emendandum Hesychium notarunt viri docti. Et sane aequum est, ut Hesychius vicissim lucem lucraebeat, apud quem hic locus, III. 3. extat foede corruptus et tenebris plane involutus: *Καὶ τέλειος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ προτέλειοι οἱ γεγαμηκότες. Διὰ τοῦτο καὶ Ἥραν τελόουν τὰς κόρας.* Legendum: *Καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ τέλειοι, οἱ γεγαμηκότες. Διὰ τοῦτο καὶ Ἥρα τελεία, ἡ ζυγία. Ταύτῃ γὰρ ἐν τοῖς γάμοις προετέλουν τὰς κόρας.* Quod video et Meursio obscurum. Post quem miror haec a Seldeno scripta: *Sacrificia apud Graecos προτέλεια dicta, indeque coniuges προτελεῖς dictos, et προτέλειοι ipsi, atque ipsum coniugium Ἡραπρότελος.* Priorem quidem mendam non aliter emaculandam paucis verbis Hesychii proximis *τέλος γὰρ ὁ γάμος.* Artemidorus Ὀνειροκρ. II. 54. mortem in somnis visam coelibi nuptiae plerumque praedicere, et causam hanc reddit: *τέλη μὲν γὰρ*

---

a) vol. I. p. 448. b) Poll. III, §. 38.

Καὶ λίθοι βοήσουσιν, etiam saxa loquentur, refertur paroemiae loco apud Io. Tzetzem [t]), in omnigena historia, de rebus admodum manifestis, quibus lapides, aliaque inanima omnia et vocis expertia attestari queant.]

[v. 38. *ΛΕΞΕΙΕΝ.* Forsan tollendum *στίγμα* post *λίξειεν*.]

v. 40. *ΔΕΚΑΤΟΝ ΜΕΝ ΕΤΟΣ.* [Socrates apud Platonem in Cratylo, p. 395. l. 8. Agamemnoni nomen impositum, *ὅτι ἀγαστὸς τὴν κατὰ ἐπιμονὴν οὗτος ὁ ἀνήρ*, suspicatur; sc. quod decem annos in expugnanda Troia consumpsit. Etymologus [u]), *Ἀγαμέμνων· παρὰ τὸ ἄγαν καὶ τὸ μένω.* Virg. Aen. II. 198.

Non anni domuere decem.

Epigramma [x]):

—— *ἃ κλεινὰ Πριάμου πόλις, ἣν ἀλαπάξαι*
Ἑλλήνων δεκέτης οὐκ ἐτάλασσεν Ἄρης
Ἀμφαδόν.]

Annum intellige decimum, non absolutum, sed ineuntem; nec enim viro eruditissimo Samueli Petito assentior, qui Leg. Attic. p. 55. asserit Agamemnonem decem annos abfuisse, undecimo ineunte domum rediisse; quippe non nisi novem anni perfecti transierunt: de quibus interpretatus est Calchas portentum illud de dracone octo pullos cum matre devorante, Ovid. XII. 21.

Atque novem volucres in belli digerit annos,

Homerus, Iliad. *B'*. 326.

Ὡς οὗτος κατὰ τέκν' ἔφαγε στρουθοῖο καὶ αὐτὴν,
Ὀκτὼ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα·
Ὡς ἡμεῖς τοσσαῦτ' ἔτεα πτολεμίξομεν αὖθι,
Τῷ δεκάτῳ δὲ πόλιν αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν.

Hoc est, Cicerone interprete, de Divinat. II. 30.

Nam quot aves tetro mactatas dente videbis,
Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos,
Quae decimo cadet, et poena satiabit Achivos.

Expeditionem illam a Graecis verno tempore susceptam fuisse maxime est probabile; praesertim cum apud ipsos moris erat mare claudere ab autumno ad tempus vernum, verno aperire; prout Hesiodus [y]), Theophrastus, aliique testantur. Quin etiam fere decimo captam urbem docet Propertius, III. 9. [40.]

Et Danaum decimo vere redisse rates.

Eadem anni tempestas apud Virgilium innuitur Aeneid. II. 8.

---

t) Tzetz. Chil. VIII, 209. v. 572.
u) Etym. M. p. 5, 43.
x) Anal. Br. III, p. 55.
y) Hesiod. Op. et D. 661. sqq. 676 sqq.

—— vix prima inceperat aestas,
Et pater Anchises dare fatis vela iubebat.

Enimvero inter expeditionem Graecorum et expugnationem urbis, novem tantum annos intercidisse diserte testatur Marmor Arundelianum, [*Ἀφ' οὗ οἱ Ἕλληνες εἰς Τροίαν ἐστράτευσαν, ἔτη* |H|HHHH|Δ|ΠΙΙ. *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως, τρισκαιδεκάτου ἔτους.* Epoch. 24. *A quo Graeci ad Troiam expeditionem susceperunt anni DCCCCLIV. regnante Athenis Menestheo anno regni illius decimo tertio.* Ad quae verba Thomas Lydiatus: „Graecos suscepisse famigeratam illam expeditionem in Troiam marmorea inscriptio statuit annis 954. ante citimam epocham suam, id est, 1246. ante evangelium, reguante Athenis Menestheo anno decimo tertio; hic primum expresso regis Atheniensis anno, quo omnes superius a nobis assignati comprobantur. Troiani belli decennalis initium in Chronico Eusebiano editionis Scaligerianae statuitur anno ante evangelium 1219. Menesthei autem filii Petei regis Atheniensium, anno 14: quoad annum regis Atheniensis, uno, at quoad situm regum Atticorum, solenni illo discrimine aliorum annorum 26 serius quam in marmoreo."

Eadem epocharum stela lin. 39. *Ἀφ' οὗ Τροία ἥλω, ἔτη* |H|HHHHΔΔΔΠ *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως δευτέρου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους μηνὸς Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος.* Epoch. 25. *A quo Troia capta fuit anni DCCCCXLV. regnante Athenis Menestheo, anno regni illius vicesimo secundo; mensis Thargelionis die septimo ante finem.* V. Cl. Thomas Lydiatus: „Troia capta eodem Chronico redivivo refertur, annis ante citimam ipsius epocham 945, id est, ante evangelium 1237: regnante Athenis Menestheo, secundo anno, (nimirum supra vicesimum, quem vel auctoris confidentia ut satis notum, vel quadratarii incuria videtur omisisse) mensis Thargelionis die septimo ante finem. Atque in Eusebiano Chronico ponitur Troia capta anno Menesthei 23, quasi ineunte, ut et ante evangelium 1210, nempe adhuc durante discrimine illo solenni annorum 26, quibus singulorum regum Atticorum ab initio Cecropis primi huc usque atque etiamnum posthac statuuntur serius et inferius in Eusebiano Chronico quam in marmoreo."

Et paulo post: „Caeterum de anno regni Menesthei, quo capta fuerit Troia, nonnihil controvertitur. Auctores, quos sequitur Clemens Alexandrinus [z]) primo Stromateo, referunt captam anno eius postremo, ac Demophontis primo. Eusebius in Chronico, anno Menesthei vicesimo tertio, tanquam ultimo, addens regredientem a capta Troia, quo praefectus classis Atheniensium cum caetera classe Graecorum profectus

---

a) Clem. Alex. Strom. I. p. 139. init. Sylb.

fuerat, iuxta Homerum in navium catalogo [a]) ita canentem, *Τῶν δ' αὖ ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς*, mortuum esse in Melo insula. Apud Lycophronis Scholiastem legitur, eum, cum Melum advenisset, regno insulae potitum esse, Polyanacte eius rege defuncto. Quod ridiculum Scaligero visum. Quomodo enim, inquit, spreto regno suo Atticae, alienum et nihil ad se pertinens praetulisset? Mirum vero hominem, tanto ingenii acumine praeditum, non coniecisse causam morae Menesthei in Melo: quam appareret fuisse, quod Demophon, legitimus regni Attici haeres, iam vir factus, et occasione absentiae Menesthei ad Troiam desidentis usus, vel siquidem ipse quoque eodem profectus fuerat, ante hunc domum reversus, confirmata sua factione possessionem eius occupasset, e quo Menestheus, ut post Plutarchum [b]) in vita Thesei, scribit Aelianus, Var. Hist. IV. 5., Tyndaridarum ope patrem illius Theseum eiecerat. Ita calamitosa fuit Menestheo Troiae obsidio, perinde ac ipsi regi regum Agamemnoni, ac plerisque omnibus Graecorum ducibus eodem profectis: utpote quos inde reduces eae exceperint calamitates, quae ipsos vel Troianorum reliquiis miserandos reddere potuerint: adeo quidem ut ingens illa mille ducentarum navium classis, non tam ad Troiae excidium, quam ad Graeciae exitium comparata fuisse videretur, certe ad exitium Graecorum ducum in Aulide coniuratorum: ubi Agamemnon, nescio an furiosus, ut Stoico Horatiano [c]) visus, haud dubie male sanus filiae suae Iphigeniae immolatione, id est, suo sanguine deos scilicet pacaverat aut verius irritaverat. Atqui Scaliger, sive diuturnioris morae Menesthei in Melo probabilitatem, sive antiqui alicuius exemplaris Chronici Eusebiani fidem, quod ad liberandam fidem suam prudentius haud tacuisset, sive Excerptorum Barbaro-Latinorum Menestheo adscribentium tantummodo 19 annos, auctoritatem aliquousque saltem secutus, pro eo quod Pontacus in omnibus suis exemplaribus, quae erant sane plurima, legit usque ad captivitatem Troiae, et usque ad 23. annum Menesthei, habet tantummodo usque ad vicesimum annum Menesthei. Putassem equidem typographi erratum fuisse, nisi etiam in annotationibus idem repetitum invenissem ad vigesimum annum Menesthei. Verum donec manifestior et certior reddatur ratio retrahendi excidium Ilii ad vicesimum annum Menesthei, vel aliquod antiquius exemplar in lucem proferatur, quod ita scriptum habeat, Menestheo in Excerptis ascriptos annos XIX errore numeri, quales fere innumeri in iis occurrant, existimare licet, pro XXI transposita unitatis nota, inquam, undeviginti pro uno et

---

a) v. 552. b) Plut. Thes. c. 23. p. 15. Franc.
c) Hor. Sat. II, 3, 207.

viginti, completis usque ad captam Troiam, inde autem ad compensationem duorum postremorum in Chronico Eusebiano ei ascriptorum, quos in reditu a Troia, et tanquam exul in Melo insula absumpserit, ascriptos esse totidem plures, scil. 35 pro 33, regno Demophontis, qui interea Athenis patrio regno recuperando et stabiliendo occupatus fuit, ideoque perinde ac inter 20 sive 21 et 23, medium ferit, item verissimum apparet, quod Marmoreo Chronico significatur, anno Menesthei secundo supra vicesimum Troiam captam esse: quod etiam alibi idem Scaliger, quanquam imprudens, suffragio suo comprobat, nempe secundo libro Canonum Isagogicorum, capite tertio, in primae Atheniensium dynastiae regum catalogo, asserens Menesthei anno penultimo Ilium deletum esse, modo intelligatur penultimo ante vitae finem contingentem quasi completo vicesimo tertio anno a regni sui initio; alioqui vero iuxta Clementis Alexandrini auctores, ultimo: quandoquidem circa initium anni 22. ac tempus captae Troiae revera regno exciderit, utpote occupato a Demophonte, annis 35 iuxta Excerpta ante finem regni et vitae huius. Troia itaque capta est anno 22. regni Menesthei, ac 433. ante epocham Olympicam, iuxta Marmoream inscriptionem. Serus autem domum reditus Graecorum ducum post captam Troiam effecit, ut decennium integrum bello Troiano imputaretur, quanquam post novennium exactum capta fuerit, adultoque vere sub initium aestatis anni decimi ab eo suscepto nuper incepti capta et excisa urbe reditus institutus, perinde uti Marmoreo Chronico significatur; quemadmodum etiam cecinit Propertius [d]) Elegiarum quarto:

—— Danaum decimo vere redisse duces.

Quod item novem pullos passerinos Aulide a serpente devoratos portendisse praedixit Calchas vates Homericus Iliade secunda [e]).

De die vero, quo capta sit Troia, etiam expresso in Chronico Marmoreo, sc. septimo desinentis, id est ante finem, sive vicesimo quarto mensis Thargelionis, convenit ei cum aliis antiquis Graecorum historicis, utpote Ephoro et Callisthene, et Damaste, et Phylarcho, apud Plutarchum [f]) in Camillo. Etsi Dionysius Halicarnassensis I. p. 51. refert ad praecedentem diem eiusdem mensis; alii autem apud Clementem Alexandrinum Strom. I. p. 139. ad alterutrum diem mensis insequentis sc. Scirrophorionis. Sed dies septimus desinentis sive ante finem Thargelionis aliis est probatior. Erat annus a mundi conditu, nostro calculo 2796., quintae vero nostrae periodi octodesexcentenariae annus 428., quo

d) III, 9, 40 (redisse rates). e) v. 33.
f) Plut. Camill. c. 19. p. 138. Fr.

primum novilunium vernum contigit quarto die septimanae, aequinoctium vero secundo, et sexto die mensis lunaris. Huic autem diei convenit dies tertius Aprilis Iuliani, novilunio autem undetricesimus dies Martii. Eiusdem mensis lunaris die secundo incepit Atticus Elaphebolion. Igitur Elaphebolione incipiente quinto die septimanae ac tricesimo Iuliani Martii, Thargelion ab eo tertius, inceperit septimanae die primo, Maii autem vicesimo octavo: ita ut dies 24. Thargelionis convenerit diei 20. Iunii, septimanae tertio, quindecim diebus ante solstitium aestivum, conveniens diei Iulii quinto. Ita inquam iuxta nostram periodum. Erat vero idem annus 34. periodi Calippi, utique iuxta prolepsim, incipientis die 23. Iulii, praecedente Xanthico, sive Elaphebolione anni embolimaei, incipiente die 26. Febr. bissextilis: ita ut Daesius et Thargelion inceperint Aprilis die 25., Thargelionis vero dies 24. inciderit in Maii diem 18. Ea est differentia inter duas periodos. Scaligeri Atticam aut Iulianam cum his conferat, cui otium est. Petavianas nondum vidi. Dionysii Halicarnassensis Thargelion Calippicus captae Troiae non cadit in eosdem dies anni Iuliani, quia non in eundem annum periodi Calippicae, utpote non in eundem annum ante primam Olympiadem." Hactenus Vir doctissimus.

D. Humphridus Prideaux: „Non est dubium quin lacunae sic debeant suppleri: *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως δευτέρου ἔτους μηνὸς Θαργηλιῶνος.* Bene enim monet Seldenus: Alius quam Thargelion mensis esse nequit, neque enim alius mensis a Θ, sive ab aliqua figura huic simili incipit. Attici item scriptores Thargelione mense Troiam captam plerumque tradunt."

Marm. *ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΕΤΟΥΣ.* „Quadratarii incuria omissum est procul dubio hic *εἰκοστοῦ καί*, ita ut annus Menesthei vigesimus secundus ab auctore signatus fuerit. Nam si anno eius 13. expeditionem fecere, quid hoc est anno 2. Troiam cepisse? Res palam est. Numerorum autem notae tum de expeditione tum de Troia capta subobscurae sunt in Marmore, nec tamen alias, quam quas repraesentamus, credat quisquam, qui optima perspicillorum fide, etiam iusta elementorum alibi in Marmore quantitate nixus, eas denuo elicuerit." Seldenus.

Marm. *ΕΒΔΟΜΗι ΦΘΙΝΟΝΤΟΣ.* „Notandum est menses apud Athenienses lunares fuisse. Cum igitur luna cursum suum synodicum 29 diebus et dimidio absolvat, menses uniuscuiusque anni in plenos et cavos dividebantur. Sex pleni ex 30 et sex cavi ex 29 diebus constabant, singulique eorum in tres partes dividebantur. Decem enim primi dies mensis *ἡμέραι μηνὸς ἱσταμένου*, decem proxime *ἡμέραι μηνὸς μεσοῦντος*, ultimi *ἡμέραι μηνὸς φθίνοντος* dicebantur. Dies *μηνὸς ἱσταμένου* et *μεσοῦντος* ab initio, dies vero *φθίνοντος* retro a fine an-

merati fuere. Ἑβδόμη igitur ἰσταμένου est septimus mensis dies, ἑβδόμη μεσοῦντος est decimus septimus, ἑβδόμη φθίνοντος est septimus a fine, id est, si mensis sit plenus, vigesimus quartus, si cavus, vigesimus tertius mensis dies." Prideaux.]

v. 44. *ΟΧΥΡΟΝ ΖΕΥΓΟΣ ΑΤΡΕΙΔΑΝ.* Eodem pacto Plutarchus g) Agin et Cleomenem reges Spartiatarum appellavit ζεῦγος δημιαγώγων. Et Cicero h) Antonium ac Dolabellam *iugum impiorum*, Philippic. II. *Quasi vero non unum idemque bellum sit contra hoc iugum impiorum nefarium.* Polybius quoque, (ex observatione P. Victorii, Var. Lect. XXXI. 6.) in tertio libro historiarum, pugnas singulares, quas alio nomine appellant μονομαχίας, vocavit κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνίσματα. Quin etiam mulier viro suo destituta μονόζυξ dicitur in Persis. v. 139. [Hesych. Ζεῦγος· πᾶν τὸ ἐζευγμένον. Gloss. Graecolat. Ζεῦγος. *Par.* Notissimum proverbium, Κρωβύλου ζεῦγος, *Crobyli par*, de duobus scelere paribus. Apostol. I. 21. Achill. Tat. Ὦ ζεῦγος κατ' ἐμοῦ γοητῶν, ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Euripid. Helena, v. 399. Ἀγαμέμνον' ἐμέ τε Μενέλεων, κλεινὸν ζυγόν.]

v. 45. *ΧΙΛΙΟΝΑΥΤΑΝ.* Alii, monente Scholiaste, καὶ Ἴλιον αὐτόν, quod minus placet. Euripides in Androm. v. 106. Εἶλέ σε ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης. [Et Oreste, v. 352.

Ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμίσας
Εἰς γῆν Ἀσίαν
Χαῖρ'.

Iph. Taur. v. 140. σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ.] Unde et Lycophroni, v. 210.

Ὁ χιλίαρχος τοῦ πολυφάλαρου.

Virgilius, Aeneid. II. 197.

Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinae.

Ovidius, XII. 6.

—— coniurataeque sequuntur
Mille rates. ——

Propertius, II. 26. i)

Et Danaum Euboico littore mille rates.

Seneca in Agamemnone, v. 39.

Rex ille regum, ductor Agamemnon [illegible]m,
Cuius secutae mille vexillum rates.

Quod vero tantum κατὰ τὸ ὁλοσχερέστερον accipiendus sit hic numerus, monet Varro, de Re Rustica II. 1. *Si, inquam, nu-*

---

g) Plut. Ag. p. 796. Francof. h) Cic. Philipp. XI, 2, 6.
i) II, 26, 38.

metus non est ut sit ad amussim, ut non est cum dicimus mille naves isse ad Troiam, centumvirale esse iudicium Romae. Alii Codices *non sit ad amussim*; legerim *non sic ad amussim*. Et recte quidem monet: etenim Homerus mille centum octoginta sex ponit, Plutarchus mille ducentas; alii aliter.

v. 48. *ΕΚ ΘΥΜΟΥ.* Quod Plauto, Captiv. II. 3. [k]) *Corde et animo atque viribus persequi* dicitur. Sic interpretantur Homericum illud, Odyss. *Α'*. 4.

—— *πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν.*

Plautus, Stich. I. 1. [init.]

Credo ego miseram fuisse Penelopen,
Soror, suo ex animo ——

Idem, Epidic. IV. 1. [init.]

Si quid est homini miseriarum, quod miserescat ex animo,
Id ego experior.

[Ita *ἐκ φρενός*. Sept. contr. Theb. v. 879.

Κλαίω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς
Μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν.]

Ibid. *ΚΛΑΖΟΝΤΕΣ.* Videtur pertinere ad metaphoram subsequentem. Hesychius, *Κλάζοντες· κραυγάζοντες.* Eustathius [l]) *κράζειν* de corvis dici monet, *διὰ τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς.* [Euripides, Troad. v. 147.

Μάτηρ δ' ὡς τις πτηνοῖς χλαγγὰν
Ὄρνισιν κ. τ. λ.

Iul. Pollux. [m]) Onomast. V. 13. *Εἴποις δ' ἂν κλάζειν μὲν ἀετούς, χλαγγάζειν δὲ γεράνους· ἐπ' ἀμφοῖν δὲ καὶ χλαγγήν.*]

[v. 49. *ΑΙΓΥΠΙΩΝ.* Etymolog. [n]) *Αἰγυπιός· οἱ μὲν ἀετὸς ἀετοῦ· οἱ δέ, τὸν γύπα ἐξεδέξαντο. Ἔστι δὲ παρὰ τὸ αἴσσειν.*]

Ibid. *ΕΚΠΑΤΙΟΙΣ.* Hesychius, *Ἐκπάτιον· τὸ ἔξω πάτου.*

v. 50. *ΑΛΓΕΣΣΙ.* Lege *ἄλγεσι*, ob metrum.

v. 52. *ΠΤΕΡΥΓΩΝ ΕΡΕΤΜΟΙΣΙΝ ΕΡΕΣΣΟΜΕΝΟΙ.* Lucretius, VI. 743.

Remigii oblitae pennarum vela remittunt.

Plautus, in Amphitr. IV. 2.

Non ocyus quivi si me Daedaliis tulissem remigiis.

Quem potuit imitari Virgilius, qui de Daedalo *remigium alarum* dixit, Aeneid. VI. 19. ut et Martianus Capella, VIII. Similiter Apuleius [o]) Metamorph. V. *Remigio plumae captu meritum proceritas spacii fecerat alienum.* Inversa metaphora remos navium alas dixit Homerus, Odyss. *Α'*. 124.

---

k) II, 8, 27.
l) Eustath. ad Il. p. 40, l. 1106, 15.
m) Poll. V, 89.
n) Et. M. 29, 3.
o) Apul. p. 365. Oud.

Οὐδ' εὐήρη ἑρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.

Aristophanis Scholiastes p), in Aves: *αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς κώπας ἔχουσι.* Ad haec monet Iulius Pollux q) extremas remorum partes *πτερὰ καὶ ταρσούς* dici, I. 9. *Τῆς δὲ κώπης, τὸ μὲν οὗ λαμβάνονται οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον· τὸ δὲ μέσον οὐράκος· τὸ δὲ τελευταῖον πτερὰ καὶ ταρσοὶ κωπῶν.*

v. 53. *ΔΕΜΝΙΟΤΗΡΗ.* Hesychius, *Δεμνιοτήρη πόνον*, ita distingue, *Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι· καθότι οἱ νεοσσοὶ ἔτι τοιοῦτοί εἰσιν ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι, πόνον δὲ τὰ περὶ τὴν τροφὴν αὐτῶν.* De pullis nidos servantibus interpretatur; ego potius de vulturibus.

v. 54. *ΟΡΤΑΛΙΧΩΝ.* Hesychius, *Ὀρτάλιχοι· οἱ μήπω πετόμενοι νεοσσοί.*

v. 55. *ΑΠΟΛΛΩΝ Η ΠΑΝ, Η ΖΕΥΣ.* Vulturum miseretur Apollo, quia augurum Deus; Pan, quia venatorum; Iupiter, quia tyrannorum.

v. 58. *ΤΩΝΔΕ ΜΕΤΟΙΚΩΝ, ΥΣΤΕΡΟΠΟΙΝΟΝ.* [*Ἕνεκα τῶν μετοίκων.*] Delendum *ὑπόστιγμα* post *μετοίκων*. *Ὑστερόποινος ἐριννύς* quae Sophocli r) *ὑστερόπους*. Horat. Od. III. 2.

—— pede poena claudo.

[Vide quae ad Sept. Theb. v. 797. Homer. Il. *Δ'*. 160.

Εἶπερ γάρ τε καὶ αὐτὸς Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν
Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ· σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν.

Quo respiciens Aristides, Orat. Tom. II. *Ὥσπερ καὶ ἐπιορκήσασιν Ὅμηρος ἔφη συμβαίνειν πολλοῖς καὶ μεγάλοις ὕστερον ἐκτίνειν τὰς δίκας.* Pausan. *Ἀδίκοις μὲν τὸ μήνιμα τὸ ἐκ τῶν θεῶν ὀφεῖλεται καὶ ἐπελθοῦσιν ἐντεῦθεν ἀπόκειται.* Caesar, de Bello Gall. I. 14. *Consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere.* Qua in re divinam ab humana iustitia alienam esse monet Lysias s), Orat. V. *Οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα κολάζει, ἀλλ' αὕτη μέν ἐστιν ἀνθρωπίνη δίκη.* Vide sis Plutarchi de sera numinis vindicta libellum. Scite Euripid. Hecuba, v. 1029.

Τὸ γὰρ ὑπέγγυον
Λίχᾳ καὶ θεοῖς, οὐ ξυμπίνειν.
Ὀλέθριον, ὀλέθριον κακόν.

[v. 59. *ΠΑΡΑΒΑΣΙΝ.* Gloss. *Παραβάτης. Praevaricator.* Etymolog. t) *Ὑπερβασία· παραβασία, ἀδικία.* Infra, v. 798. *Δίκην παρὰβάντες.* Sept. Theb. v. 749. *Παραβασίαν ἰδκύποινον.*]

[v. 60. *Ο ΚΡΕΙΣΣΩΝ.* *Ὁ κράτιστος.* Hesychius deos ab Aeschylo in ss) Aetna *κρειττονας* dici monet, in voce *κρείττονας.*]

---

p) Schol. Arist. Av. v. 1203.
q) Poll. I, 90.
r) vid. ad Sept. v. 797.
s) Lys. adv. Andoc. c. 7.
t) Etym. M. 778, 17.
ss) Aesch. fragm. 7.

[v. 61. *ΕΠ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΩι ΠΕΜΠΕΙ ΞΕΝΙΟΣ ΖΕΥΣ.* Cuius iura violaverat. Quintus Smyrnaeus, XIII. 413.

Ἀλλὰ Πάριν Ξεινοιο [ξενίοιο] Διὸς καὶ σεῖο τραπέζης
Λησάμενος, τῷ κέν μιν ἐν ἄλγεσι τίσατο δαίμων.

Eustathius p. 388. ad illud Homeri Il. Γ'. 104.

Διΐ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον·

inquit, *Ξενίῳ δὲ ἴσως Διΐ θύουσιν* (Graeci) *ὡς ἂν ἐκπαλεμωθῇ Ἀλεξάνδρῳ ἀδικήσαντι εἰς ξενίαν.* Quin et Menelaus cum Paride praelians lovem invocat his verbis Hom. Il. Γ'. 351.

Ζεῦ ἄνα δὸς τίσασθαι, ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε,
Δῖον Ἀλέξανδρον, καὶ ἐμῇς ὑπὸ χερσὶ δάμασσον,
Ὄφρα τις ἐξόπιγσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Ξεινοδόκον κακὰ δέξαι, ὅ κεν φιλότητα παράσχῃ.]

v. 62. *ΠΟΛΥΑΝΟΡΟΣ ΑΜΦΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ. Πολλοὺς μνηστῆρας ἐσχηκυίας*, inquit Scholiastes. Quin potius viros. Lycophron, v. 851.

Τῆς θηλύπαιδος καὶ τριάνορος κόρης.

Τῷ Μενελάῳ, inquit Stephanus, de Urb. locum istum explicans, *Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δηϊφόβῳ γαμηθεῖσα.* Alibi, v. 143. *πεντάλεκτρον θυάδα* Helenam vocat idem Lycophron. Euripidis Scholiastes [u]), in Orestem, refert Tyndarum, Helenae patrem, aliquando diis omnibus sacrificasse excepta Venere, quae ob id irata filias eius connubia bis terve mutare et viros deserere fecit: Stesichorum [x]) laudat testem, cuius haec sunt verba:

Οὕνεκα Τυνδάρεως ῥέζων ἅπασι θεοῖς,
Μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος.
Κείνη δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη,
Διγάμους καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσήνορας.

Τὸ *πολυάνορος* igitur idem sonat ac *multinubae.* Qua in voce restituendus obiter Tertullianus [y]), de virginibus veland. *Et ne multi nobis* (lege *multinubi*) *scandalizentur, monogamia recusanda est?*

[Ibid. *ΑΜΦΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ.* Unde *muliebre bellum* Ciceroni dicitur, pro M. Caelio. c. 28. *An equus Troianus fuerit, quī tot invictos viros, muliebre bellum gerentes, tulerit?*]

v. 64. *ΓΟΝΑΤΟΣ ΚΟΝΙΑΙΣΙΝ ΕΡΕΙΔΟΜΕΝΟΥ.* Genu pars illa est, quae praecipue spectanda in his, qui exercent gymnastica. Aristoph. Vesp. v. 1207.

τὰ γόνατ' ἔκτεινε· καὶ γυμνασιικῶς.

Hanc partem athletae petebant. Plautus, Capt. IV. 2. [z])

---

u) Schol. Eur. Or. 248.
x) Stesich. p. 125. Klein.
y) Tertull. p. 194. A. Rigalt.
z) IV, 2, 13.

Heg. Hic homo pugilatum incipit.
Ergas. Tum genu, ut quemque icero, ad terram dabo.

Sic et nonnulli interpretantur Horatianum illud, Epod. 13. [v. 4.] *dum virent genua*, cum respectu ad athletas. Athletis vicini milites. Itaque Seneca, de Ira, II. 3. *Signo pugnae dato ferocissimo militi paululum genua tremuerunt.*

[Ibid. *ΚΟΝΙΑΙΣΙΝ.* Ab athletis desumpta metaphora, qui pulverem inspergebant corporibus; q. d. non sine multo labore, sudore, pugna, vel pulvere; ut e contrario *ἀχονιτί* sive *ἀχονιτῶς* proverbialiter dicitur, quoties quis sine labore, sine sudore, pulvere vel pugna vicit. Pausan. Eliac. II. 11. *Τότε μὲν δὴ τοῦ παγκρατίου τὴν νίκην ἀνὴρ ἐκ Μαντινείας Δρομεὺς ὄνομα πρῶτος ὧν ἴσμεν, ἀχονιτὶ λαβεῖν λέγεται.* Lucian. [a]) Dial. Mort. c. 29. *Ἀχονιτὶ κρατεῖν.* Contra *κονιτί* vicit dicitur, quoties cum labore et sudore victoria paratur.]

v. 65. *ΔΙΑΚΝΑΙΟΜΕΝΗΣ.* Hesychius, *Διακναιόμενον· διαπονούμενον, φθειρόμενον.* [An id vult, hastis in principio pugnae fractis, ad consertas manus genibus validis et immotis veniri?]

Ibid. *ΕΝ ΠΡΟΤΕΛΕΙΟΙΣ. In velitationibus.* [Latine unico verbo dicitur *velitari* pro primas iactare hastas. Cuiusmodi autem fuerit olim haec velitatio, Cicero de Oratore, II. 80. describit. *Atqui*, inquit, *eiusmodi prolusio illa debet esse, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur, sed ut ipsis sententiis quibus proluserunt, vel pugnare possint.*] Monet Scholiastes quod *προτέλεια* proprie sint antenuptialia sacrificia, hic vero pro dimicationibus ante urbem expugnatam sumi: satis recte. Hesychius, *Προτέλεια*, ita acuo in antepenultima, *ἡ πρὸ τοῖς γάμοις θυσία.* Vel, ut Iul. Pollux [b]), magis Graece, *ἡ πρὸ τοῦ γάμου θυσία, προτέλεια*: e quo loco emendandum Hesychium notarunt viri docti. Et sane aequum est, ut Hesychius vicissim lucem Iulio praebeat, apud quem hic locus, III. 3. extat foede corruptus et tenebris plane involutus: *Καὶ τέλειος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ προτέλειοι οἱ γεγαμηκότες. Διὰ τοῦτο καὶ Ἡρατέλουν τὰς κόρας.* Legendum: *Καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ τέλειοι, οἱ γεγαμηκότες. Διὰ τοῦτο καὶ Ἥρα τελεία, ἡ ζυγία. Ταύτῃ γὰρ ἐν τοῖς προτελείοις προετέλουν τὰς κόρας.* Quod video et Meursio observatum. Post quem miror haec a Seldeno scripta: *Sacra nuptialia apud Graecos προτέλεια dicta, indeque coniuges προτελεῖσθαι dictos, et προτέλειοι ipsi, atque ipsum coniugium Ἡρατέλεια.* Priorem quidem mendam non aliter emaculandam patet ex verbis Hesychii proximis *τέλος γὰρ ὁ γάμος.* Artemidorus in *Ὀνειροκρ.* II. 54. mortem in somnis visam coelibi nuptias vult praedicere, et causam hanc reddit: *τέλη μὲν γὰρ*

---

a) Luc. vol. I. p. 448. b) Poll. III, §. 38.

fuerat, iuxta Homerum in navium catalogo a) ita canentem, *Τῶν δ' αὖ ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς*, mortuum esse in Melo insula. Apud Lycophronis Scholiastem legitur, eum, cum Melum advenisset, regno insulae potitum esse, Polyanacte eius rege defuncto. Quod ridiculum Scaligero visum. Quomodo enim, inquit, spreto regno suo Atticae, alienum et nihil ad se pertinens praetulisset? Mirum vero hominem, tanto ingenii acumine praeditum, non coniecisse causam morae Menesthei in Melo: quam appareat fuisse, quod Demophon, legitimus regni Attici haeres, iam vir factus, et occasione absentiae Menesthei ad Troiam desidentis usus, vel siquidem ipse quoque eodem profectus fuerat, ante hunc domum reversus, confirmata sua factione possessionem eius occupasset, e quo Menestheus, ut post Plutarchum b) in vita Thesei, scribit Aelianus, Var. Hist. IV. 5., Tyndaridarum ope patrem illius Theseum eiecerat. Ita calamitosa fuit Menestheo Troiae obsidio, perinde ac ipsi regi regum Agamemnoni, ac plerisque omnibus Graecorum ducibus eodem profectis: utpote quos inde reduces eae exceperint calamitates, quae ipsos vel Troianorum reliquiis miserandos reddere potuerint: adeo quidem ut ingens illa mille ducentarum navium classis, non tam ad Troiae excidium, quam ad Graeciae exitium comparata fuisse videretur, certe ad exitium Graecorum ducum in Aulide coniuratorum: ubi Agamemnon, nescio an furiosus, ut Stoico Horatiano c) visus, haud dubie male sanus filiae suae Iphigeniae immolatione, id est, suo sanguine deos scilicet pacaverat aut verius irritaverat. Atqui Scaliger, sive diuturnioris morae Menesthei in Melo probabilitatem, sive antiqui alicuius exemplaris Chronici Eusebiani fidem, quod ad liberandam fidem suam prudentius haud tacuisset, sive Excerptorum Barbaro-Latinorum Menestheo adscribentium tantummodo 19 annos, auctoritatem aliquousque saltem secutus, pro eo quod Pontacus in omnibus suis exemplaribus, quae erant sane plurima, legit usque ad captivitatem Troiae, et usque ad 23. annum Menesthei, habet tantummodo usque ad vicesimum annum Menesthei. Putassem equidem typographi erratum fuisse, nisi etiam in annotationibus idem repetitum invenissem ad vigesimum annum Menesthei. Verum donec manifestior et certior reddatur ratio retrahendi excidium Iliï ad vicesimum annum Menesthei, vel aliquod antiquius exemplar in lucem proferatur, quod ita scriptum habeat, Menestheo in Excerptis ascriptos annos XIX errore numeri, quales fere innumeri in iis occurrant, existimare licet, pro XXI transposita unitatis nota, inquam, undeviginti pro uno et

---

a) v. 552.

b) Plut. Thes. c. 28. p. 15. Franc.

c) Hor. Sat. II, 3, 207.

viginti, completis usque ad captam Troiam, inde autem ad compensationem duorum postremorum in Chronico Eusebiano ei ascriptorum, quos in reditu a Troia, et tanquam exul in Melo insula absumpserit, ascriptos esse totidem plures, scil. 35 pro 33, regno Demophontis, qui interea Athenis patrio regno recuperando et stabiliendo occupatus fuit, ideoque perinde ac inter 20 sive 21 et 23, medium ferit, item verissimum apparet, quod Marmoreo Chronico significatur, anno Menesthei secundo supra vicesimum Troiam captam esse: quod etiam alibi idem Scaliger, quanquam imprudens, suffragio suo comprobat, nempe secundo libro Canonum Isagogicorum, capite tertio, in primae Atheniensium dynastiae regum catalogo, asserens Menesthei anno penultimo Ilium deletum esse, modo intelligatur penultimo ante vitae finem contingentem quasi completo vicesimo tertio anno a regni sui initio; alioqui vero iuxta Clementis Alexandrini auctores, ultimo: quandoquidem circa initium anni 22. ac tempus captae Troiae revera regno exciderit, utpote occupato a Demophonte, annis 35 iuxta Excerpta ante finem regni et vitae huius. Troia itaque capta est anno 22. regni Menesthei, ac 433. ante epocham Olympicam, iuxta Marmoream inscriptionem. Serus autem domum reditus Graecorum ducum post captam Troiam effecit, ut decennium integrum bello Troiano imputaretur, quanquam post novennium exactum capta fuerit, adultoque vere sub initium aestatis anni decimi ab eo suscepto nuper incepti capta et excisa urbe reditus institutus, perinde uti Marmoreo Chronico significatur; quemadmodum etiam cecinit Propertius [d]) Elegiarum quarto:

—— Danaum decimo vere redisse duces.

Quod item novem pullos passerinos Aulide a serpente devoratos portendisse praedixit Calchas vates Homericus Iliade secunda [e]).

De die vero, quo capta sit Troia, etiam expresso in Chronico Marmoreo, sc. septimo desinentis, id est ante finem, sive vicesimo quarto mensis Thargelionis, convenit ei cum aliis antiquis Graecorum historicis, utpote Ephoro et Callisthene, et Damaste, et Phylarcho, apud Plutarchum [f]) in Camillo. Etsi Dionysius Halicarnassensis I. p. 51. refert ad praecedentem diem eiusdem mensis; alii autem apud Clementem Alexandrinum Strom. I. p. 139. ad alterutrum diem mensis insequentis sc. Scirrophorionis. Sed dies septimus desinentis sive ante finem Thargelionis aliis est probatior. Erat annus a mundi conditu, nostro calculo 2796., quintae vero nostrae periodi octodesexcentenariae annus 428., quo

---

d) III, 9, 40 (redisse rates). e) v. 83.

f) Plut. Camill. c. 19. p. 138. Fr.

primum novilunium vernum contigit quarto die septimanae, aequinoctium vero secundo, et sexto die mensis lunaris. Huic autem diei convenit dies tertius Aprilis Iuliani, novilunio autem undetricesimus dies Martii. Eiusdem mensis lunaris die secundo incepit Atticus Elaphebolion. Igitur Elaphebolione incipiente quinto die septimanae ac tricesimo Iuliani Martii, Thargelion ab eo tertius, inceperit septimanae die primo, Maii autem vicesimo octavo: ita ut dies 24. Thargelionis convenerit diei 20. Iunii, septimanae tertio, quindecim diebus ante solstitium aestivum, conveniens diei Iulii quinto. Ita inquam iuxta nostram periodum. Erat vero idem annus 34. periodi Calippi, utique iuxta prolepsim, incipientis die 23. Iulii, praecedente Xanthico, sive Elaphebolione anni embolimaei, incipiente die 26. Febr. bissextilis: ita ut Daesius et Thargelion inceperint Aprilis die 25., Thargelionis vero dies 24. inciderit in Maii diem 18. Ea est differentia inter duas periodos. Scaligeri Atticam aut Iulianam cum his conferat, cui otium est. Petavianas nondum vidi. Dionysii Halicarnassensis Thargelion Calippicus captae Troiae non cadit in eosdem dies anni Iuliani, quia non in eundem annum periodi Calippicae, utpote non in eundem annum ante primam Olympiadem." Hactenus Vir doctissimus.

D. Humphridus Prideaux: „Non est dubium quin lacunae sic debeant suppleri: *βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Μενεσθέως δευτέρου ἔτους μηνὸς Θαργηλιῶνος.* Bene enim monet Seldenus: Alius quam Thargelion mensis esse nequit, neque enim alius mensis a Θ, sive ab aliqua figura huic simili incipit. Attici item scriptores Thargelione mense Troiam captam plerumque tradunt."

Marm. *ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΕΤΟΥΣ.* „Quadratarii incuria omissum est procul dubio hic *εἰκοστοῦ καί*, ita ut annus Menesthei vigesimus secundus ab auctore signatus fuerit. Nam si anno eius 13. expeditionem fecere, quid hoc est anno 2. Troiam cepisse? Res palam est. Numerorum autem notae tum de expeditione tum de Troia capta subobscurae sunt in Marmore, nec tamen alias, quam quas repraesentamus, credat quisquam, qui optima perspicillorum fide, etiam iusta elementorum alibi in Marmore quantitate nixus, eas denuo elicuerit." Seldenus.

Marm. *ΕΒΔΟΜΗι ΦΘΙΝΟΝΤΟΣ.* „Notandum est menses apud Atheni[illegible]es lunares fuisse. Cum igitur luna cursum suum syno[illegible]cum 29 diebus et dimidio absolvat, menses uniuscuiusque anni in plenos et cavos dividebantur. Sex pleni ex 30 et sex cavi ex 29 diebus constabant, singulique eorum in tres partes dividebantur. Decem enim primi dies mensis *ἡμέραι μηνὸς ἱσταμένου*, decem proxime *ἡμέραι μηνὸς μεσοῦντος*, ultimi *ἡμέραι μηνὸς φθίνοντος* dicebantur. Dies *μηνὸς ἱσταμένου* et *μεσοῦντος* ab initio, dies vero *φθίνοντος* retro a fine nu-

merati fuere. *Ἑβδόμη* igitur *ἱσταμένου* est septimus mensis dies, *ἑβδόμη μεσοῦντος* est decimus septimus, *ἑβδόμη φθίνοντος* est septimus a fine, id est, si mensis sit plenus, vigesimus quartus, si cavus, vigesimus tertius mensis dies." Prideaux.]

v. 44. *ΟΧΥΡΟΝ ΖΕΥΓΟΣ ΑΤΡΕΙΔΑΝ.* Eodem pacto Plutarchus g) Agin et Cleomenem reges Spartiatarum appellavit *ζεῦγος δημαγώγων.* Et Cicero h) Antonium ac Dolabellam *iugum impiorum*, Philippic. II. *Quasi vero non unum idemque bellum sit contra hoc iugum impiorum nefarium.* Polybius quoque, (ex observatione P. Victorii, Var. Lect. XXXI. 6.) in tertio libro historiarum, pugnas singulares, quas alio nomine appellant *μονομαχίας*, vocavit *κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνίσματα.* Quin etiam mulier viro suo destituta *μονόζυξ* dicitur in Persis. v. 139. [Hesych. *Ζεῦγος· πᾶν τὸ ἐζευγμένον.* Gloss. Graecolat. *Ζεῦγος. Par.* Notissimum proverbium, *Κρωβύλου ζεῦγος, Crobyli par*, de duobus scelère paribus. Apostol. I. 21. Achill. Tat. *Ὦ ζεῦγος κατ' ἐμοῦ γοητῶν, ἀνδρὸς καὶ γυναικός.* Euripid. Helena, v. 399. *Ἀγαμέμνον' ἐμέ τε Μενέλεων, κλεινὸν ζυγόν.*]

v. 45. *ΧΙΛΙΟΝΑΥΤΑΝ.* Alii, monente Scholiaste, *καὶ Ἴλιον αὐτόν*, quod minus placet. Euripides in Androm. v. 106. *Εἶλέ σε ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης.* [Et Oreste, v. 352.

Ὦ χιλιόναυν στρατὸν ὁρμίσας
Εἰς γῆν Ἀσίαν
Χαῖρ'.

Iph. Taur. v. 140. *σὺν κώπᾳ χιλιοναύτᾳ.*] Unde et Lycophroni, v. 210.

Ὁ χιλίαρχος τοῦ πολυφάλαντου.

Virgilius, Aeneid. II. 197.

Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinae.

Ovidius, XII. 6.

—— coniurataeque sequuntur
Mille rates. ——

Propertius, II. 26. i)

Et Danaum Euboico littore mille rates.

Seneca in Agamemnone, v. 39.

Rex ille regum, ductor Agamemnon [illegible]m,
Cuius secutae mille vexillum rates.

Quod vero tantum *κατὰ τὸ ὁλοσχερέστερον* accipiendus sit hic numerus, monet Varro, de Re Rustica II. 1. *Si, inquam, nu-*

---

g) Plut. Ag. p. 796. Francof. h) Cic. Philipp. XI, 2, 6.
i) II, 26, 38.

metus non est ut sit ad amussim, ut non est cum dicimus mille naves iisse ad Troiam, centumvirale esse iudicium Romae. Alii Codices *non sit ad amussim*; legerim *non sic ad amussim.* Et recte quidem monet: etenim Homerus mille centum octoginta sex ponit, Plutarchus mille ducentas; alii aliter.

v. 48. *ΕΚ ΘΥΜΟΥ.* Quod Plauto, Captiv. II. 3. k) *Corde et animo atque viribus persequi* dicitur. Sic interpretantur Homericum illud, Odyss. *Α'*. 4.

—— *πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν.*

Plautus, Stich. I. 1. [init.]

Credo ego miseram fuisse Penelopen,
Soror, suo ex animo ——

Idem, Epidic. IV. 1. [init.]

Si quid est homini miseriarum, quod miserescat ex animo,
Id ego experior.

[Ita *ἐκ φρενός.* Sept. contr. Theb. v. 879.

Κλαίω, στένομαι, καὶ δόλος οὐδεὶς
Μὴ 'κ φρενὸς ὀρθῶς με λιγαίνειν.]

Ibid. *ΚΛΑΖΟΝΤΕΣ.* Videtur pertinere ad metaphoram subsequentem. Hesychius, *Κλάζοντες· κραυγάζοντες.* Eustathius l) *κράζειν* de corvis dici monet, *διὰ τὸ τραχὺ τῆς φωνῆς.* [Euripides, Troad. v. 147.

Μάτηρ δ' ὡς τις πτηνοῖς χλαγγὰν
Ὄρνισιν κ. τ. λ.

Iul. Pollux. m) Onomast. V. 13. *Εἴποις δ' ἂν κλάζειν μὲν ἀετούς, χλαγγάζειν δὲ γεράνους· ἐπ' ἀμφοῖν δὲ καὶ χλαγγήν.*]

[v. 49. *ΑΙΓΥΠΙΩΝ.* Etymolog. n) *Αἰγυπιός· οἱ μὲν ἀετὸς ἀετοῦ· οἱ δέ, τὸν γύπα ἐξεδέξαντο. Ἔστι δὲ παρὰ τὸ αἴσσω.*]

Ibid. *ΕΚΠΑΤΙΟΙΣ.* Hesychius, *Ἐκπάτιον· τὸ ἔξω πάτου.*

v. 50. *ΑΛΓΕΣΣΙ.* Lege *ἄλγεσι*, ob metrum.

v. 52. *ΠΤΕΡΥΓΩΝ ΕΡΕΤΜΟΙΣΙΝ ΕΡΕΣΣΟΜΕΝΟΙ.* Lucretius, VI. 743.

Remigii oblitae pennarum vela remittunt.

Plautus, in Amphitr. IV. 2.

Non ocyus quivi si me Daedaliis tulissem remigiis.

Quem potuit imitari Virgilius, qui de Daedalo *remigium alarum* dixit, Aeneid. VI. 19. ut et Martianus Capella, VIII. Similiter Apuleius o) Metamorph. V. *Remigio plumae captu meritum proceritas spacii fecerat alienum.* Inversa metaphora remos navium alas dixit Homerus, Odyss. *Α'*. 124.

---

k) II, 8, 27.
l) Eustath. ad Il. p. 40, l. 1106, 15.
m) Poll. V, 89.
n) Et. M. 29, 3.
o) Apul. p. 365. Oud.

Οὐδ' εὐφρὲ ἑρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.

Aristophanis Scholiastes p), in Aves: *αἱ νῆες ἀντὶ πτερῶν τὰς κώπας ἔχουσι.* Ad haec monet Iulius Pollux q) extremas remorum partes *πτερὰ καὶ ταρσούς* dici, I. 9. *Τῆς δὲ κώπης, τὸ μὲν οὗ λαμβάνονται οἱ ναῦται, ἐγχειρίδιον· τὸ δὲ μέσον οὐράκος· τὸ δὲ τελευταῖον πτερὰ καὶ ταρσοὶ κωπῶν.*

v. 53. *ΔΕΜΝΙΟΤΗΡΗ.* Hesychius, *Δεμνιοτήρη πόνον*, ita distingue, *Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι· καθότι οἱ νεοσσοὶ ἔτι τοιοῦτοί εἰσιν ὡς τὰ δέμνια τηρεῖν καὶ κατέχειν, μηδέπω πέτεσθαι δυνάμενοι, πόνον δὲ τὰ περὶ τὴν τροφὴν αὐτῶν.* De pullis nidos servantibus interpretatur; ego potius de vulturibus.

v. 54. *ΟΡΤΑΛΙΧΩΝ.* Hesychius, *Ὀρτάλιχοι· οἱ μήπω πετόμενοι νεοσσοί.*

v. 55. *ΑΠΟΛΛΩΝ Η ΠΑΝ, Η ΖΕΥΣ.* Vulturum miseretur Apollo, quia augurum Deus; Pan, quia venatorum; Iupiter, quia tyrannorum.

v. 58. *ΤΩΝΔΕ ΜΕΤΟΙΚΩΝ, ΥΣΤΕΡΟΠΟΙΝΟΝ.* [*Ἕνεκα τῶν μετοίκων.*] Delendum *ὑπόστιγμα* post *μετοίκων*. *Ὑστερόποινος ἐριννύς* quae Sophocli r) *ὑστερόπους*. Horat. Od. III. 2.

—— pede poena claudo.

[Vide quae ad Sept. Theb. v. 797. Homer. Il. *Δ'*. 160.

Εἶπερ γάρ τε καὶ αὐτὸς Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν
Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ· σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν.

Quo respiciens Aristides, Orat. Tom. II. *Ὥσπερ καὶ ἐπιορκήσασιν Ὅμηρος ἔφη συμβαίνειν πολλοῖς καὶ μεγάλοις ὕστερον ἐκτίνειν τὰς δίκας.* Pausan. *Ἀδίκοις μὲν τὸ μήνιμα τὸ ἐκ τῶν θεῶν ὀφεῖλε καὶ ἐπελθοῦσιν ἐντεῦθεν ἀπόκειται.* Caesar, de Bello Gall. I. 14. *Consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res et diuturniorem impunitatem concedere.* Qua in re divinam ab humana iustitia alienam esse monet Lysias s), Orat. V. *Οὔτε γὰρ ὁ θεὸς παραχρῆμα κολάζει, ἀλλ' αὕτη μέν ἐστιν ἀνθρωπίνη δίκη.* Vide sis Plutarchi de sera numinis vindicta libellum. Scite Euripid. Hecuba, v. 1029.

Τὸ γὰρ ὑπέγγυον
Δίκᾳ καὶ θεοῖς, οὐ ξυμπίνει.
Ὀλέθριον, ὀλέθριον κακόν.

[v. 59. *ΠΑΡΑΒΑΣΙΝ.* Gloss. *Παραβάτης. Praevaricator.* Etymolog. t) *Ὑπερβασία· παραβασία, ἀδικία.* Infra, v. 798. *Δίκην παρέβαντες.* Sept. Theb. v. 749. *Παραβασίαν ὀκνύποινον.*]

[v. 60. *Ο ΚΡΕΙΣΣΩΝ.* *Ὁ κράτιστος.* Hesychius deos ab Aeschylo in ss) Aetna *κρείττονας* dici monet, in voce *κρείττονας*.]

---

p) Schol. Arist. Av. v. 1203.
q) Poll. I, 90.
r) vid. ad Sept. v. 797.
s) Lys. adv. Andoc. c. 7.
t) Etym. M. 778, 17.
ss) Aesch. fragm. 7.

[v. 61. *ΕΠ' ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ ΠΕΜΠΕΙ ΞΕΝΙΟΣ ΖΕΥΣ.* Cuius iura violaverat. Quintus Smyrnaeus, XIII. 413.

Ἀλλὰ Πάριν Ξεινοιο [ξενίοιο] Διὸς καὶ σεῖο τραπέζης
Λησάμενος, τῷ κέν μιν ἐν ἄλγεσι τόσσατο θαλμων.

Eustathius p. 388. ad illud Homeri Il. Γ'. 104.

Διΐ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον·

inquit, *Ξενίῳ δὲ ἴσως Διΐ θύουσιν* (Graeci) *ὡς ἂν ἐκπολεμωθῇ Ἀλεξάνδρῳ ἀδικήσαντι εἰς ξενίαν.* Quin et Menelaus cum Paride praelians lovem invocat his verbis Hom. Il. Γ'. 351.

Ζεῦ ἄνα δὸς τίσασθαι, ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε,
Δῖον Ἀλέξανδρον, καὶ ἐμῇς ὑπὸ χερσὶ δάμασσον,
Ὅφρα τις ἐξόπιθεν καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
Ξεινοδόκον κακὰ δέξαι, ὅ κεν φιλότητα παράσχῃ.]

v. 62. *ΠΟΛΥΑΝΟΡΟΣ ΑΜΦΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ. Πολλοὺς μνηστῆρας ἐσχηκυίας*, inquit Scholiastes. Quin potius viros. Lycophron, v. 851.

Τῆς θηλύπαιδος καὶ τριάνορος κόρης.

Τῷ Μενελάῳ, inquit Stephanus, de Urb. locum istum explicans, *Ἀλεξάνδρῳ καὶ Δηϊφόβῳ γαμηθεῖσα.* Alibi, v. 143. *κεντάλεκτρον θνάδα* Helenam vocat idem Lycophron. Euripidis Scholiastes u), in Orestem, refert Tyndarum, Helenae patrem, aliquando diis omnibus sacrificasse excepta Venere, quae ob id irata filias eius connubia bis terve mutare et viros deserere fecit: Stesichorum x) laudat testem, cuius haec sunt verba:

Οὕνεκα Τυνδάρεως ἕζων ἅπασι θεοῖς,
Μιᾶς λάθετο ἠπιοδώρου Κύπριδος.
Κείνη δὲ Τυνδάρεω κούραις χολωσαμένη,
Διγάμους καὶ τριγάμους τίθησι καὶ λιπεσάνορας.

Τὸ πολυάνορος igitur idem sonat ac *multinubae.* Qua in voce restituendus obiter Tertullianus y), de virginibus veland. *Et ne multi nobis* (lege *multinubi*) *scandalizentur, monogamia recusanda est?*

[Ibid. *ΑΜΦΙ ΓΥΝΑΙΚΟΣ.* Unde *muliebre bellum* Ciceroni dicitur, pro M. Caelio. c. 28. *An equus Troianus fuerit, qui tot invictos viros, muliebre bellum gerentes, tulerit?*]

v. 64. *ΓΟΝΑΤΟΣ ΚΟΝΙΑΙΣΙΝ ΕΡΕΙΔΟΜΕΝΟΥ.* Genu pars illa est, quae praecipue spectanda in his, qui exercent gymnastica. Aristoph. Vesp. v. 1207.

τὰ γόνατ' ἔκτεινε· καὶ γυμνασιικῶς.

Hanc partem athletae petebant. Plautus, Capt. IV. 2. z)

---

u) Schol. Eur. Or. 248.
x) Stesich. p. 125. Klein.
y) Tertull. p. 194. A. Rigalt.
z) IV, 2, 13.

Heg. **Hic homo pugilatum incipit.**
Ergas. **Tum genu, ut quemque icero, ad terram dabo.**

Sic et nonnulli interpretantur Horatianum illud, Epod. 13. [v. 4.] *dum virent genua*, cum respectu ad athletas. Athletis vicini milites. Itaque Seneca, de Ira, II. 3. *Signo pugnae dato ferocissimo militi paululum genua tremuerunt.*

[Ibid. *ΚΟΝΙΑΙΣΙΝ.* Ab athletis desumpta metaphora, qui pulverem inspergebant corporibus; q. d. non sine multo labore, sudore, pugna, vel pulvere; ut e contrario *ἀχονιτί* sive *ἀχονιτῶς* proverbialiter dicitur, quoties quis sine labore, sine sudore, pulvere vel pugna vicit. Pausan. Eliac. II. 11. *Τότε μὲν δὴ τοῦ παγκρατίου τὴν νίκην ἀνὴρ ἐκ Μαντινείας Δρομεὺς ὄνομα πρῶτος ὧν ἴσμεν, ἀχονιτὶ λαβεῖν λέγεται.* Lucian. [a]) Dial. Mort. c. 29. *Ἀχονιτὶ κρατεῖν.* Contra *κονιτί* vicit dicitur, quoties cum labore et sudore victoria paratur.]

v. 65. *ΔΙΑΚΝΑΙΟΜΕΝΗΣ.* Hesychius, *Διακναιόμενον· διαπονούμενον, φθειρόμενον.* [An id vult, hastis in principio pugnae fractis, ad consertas manus genibus validis et immotis veniri?]

Ibid. *ΕΝ ΠΡΟΤΕΛΕΙΟΙΣ. In velitationibus.* [Latine unico verbo dicitur *velitari* pro primas iactare hastas. Cuiusmodi autem fuerit olim haec velitatio, Cicero de Oratore, II. 80. describit. *Atqui*, inquit, *eiusmodi prolusio illa debet esse, non ut Samnitium, qui vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur, sed ut ipsis sententiis quibus proluserunt, vel pugnare possint.*] Monet Scholiastes quod *προτέλεια* proprie sint antenuptialia sacrificia, hic vero pro dimicationibus ante urbem expugnatam sumi: satis recte. Hesychius, *Προτέλεια*, ita acuo in antepenultima, *ἡ πρὸ τοῖς γάμοις θυσία.* Vel, ut Iul. Pollux [b]), magis Graece, *ἡ πρὸ τοῦ γάμου θυσία, προτέλεια*: e quo loco emendandum Hesychium notarunt viri docti. Et sane aequum est, ut Hesychius vicissim lucem Iulio praebeat, apud quem hic locus, III. 3. extat foede corruptus et tenebris plane involutus: *Καὶ τέλειος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ προτέλειοι οἱ γεγαμηκότες. Διὰ τοῦτο καὶ Ἡρατέλουν τὰς κόρας.* Legendum: *Καὶ τέλος ὁ γάμος ἐκαλεῖτο, καὶ τέλειοι, οἱ γεγαμηκότες. Διὰ τοῦτο καὶ Ἥρα τελεία, ἡ ζυγία. Ταύτῃ γὰρ ἐν τοῖς προτελείοις προετέλουν τὰς κόρας.* Quod video et Meursio observatum. Post quem miror haec a Seldeno scripta: *Sacra nuptialia apud Graecos προτέλεια dicta, indeque coniuges προτελεῖσθαι dictos, et προτέλειοι ipsi, atque ipsum coniugium Ἡρατέλεια.* Priorem quidem mendam non aliter emaculandam patet ex verbis Hesychii proximis *τέλος γὰρ ὁ γάμος.* Artemidorus in *Ὀνειροκρ.* II. 54. mortem in somnis visam coelibi nuptias vult praedicere, et causam hanc reddit: *τέλη μὲν γὰρ*

---

a) Luc. vol. I. p. 448. b) Poll. III, §. 38.

ἀμφότερα τοῖς ἀνθρώποις εἶναι νενόμισται καὶ ὁ γάμος καὶ ὁ θάνατος. Διὰ δὲ διάκεινται ὑπ' ἀλλήλων. Secundam rectissime sublatam ostendit Eustathius, eam alibi tum ad Iliad. B'. p. 325. l. 21. τέλος γὰρ ὁ γάμος, ὅθεν τελείους τοὺς γεγαμηκότας ἔλεγον. Non igitur προτέλειοι, sed τέλειοι οἱ γεγαμηκότες. Ut כלה apud Hebraeos a כלל, διὰ τὴν τελειότητα, ut apud Artemidorum τέλειοι οἱ ἀποθανόντες. Cur autem ex una voce Ἥρα τέλεια duas fecerim, nemo dubitabit qui Iunonem τελείαν dictam saepiuscule animadverterit; ut apud Pindarum Nem. X. 32 [b]) Et Pausanias [c]) in Boeoticis c. 2. de aede Iunonis apud Plataeenses agens, τὴν δὲ Ἥραν, inquit, τελείαν καλοῦσιν, eiusque templi inter Megalopolis rudera meminit in Arcadicis [d]). Neque quisquam, credo, mirabitur priorem συζυγίας syllabam demptam esse, qui Deam eandem esse noverit *quam cunctus Oriens zygiam veneratur:* de qua Apollonius, Argonaut. IV. 96.

Ἥρῃ τε ζυγίῃ Διὸς εὐνέτις ——,

et Suidas in Διαπρώτῃ, καὶ βοῶπις ἡ Ἥρα, καὶ ζυγία, καὶ γαμηλία. De zygia Iunone vide Proclum in Πολιτ. Platonis p. 388. Praesertim si ob unam eandemque causam et τελείαν et ζυγίαν dictam fuisse Iunonem intellexerit: quod Pindari Scholiastes l. c. aperte testatur ad illud Aeschyli:

Ἥρα τελεία Ζηνὸς εὐναία δάμαρ·

ἔστι γὰρ αὐτῇ (leg. αὐτὴ) γαμηλία καὶ ζυγία. Qui igitur nuptiis praeest, utroque hoc nomine insignitur, adeoque Iuno τελεία aptissime a Polluce ζυγία, i. e. *iuga seu iugalis*, redditur, ἀπὸ τοῦ ζευγνύναι τὸ ἅρμα τῷ ἄρρενι, ut tradit Dionysius Halicarnasseus in methodo nuptialium. Unde Nonnus Dionys. IV. 322.

—— ὅτι ζυγίη φύγεν Ἥρη
Ζεῦγλαν ἀχόρευτον ὀρεσσαύλων ὑμεναίων.

Neque Iunonem tantum, sed et Iovem hoc modo nuptialibus contractibus praeesse notat idem Dionysius: Ζεὺς καὶ Ἥρα πρῶτοι ζευγνύντες καὶ συνδυάζοντες. Unde ut Iuno ζυγία et τελεία, ita Iupiter et τέλειος et ζύγιος. Hesychius, Ζύγιος, Ζεύς. κ. τ. λ. Et in Οἶκος ἡμιτελής. Ἥρα τελεία, καὶ Ζεὺς τέλειος, ὅτι γαμήλιοί εἰσι. Sunt itaque τέλειοι connubio iuncti, τέλος ipsum coniugium, προτέλεια sacra antenuptialia, et Iuno,

—— cui vincla iugalia curae,

τελεία, eique virgines nupturae in sacris antenuptialibus dedicatae sunt. [ΚΑΜΑΚΟΣ. Pollux. [e]) Κάμαξ· λογχή, ξυστός. Hesych. Κάμαξ· δόρυ, σχίζα.]

---

b) X, 18. Bkh.
c) Paus. IX, 2, 7.
d) Paus. VIII, 31, 9.
e) Poll. I, 136.

v. 67. *ΕΣΤΙ Δ' ΟΠΗ ΝΥΝ ΕΣΤΙ.* Subintellige *πράγματα.*

v. 69. *ΥΠΟΚΛΑΙΩΝ.* Melius Turnebi editio, *οὔθ' ὑποκλείων.* Nec laudibus, neque sacrificiis, neque lacrymis exorabiles sunt Eumenides.

Ibid. *ΥΠΟΛΕΙΒΩΝ.* Horatius, Epod. V. 89.

Diris agam vos: dira detestatio
Nulla expiatur victima.

v. 70. *ΑΠΥΡΩΝ ΙΕΡΩΝ.* Eumenidum sacris neque ignis adhibebatur nec vinum, nihil enim aliud erant quam ex aqua libatio: Porphyrius, de Abstinent. II. p. 156. *Τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν. Νηφάλια δ' ἐστὶν τὰ ὑδρόσπονδα.* Enimvero per *ἄπυρα ἱερά* ipsae hic intelligendae Eumenides; sacra pro diis: qua metonymia non perspecta frustra se torsit vir eruditus. [Sic Ovid. Amor. III. 13.

Ille suos docuit Iunonia sacra Phaliscos,
Sint mihi sint populo semper amica suo.

Sint sacra amîca, h. e. sit ipsa Dea tamica.] Alia vero sunt *ἄπυρα ἱερά*, quorum apud Pindarum fit mentio Olymp. VII. 86. f)

Καί τοι γὰρ αἰθούσας ἔχοντες
Σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὖ,
Τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς,
Ἅλσος ἐν ἀκροπόλει ——.

Quanam vero occasione contingebat id fieri, narrat interpres Graecus: *τοῦ χυριωτάτου πρὸς τὰς θυσίας ἐπελάθοντο· οὐκ ἔχοντες γὰρ πῦρ ἀνῆλθον εἰς τὴν ἀκρόπολιν, ἔνθα οἱ βωμοί· καὶ ἄνευ πυρὸς θύοντες τὸ ἱερὸν ἐποιήσαντο ἐν τῇ ἀκροπόλει.*

v. 72. *ΑΤΙΤΑ.* Qui ferre arma et se ulcisci prae senectute non potuerunt. Hesychius, *Ἀτίτην· τὸν μὴ ἔχοντα ἀκοτίσαι.* [Noster Eumenid. v. 257. *Ὁ ματροφόνος ἀτίτας.*]

[v. 75. *ΙΣΟΠΑΙΔΑ.* Mox. v. 78. *Ἰσόπρεσβυς.*]

Ibid. *ΝΕΜΟΝΤΕΣ ΕΠΙ ΣΚΗΠΤΡΟΙΣ.* Hinc scipionem Callimachus *γεροντικὸν ὅπλον* vocat, Epigr. I. g)

—— *ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον, ἀείρας.*

Et apud Suidam nescio quis,

—— *γηραλέον νῦν,*
Ἀντὶ παναπλίης, βάκτρον ἀμειψάμενος.

v. 76. *ΟΤΕ ΓΑΡ, κ. τ. λ.* Suspicor legendum:

Ὅτε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
Ἔντὸς ἀνάσσων
Ἰσόπρεσβυς (sub. *ἐστι,*) *ἄρης δ' οὐκ ἔνι χώρᾳ,*
Τό,θ' ὑπεργήρων, φυλλάδος ἤδη

---

f) VII, 48. B. g) v. 7.

Καταχαρφομένης, τριποδας μὲν ὁδοὺς
Στείχει, παιδὸς δ' οὐδὲν ἀρεῖον
Ὄναρ ἡμερόφαντον ἀλαίνει.

[*Ὅτε... τότε. Cum... tum.* Non ut in notis *ὅ,τε* et *τό,θ'*; sic enim *τὸ* cum *ὑπεργήρων* iungendum, quod non probo.]

Ibid. *ΜΥΕΛΟΣ ΣΤΕΡΝΩΝ ΕΝΤΟΣ.* Robur in spina dorsi: unde apud Hippocratem *) et Pindarum **) *αἰών* (*vita, vis*) pro spinali medulla; Erotianus [a]) Onomast. Hippocratis.

[v. 78. *ΟΥΚ ΕΝΙ ΧΩΡΑι.* An f. ab *ἐγχωρέω*? Sed vide Schol.]

v. 79. *ΥΠΕΡΓΗΡΩΝ.* Quod Eusebio *ἐσχατόγηρως*, Hist. Eccl. 116. [Aelian. Var. Hist. IV. 1. *ὑπέργηρων ζῆν, αἰσχρόν.* Latini *aevitas.* Aul. Gell. XX. 1. *Aevitas est extremum senium.* Scaliger ad oram libri sui reposuit *ὑπεργήρως.* Alii δθ' *ὑπέργηρον.* Si *ὑπέργηρων*, legendum postea *ἀρείων.* Si *ὑπέργηρον*, legendum *ἄρειον.*]

Ibid. *ΦΥΛΛΑΔΟΣ ΗΔΗ.* [f. legendum *φυλλάδες εἶδε.*] Ad Homericum illud allusit, Il. Z'. 146.

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

[Mimnermus [b]): *Ἡμεῖς δ' οἷά τε φύλλα φύει, πολυάνθεμος ὥρη.* Hesych. *Φυλλάδες· οἱ ξηροὶ χλάδοι καὶ φύλλα ἔχοντες.* Idem, *φυλλάς· ξηρὰ δάφνη ἔχουσα φύλλα.*]

v. 80. *ΤΡΙΠΟΔΑΣ ΜΕΝ ΟΔΟΥΣ.* Sphingis aenigma in mente habuit:

Ἔστι δίπουν ἐπὶ γῆς, καὶ τέτραπον, οὐ μία φωνή,
Καὶ τρίπον. ——

Γεννᾶται γὰρ τετράπουν βρέφος τοῖς τέτταρσιν ὀχούμενον κώλοις· τελειούμενον δὲ τὸν ἄνθρωπον, δίπουν· γηρῶντα δὲ, τρίτην προσλαμβάνει βάσιν, τὸ βάκτρον, inquit Apollodorus III. 5. Oedipi solutionem referens. Respondet versui 75. [Hecuba anus, in tragoedia Euripidis cognomine, v. 281.

Πόλις, τιθήνη, βάκτρον, ἡγεμὼν ὁδοῦ.

Eadem in Troad. 275.

Ἐγὼ δὲ τῷ πρόσπολος ἀ τριτοβάμονος
Χερὶ δινουμένα βάκτρου
Γεραιᾷ κάρα;

ita enim recte legit Canterus, non *φοιτοβάμονος.*]

v. 82. *ΟΝΑΡ ΗΜΕΡΟΦΑΝΤΟΝ.* Pindarus, Pyth. VIII. [k]) 136.

Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι.

Sophocles in Aiace Flagellifero, v. 125.

---

a) Erotian. p. 59. Steph. b) Mimnerm. ap. Stob. Serm. XCVIII, 13.
k) VIII, 95. Bkh. *) Hippocr. p. 759. E. **) Pind. fr. 77.

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
Εἴδωλ', ὅσοι περ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.

[Ibid. *ΟΝΑΡ.* Sc. ὡς ὄναρ.]

[v. 87. *ΠΕΙΘΟΙ.* Sunt qui malint *πενθοῖ* vel *πενστοῖ*.]

[Ibid. *ΘΥΟΣΚΙΝΕΙΣ.* Lege omnino cum Hesychio *θυοσχεῖς*. Versus anapaesticus deficiens una syllaba. Poterit etiam legi *περίπεπτα*.] Hesychius, *Περίπεπτον· περιπεπεμμένον*. Idem, *Θυοσκεῖν· ἱεροῖς παρέχεσθαι ἢ θεοῖς*. Euripides, Bacchis, v. 224.

—— *μαινάδας θυοσκόους.*

Caeterum *περίπεμπτα* potius retinendum duco, e consuetudine veterum; nam quoties nuntio accepto laeto sacrificarent, quod dixerunt *θύειν τὰ εὐαγγέλια*, victimarum partes amicis suis mittebant. Plutarchus in Agesilao [l]): *Ἔθυσεν εὐαγγέλια, καὶ διέπεμπε μερίδας τοῖς φίλοις ἀπὸ τῶν τεθυμένων.* Et Polyaenus [m]), Strateg. II. *Ἀλλὰ μὲν καὶ αὐτὸς προῆλθεν ἐστεφανωμένος, ἔθυσεν εὐαγγέλια, διέπεμψε τοῖς φίλοις τὰς μερίδας ἀπὸ τῶν ἱερείων.*

[v. 92. *ΑΛΛΗ Δ' ΑΛΛΟΘΕΝ ΟΥΡΑΝΟΜΗΚΗΣ ΛΑΜΠΑΣ.* Suetonius, in Iulio c. 37. *Ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.* Ad quem locum vir summus, Is. Casaubonus: „Ut vero," inquit, „Suetonius rem narrat, lumina haec publici gaudii sunt indicium. Antiquissimi enim moris fuit, sive privatim sive publice laeti aliquid obtigisset, luminibus accensis appensisque gaudium testari: estque eius *λυχνοκαΐας* apud Graecos ac Latinos scriptores creberrima mentio. Aeschyli unius versiculos referemus, ex quibus antiquitas eius consuetudinis potest intelligi. Chori verba sunt in Agamemnone, laetitiam publicam ob nuntium capti Ilii describentis: *Ἄλλη δ' ἄλλοθεν, κ. τ. λ.*" Sic ille.]

[Ibid. *ΟΥΡΑΝΟΜΗΚΗΣ.* Ut Homerus, Odyss. *Ε'*. 239. *Ἐλάτῃ οὐρανομήκης.* Aristoph. Nub. v. 356. *Οὐρανομήκη ῥήξατε κἀμοὶ φωνήν.* Hanc dictionem paroemiographorum nescio quis inter adagia recenset.]

v. 95. *ΑΔΟΛΟΙΣΙ.* Ut hic *χρίσμα ἄδολον*, sic apostolus, 1. Petr. II. 2. metaphorice *ἄδολον γάλα.*

[v. 96. *ΜΥΧΟΘΕΝ.* Schol. *Λείπει, χομιζομένων.* l. *χομιζομένῳ.*]

v. 103. *ΤΗΝ ΘΥΜΟΒΟΡΟΝ ΛΥΠΗΣ ΦΡΕΝΑ. Animum exedentem mentis dolorem.* Hesychius, *Θυμοβόρον· χαλεπὸν, ὑπὸ τοῦ θυμοῦ ἐσθιόμενον, ἢ τὴν ψυχὴν κατεσθίοντα.* Homer. Iliad. *Η'*. 301.

Ἦ μὲν ἐμαρνάσθην ἔριδος πέρι θυμοβόροιο.]

---

l) Plut. Ages. p. 605. C. Frcf. m) Polyaen. Strateg. II, 3. p. 119. Lugd.

Vide sis quae ad Prom. v. 436. annotavimus. Cave vero ne putes *λύπης φρένα* e Scholio irrepsisse in textum. Scholiastes enim non exponit *θυμοβόρον*, sed tantum constructionem aperit: vult enim poetam dixisse *λύπης φρένα* pro *λύπην φρενός*. [Vir summus Iosephus Scaliger ad oram codicis reposuerat *λυπησίφρονα*. An *λύπην φρενός* intelligat Aeschylus, cogita. Scholiastes noster ad v. 49. *Δέον δὲ εἰπεῖν ἐκπατίων παίδων· ἐκπατίοις εἶπε πρὸς τὸ ἄλγεσι*. Porro lege *τὴν θυμοβόρον φρένα λύπης*. Pedes enim metrici sunt - - ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ - - quamvis in versu ultimo paullo liberius.]

v. 104. *ΚΥΡΙΟΣ ΕΙΜΙ ΘΡΟΕΙΝ ΟΔΙΟΝ ΚΡΑΤΟΣ*, κ. τ. λ. *Potis sum enarrare quo auspicio robur virorum in supremo magistratu constitutorum*, i. e. principes, Menelaus et Agamemnon, *iter susceperit: adhuc enim fiducia ex augurio divinitus oblato orta aspirat cantum; aetasque, licet grandis, et nobis omnibus ex choro coaeva, tamen vires ad canendum subministrat. Potis sum, inquam, enarrare quo pacto* etc. Legit Aristophanes in Ranis, v. 1808.

Κύριός εἰμι θροεῖν ὅσιον κράτος
Αἴσιον ἀνδρῶν.

ubi Scholiastes: *ἐν τοῖς πλείστοις αἴσιον, Ἀσκληπιάδης τὸ ὅσιον.* Quibus ex verbis Asclepiadem legisse autumo:

—— ὅδιον κράτος
Ὅσιον ἀνδρῶν. ——

[Ibid. *ΟΔΙΟΝ ΚΡΑΤΟΣ*. Ratum signum quod occurrit in via. Postea v. 164.

Μόρσιμ' ἀπ' ὀρνίθων
Ὁδίων οἴκοις βασιλείοις.

Xenophon [n]), *Ἀπομνημ.* I. 1. *Ἀλλ' οἱ πλεῖστοί φασιν ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἀπαντώντων ἀποτρέπεσθαί τε καὶ προτρέπεσθαι.* (f. *προστρ.*) *Verum maxima pars ait se ab avibus et ab occurrentibus vel averti vel incitari.*]

[v. 105. *ΑΝΔΡΩΝ*. Qui *κράτος* de signo occurrente dictum velint, *περὶ ἀνδρῶν* exponunt, h. e. de Agamemnone et Menelao. Sed fortasse *κράτος* potius ad reges referendum, ut postea v. 110. *δίθρονον κράτος*.]

[v. 106. *ΕΚΤΕΛΕΩΝ*. Vel poterit *ἐντελέων* legi; *οἱ ἐντελεῖς*, qui praesunt in magistratu. Sed omnino retinendum *ἐκτελέων*, quam lectionem firmat Scholiastes Aristophanis.]

[Ibid. *ΚΑΤΑΠΝΕΕΙ*. Lege *καταπνεύει*, ut respondeat *τῷ λαγοδαίτας* in antistrophe.]

[v. 107. *ΜΟΛΠΑΝ, ΑΛΚΑΝ*. Alii *μολπᾶς ἀλκάν*.]

---

n) Xenoph. Mem. I, 1, 4.

[v. 108. *ΑΛΚΑΝ ΣΥΜΦΥΤΟΣ ΑΙΩΝ.* Alii, *ἀλκᾶς σύμφυτος αἰών. Aetas quae robur infinitum adhuc habet.*]

v. 109. *ΟΠΩΣ ΑΧΑΙΩΝ ΔΙΘΡΟΝΟΝ ΚΡΑΤΟΣ, ΕΛΛΑΔΟΣ ΗΒΑΝ.* Schol. Aristoph. Ran. v. 1318. *αὐτόν τε καὶ τὸν Μενέλαον. Ἀκμὴν δὲ τὴν νεότητα.* Videtur legisse *ἀκμήν* pro *ἧβαν.* Ego mallem *ἧβας*, sed Aristophanes *ἧβαν* dixit.

[v. 110. *ΔΙΘΡΟΝΟΝ ΚΡΑΤΟΣ.* Sic appellat quos Sophocles *δικρατεῖς Ἀτρείδας*]

[v. 112. *ΠΕΜΠΗι.* Scal. *πέμπει.* Alii *ἔπεμψε*, *quando misit.*]

Ibid. *ΞΥΝ ΔΟΡΙ ΔΙΚΑΣ ΠΡΑΚΤΟΡΙ.* Euripides apud Aristophanem, Ran. v. 1320. *τὰ Αἰσχύλου χορικὰ μέλη διεσπαρμένα* ex variis tragoediis citans,

Σφίγγα δυσαμερίαν
Πρύτανιν κύνα πέμπει
Τὸ φλαττοθραττοφλαττόθρατ
Ξὺν δορὶ καὶ χερὶ πράκτορι
Θούριος ὄρνις.

Ad quem locum Scholiastes: *τὴν ἐπὶ κακῷ χρόνῳ Θηβαίοις φανεῖσαν, πάροχον θανάτου. Ταῦτα δὲ ἐκ Σφιγγὸς Αἰσχύλου. Θούριος δὲ ὄρνις, ἡ πολεμοῦσα Θηβαίοις τύχη. Τὸ δὲ, Ξὺν δορὶ καὶ χειρὶ πράκτορι, ἐξ Ἀγαμέμνονος ἐκ τῆς συνεπείας τοῦ Κύριός εἰμι θροεῖν· ἐπειδὴ δὲ αἱ τῆς Σφιγγὸς πόδες λεοντώδεις ἦσαν, ὁ δὲ τοῦ λέοντος ὄνυξ δίκην δόρατος πλήττει, διὰ τοῦτο δόρατι εἶπεν.* Haec ille. Portentum exponit chorus duarum aquilarum leporem praegnantem comedentium in aedibus Agamemnonis, cum Calchantis vatis interpretatione.

[Ibid. *ΠΡΑΚΤΟΡΙ.* Lege *πράκτορι δίκας*, ob metrum.]

v. 113. *ΘΟΥΡΙΟΣ ΟΡΝΙΣ.* Aquila, qui duplex apparebat; Agamemnonem et Menelaum significans. Euripides Iphigen. in Taur. v. 3. eodem modo dixit:

—— Ἀτρέως δὲ παῖς
Μενέλαος, Ἀγαμέμνων τε. ——

v. 115. *Ο ΚΕΛΑΙΝΟΣ.* [Lege *κελινός* vel *κελανός*, ob metrum.] Inter sex aquilarum species ab Aristotele recensitas, de Histor. animal. IX. 32. prima a colore *πύγαργος* dicta est; tertia a colore itidem *μελαναίετος*, et *λαγωφόνος*. De his accipiendus est Aeschylus. *Ὁ κελαινός* idem est ac *μελαναίετος*, qui ex descriptione Aristotelis *μέλας τὴν χροιὰν, καὶ μέγεθος ἐλάχιστον, καὶ κράτιστος τούτων.* Eustathius in Iliad. Φ'. p. 1235. l. 44. *Ὃν καὶ μελαναίετόν τινες συνθέτως φασὶ, καὶ τὸν φασσοφόνον.* Gesnerus ex Aristotele restituit *λαγωφόνον, μικρὸν μέν φασιν ὄντα, τῶν ἄλλων δὲ ἰσχυρότερον.* Hinc Achilles apud Homerum huic aquilae comparatur, Il. Φ'. 252.

Αἰετοῦ ὄμματ' ἔχων μέλανος τοῦ θηρητῆρος,
Ὅς θ' ἅμα κάρτιστός τε καὶ ὠκιστος πετεηνῶν.

c. 24. *Honoratorum virorum laudes in concione memorantur, easque etiam ad cantus, ad tibicinem prosequuntur; cui nomen naeniae; quo vocabulo etiam Graeci cantus lugubres nominant.* Alias αἴλινος est telam texentium cantilena; de qua Eustathius u): ἡ μέντοι ἐξ Ἐπιχάρμου χρῆσις, ἐθέλουσα τὸν αἴλινον ᾠδὴν [τῶν] ἱστουργούντων εἶναι, οὐ τὸν λίνον τὸ χύριον ἐγκεῖσθαι τῷ αἰλίνῳ βούλεται, ἀλλὰ τὸ λίνον. [Cum itaque αἴλινον vox sit μέση, Scholiastes de cantu festivo et hilari sumi vult h. l. et fortasse rectius.]

Ibid. *ΤΟ Δ' ΕΥ ΝΙΚΑΤΩ.* Bene ominandi formula, ut et v. 357. τὸ δ' εὖ χρατοίη. Eiusmodi sunt ἀγαθῇ τύχῃ· ἔστω μὲν εὖ· καλῶς γένοιτο. Romanis: *bene eveniat; quod felix faustumque sit; feliciter; fors fiat*, et similia. [Caeterum aliter Scholiastes, qui per haec verba vult αἴλινον de cantu festivo accipi. Versio nostra: *bene autem eveniat*, et ita in notis. Aliter Cicero in Epist. ad Atticum τὸ εὖ interpretatur, ut in eam sententiam pleriique recentiores. Cic. ad Attic. VI. 1. et VIII. 8. τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, id est, *quod rectum est, a me est, vel stat.* Hic igitur τὸ δ' εὖ νικάτω, *quod rectum et iustum praevaleat opto.* Εὖ γὰρ εἴη.]

v. 127. *ΠΟΜΠΟΥΣ Τ' ΑΡΧΟΥΣ.* Deductores, qui omine suo expeditionem suaserunt.

v. 129. *ΧΡΟΝΩι.* Longo tempore. Calchas apud Ovid. Metam. XII. 20. iisdem pene verbis,

Troia cadet, sed erit nostri mora longa laboris.

Et apud Homerum, Il. *B'*. 325.

Ὄψιμον, ὀψιτέλεστον. ——

[Ita Apollonius, Argon. IV. 1213. μετὰ χρόνον, *tempore postero*; quod Lucianus dixit ἐν χρόνῳ.]

[v. 130. *ΠΡΙΑΜΟΥ ΠΟΛΙΣ.* Ita postea, v. 719.

Πριάμου πόλις γεραιά.

Et v. 275.

Πριάμου γὰρ ᾐρήκασιν Ἀργεῖοι πόλιν.]

[v. 134. *ΟΙΟΝ ΜΗ ΤΙΣ ΑΤΑ.* Legat cui magis arridet τοιή τις ἄτα.]

[Ibid. *ΑΤΑ.* Corripitur τὸ ἄτα, quod et admodum infrequens.]

[v. 138. *ΟΙΚΩι ΓΑΡ.* Forsan legendum καὶ γὰρ ἐπόρθενος, κ. τ. λ. *valde enim irata est Diana casta alatis canibus patris*, h. e. aquilis Iovis. Pro οἴκῳ Scal. οἴκτῳ. Pro γάρ f. δ' ἄρ. Sed vide Scholiastem.

v. 139. *ΠΤΑΝΟΙΣΙ ΚΥΣΙ ΠΑΤΡΟΣ.* *Aquilis.* Ut et supra in Prom. v. 1020.

---

u) Eustath. p. 1164, 9. ex Athen. XIV, p. 618. D.

—— Διὸς θέ τοι
Πτηνὸς κύων δάφοινος αἰετὸς λάβρως
Διαρταμήσει σώμακος μέγα ῥάκος.

Nec minus cothurnum tragicum quam scholam Pythagorae sapit haec loquendi forma: de quo Porphyrius in Vitâ: *ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπιπλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν. Οἷον, ὅτι τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει εἶναι δάκρυον· τὰς δὲ ἄρκτους, Ῥέας χεῖρας· τὴν δὲ Πλειάδα, μουσῶν λύραν.* Sed corrupta sunt verba. Lege: *τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει Κρόνου δάκρυον.* Plutarchus de Iside et Osiride, p. 364. *δόξει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν λεγόμενον, ὡς ἡ θάλαττα Κρόνου δάκρυόν ἐστιν, αἰνίττεσθαι τὸ μὴ καθαρὸν, μηδὲ σύμφυλον αὐτῆς.* Et Clemens, Stromat. V. p. 416. *τοιαῦτα δὲ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ᾐνίσσοντο· Περσεφόνης μὲν κύνας τοὺς πλάνητας, Κρόνου δὲ δάκρυον τὴν θάλασσαν ἀλληγοροῦντες· καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις εὕροιμεν ἂν ὁπότε φιλοσόφων, ὁπότε ποιητῶν, αἰνιγματωδῶς εἰρημένα.*

v. 140. (137.) *ΑΥΤΟΤΟΚΟΝ.* Scholiastes *σὺν αὐτῷ τόκῳ.* Ut *αὔτανδρον.* Hesychius, *Αὔτανδρον, σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι.* Quomodo et noster postea *αὐτόπρεμνον.* Eumenid. v. 404.

Ἔνειμαν αὐτόπρεμνον εἰς τὸ πᾶν ἐμοί.

[v. 141. *ΜΟΓΕΡΑΝ ΠΤΩΚΑ. Miseram leporem.* Malim *miserum*, etsi de lepore foemina. Neque enim ausim dicere *foeta lepus*, tanta vis est epicoeni generis.]

[Ibid. *ΠΤΩΚΑ.* Eumenid. v. 326.

Τόνδ' ἀφαιρούμενος
Πτῶκα ——

ubi vide quae annotata. Hesych. *Πτώξ· λαγωὸς, ἀπὸ τοῦ κατεπτηχέναι τὸ πετεινόν.* (Guietus pro *τὸ πετεινόν* legit *ἢ πεσεῖν*, sed *ἐπέχω.*) Theocrit. Idyll. *Α'*. 110.

Καὶ πτῶκας βάλλει καὶ θηρία τἄλλα διώκει.

Ubi Scholiastes eius: *Καὶ πτῶκας, ἤγουν λαγωοὺς τοξεύει.* A timiditate ita dici tradit Iul. Pollux y) Onomast. V. 12. *Δειλία δὲ ὑπερβάλλει τοῦτο τὸ ζῷον, ἔμπληκτον ῥᾷστα γιγνόμενον, καὶ ἀναπτοούμενον, ὅθεν καὶ πτὼξ ὀνομάζεται.*]

[v. 144. *ΕΥΦΡΩΝ Α ΚΑΛΑ.* Diana sc.]

v. 145. *ΔΡΟΣΟΙΣΙΝ ΑΕΠΤΟΙΣΙ ΜΑΛΕΡΩΝ ΟΝΤΩΝ, Catulis tenellis* ferarum *etiam noxiarum.* Dianam intelligit: quae cum venationis Dea fuerit, benevolam esse dicit erga catulos omnigenarum ferarum. Videtur Etymologici z) auctor pro *ὄντων* legisse *λεόντων*; sic enim ille, in voce *Ἔρσαι. Ἔρση γάρ ἐστιν ἡ δρόσος· καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι τοὺς σκύμνους*

y) Poll. V, 72.
z) Etym. M. 377, 37.

τῶν λεόντων δρόσους κέκληκε. Scholiastes noster, *τὸ δρόσους* interpretatus *τοῖς νεογνοῖς*, subdit, *χωρὶς δὲ αὖ τέρσαι·* lege *χωρὶς δ' αἶτ' ἔρσαι*, vel *αὖθ' ἕρσαι.* Homericum illud adducit, Odyss. *I'*. v. 221.

—— χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι,
Χωρὶς δ' αὖθ' ἕρσαι.

Ita Hesychio, *Ἕρσαίη· δροσώδης*: et *Ἕρση· δρόσος.* Porro *δρόφους* hoc loco *teneros avium pullos* interpretatur vir doctissimus in Athenaeum, IX. 28. forsan propter *τὸ ἀέπτοισι·* cui tamen non assentior.

[Ibid. *ΔΡΟΣΟΙΣΙΝ.* Sunt qui *νυσί* reddunt; quod tamen mihi improbatur. Hesych. *Δρόσους· ἀχρείους, Κύπριοι.*]

[Ibid. *ΑΕΠΤΟΙΣΙ.* Eustath. in Il. *A'*. p. 150. l. 16. *Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς γλώσσαις, ὡς φασιν οἱ παλαιοὶ, ἀέπτους γράφει διὰ τοῦ ε, οἱονεὶ ἀῤῥήτους, ἃς οὐ δύναταί τις εἰπεῖν· ἢ δυσπαραλουθήτους, αἷς οὐ δύναταί τις ἕπεσθαι.* Sunt qui legere malint *ἀπέπτοισι.*]

[Ibid. *ΟΝΤΩΝ.* Videtur *παρέλκειν*, vel interpretandum *καὶ ὀρνέων νεόσσοις καίπερ μαλερῶν ὄντων.*]

v. 147. (143.) *ΟΒΡΙΚΑΛΟΙΣΙ.* Hesychius, *Ὀβρικάλους. τοῖς τῶν θηρίων ἐκγόνοις.* [Iul. Pollux [b]) Onomast. V. 2. *Τὰ δὲ πάντων τῶν ἀγρίων τέκνα ὀμβρίκια οἱ ποιηταὶ καλοῦσι καὶ ὀμβρίας.*] Eustathius [c]) in Odyss. *A'*. p. 350. *Ὑστρίχων δὲ καὶ τῶν τοιούτων (τὰ νεογνὰ καλοῦνται) ὄβρια καὶ ὀβρίκαλα· ὧν χρῆσις καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἀγαμέμνονι.* Non praetereunda est insignis ballucinatio viri doctissimi [d]), qui ad Varronem de Ling. Lat. I. *Ὀμβρικὰς δαῖτας* apud Plutarchum Symposiac. II. 10. *non intelligendum* monet *de Umbrorum coenis, sed catulorum et ferarum: ὀμβρίκια enim et ὄβρια Aeliano et ὀβρικάλα Aeschylo dicuntur catuli ferarum.* Sic ille. Sed omnino nugas agit: nam cuivis e trivio notum est *Ὀμηρικάς* eo Plutarchi loco esse legendum.

v. 148. *ΤΟΥΤΩΝ. Horum* (pullorum).

Ibid. *ΞΥΜΒΟΛΑ.* Synesius [e]) de Insomniis: *τοῖς δὲ καὶ τὰ καλούμενα σύμβολα τῶν ἐσομένων ἐστὶν ἀρίδηλα γράμματα.*

v. 149. *ΚΑΤΑΜΙΟΜΦΑ ΔΕ. Sed deploranda ostenta.*

[v. 150. (145.) *ΣΤΡΟΥΘΩΝ, aquilarum*: quae vocis significatio a lexicographis praetermissa: illi enim de passere tantum interpretantur. Quin Caesar Scaliger, ex Nicandro [f]), qui prisco more loqui amat, colligit *στρουθὸν* antiquissimis dictam etiam esse gallinam; eoque et struthiocamelum non

---

b) Poll. V, 15.
c) Eustath. in Od. I, v. 222. p. 1625, 47.
d) Scaligeri ad Varr. de l. lat. IV. p. 22. vol. II. Bipont.
e) Synes. p. 134. B. Petav. f) Nicand. Alexiph. 60. 595.

tam passerem marinum quam gallinam marinam reddi debere. Porro generalem habere quandoque significationem, ac gravioribus etiam alitibus competere monet vir summus Ioh. Ger. Vossius Idololatr. III. 86.]

[v. 151. *IHION ΔE.* Forsan includenda haec parenthesi, usque ad *σπευδομένα θυσίαν*, v. 155.]

v. 153. *EXENHIΔAΣ.* Quo pacto Nonnus Dionysiac. XIII. 114. *ἐχενηΐδα γαλήνην* dixit.

v. 155. *ΣΠΕΥΔΟΜΕΝΑ.* De Diana intelligendum, cuius ad avertendum iram Apollinem invocat Calchas, prout innuit Scholiastes, quae mox sequuntur satis probant. [Alii *σπενδομένα*, quod minus placet.]

v. 156. *ETEPAN. Ἀλλόκοτον.* Sic Hebr. אחר, et *δαίμων ἕτερος* Plutarcho de Iside et Osiride.

Ibid. *ANOMON.* Eurip. Iphigen. in Aul. v. 398.

> *Ἐμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες ἡμέραι τε δακρύοις,*
> *Ἄνομα δρῶντα, κοὐ δίκαια, παῖδας οὓς ἐγεινάμην.*

v. 157. *ΣΥΜΦΥΤΟΝ, cognatum.* Humanum, eiusdem generis: quo sensu Horatius, Sat. II. 6. g) *fabam Pythagorae cognatam* dixit. Auratus legit *συμφύτων.*

v. 159. *ΔΕΙΣΗΝΟΡΑ.* Forte *πεισήνορα.* De Iphigenia, quae a patre et ducibus ut sibi parcerent impetrare non potuit.

v. 161. (163.) *ΜΝΑΜΩΝ ΜΗΝΙΣ.* Sic Virgilius, Aen. I. 4.

— memorem Iunonis ob iram.

De Clytaemnestra intelligenda ultima Calchantis verba, quae de Agamemnone poenas exegit pro filia sua Iphigenia. [Ita ipsa, v. 1424 et 1533.]

v. 166. *ΟΜΟΦΩΝΟΝ.* Caeterae editiones post hanc vocem punctum subdunt, queis favet Scholiastes *ὁμοφώνως* interpretatus: nobis potius sublata distinctione *τὸ ὁμόφωνον* ad *αἴλινον* referendum videtur.

v. 168. *ZEYΣ, OΣTIΣ ΠOT' EΣTIN.* Ita Plin. Nat. Hist. II. 7. *illud, quicquid est, summum.* Apposite vir doctissimus P. Victorius, Var. lect. XIII. 2. „Qui in vetere cultu deorum deos invocabant, nominibusque ipsos appellabant, timentes ne apud eos offenderent, si forte non suo nec grato illis nomine vocassent, saepe veniam errati sui petebant, totosque se ad eorum voluntatem referebant, in arbitrio ipsorum ponentes, ut e multis id nomen asciscerent quo magis delectarentur, suaeque inscitiae ignoscerent. Hoc fecit accurate Catullus h), ritumque hunc custodivit in hymno ad

---

g) v. 63.

h) Catull. XXXV, 20.

Dianam; cum enim pluribus nomínibus Deam hanc ipsam vocasset, ad extremum inquit:

Sis quocunque tibi placet sancta nomine.

Nec non Euripides, cuius hic locus a Clemente [i]) citatur Strom. V. *Σοὶ τῷ πάντων μεδέοντι χοὴν πέλανόν τε φέρων, Ζεὺς, εἴτ' Ἀΐδης ὀνομαζόμενος στέργεις· σὺ δέ μοι θυσίαν ἄπορον παγκαρπίαν δέξαι, πλήρη, προχυτίαν.* Non tantum autem e poetarum scriptis magnus hic ipsorum in hac re metus percipitur, verum etiam e gravissimo omnium autore Platone [k]), qui ita inducit Socratem in Philebo loquentem, cum Protarcho incredibilem animi sui reformidationem exponeret: *Τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ περὶ [πέρα] τοῦ μεγίστου φόβος. Καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπῃ ἐκείνῃ φίλον, ταύτῃ προσαγορεύω.*" Haec ille. Non absimilis occurrit locus apud Euripidem, in Troad. v. 884.

Ὦ γῆς ὄχημα, καὶ πὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
Ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόπαστος εἰδέναι,
Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεως, εἴτε νοῦς βροτῶν,
Προσευξάμην σε. ——

[Plaut. Rud. I. 4. [l]) *Quisquis est Deus, veneror.*

Virg. Aen. IV. 577.

.... Sequimur te, sancte Deorum,
Quisquis es.

Vide ibi interpretes, et Paulum Merulam, Cosmogon. I. 2. Ab hoc versu usque ad finem chori sunt tantum metra 98; verum Scholiastes numerat 164.]

v. 171. (163.) *ΟΥΚ ΕΧΩ ΠΡΟΣΕΙΚΑΣΑΙ.* Scholiastes *τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐστι τῷ, Ἐμνήσθην τοῦ θεοῦ, καὶ εὐφράνθην.* Scholiastem hunc christianum fuisse tum ex aliis, tum praecipue ex hoc loco coniicere licet; haec enim ex SS. Scriptura deprompta videntur, Psalm. LXXVII. 3.

v. 172. *ΠΑΝΤ' ΕΠΙΣΤΑΘΜΩΜΕΝΟΣ.* Cuncta revolvens, diligenter considerans. *Σταθμῶμαι* pro *aestimo, perpendo, examino*, usurpatum monet G. Budaeus, Comment. L. Graec. p. 471. Platonem [m]) in Gorgia laudans: *ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα ἔκρινε σταθμώμενον ταῖς χάρισι ταῖς πρὸς αὐτὸ πολὺ ἂν τι τοῦ Ἀναξαγόρου ἦν, ὦ φίλε Πῶλε.* Curtius, VII. 8. [n]) *Ibi sine arbitris singula animi consulta pensando, noctem vigiliis extrahit.* Apuleius, *Omnia, prius quam aliquid statuas, libranda sunt.*

[v. 173. *ΕΙ ΤΟΔΕ ΜΑΤΑΝ.* f. εἰ τόγε μάτας.]

---

i) Clem. Strom. V, p. 248, 28. S. (Fragm. inc. CLV. p. 402. M.)
k) Plat. Phileb. p. 12. C.
l) v. 37.
m) Plat. Gorg. p. 465. D.
n) §. 2.

[v. 177. *ΟΥΔ' ΟΣΤΙΣ.* Fortasse *οὐδ' ὥς τις*, etc. Et mox, v. 179. pro *ὃς δ'* legendum *ὣς δ'*, et sic reddendum:

Neque ut quis modo erat potens
Omnium ad pugnandum provocatrici superbiens audacia,
Nihil dictu (f. ut ita dicam) existens prius,
Ita et postea mansit,
Superiorem nactus perit.]

[v. 179. *ΤΡΙΑΚΤΗΡΟΣ ΟΙΧΕΤΑΙ ΤΥΧΩΝ.* Ita Choeph. v. 337. *Οὐκ ἀτρίακτος ἄτα.* Etymolog. o) *Τριάσσειν· τὸ νικᾶν· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν παλαιστῶν, ἐν ταῖς τρισὶ πάλαις τὴν νίκην χαρπουμένων· καὶ ἀτρίακτος ὁ ἀήττητος.*]

[v. 184. (175.) *ΤΟΝ ΦΡΟΝΕΙΝ ΒΡΟΤΟΥΣ.* Tres trochaïci dimetri catalectici. Homer. Odyss. Ψ'. 11.

—— Μάργην σε θεοὶ θέσαν, οἵ τε δύνανται
Ἄφρονα ποιῆσαι καὶ ἐπίφρονά περ μάλ' ἐόντα,
Καί τε χαλιφρονέοντα σαωφροσύνης ἐπέβησαν.

Ad quem locum V. Cl. D. Iacobus Duportus in Gnomol. Homeric. „Huic porro Homeri sententiae, Deum sc. sapientes et insipientes reddere, bonam mentem dare et adimere, et sapientiam imprimis esse Dei donum, passim suffragantur autores. Pind. Ol. *H'*. p) *Ἐκ θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσι.* Aeschyl. Agamemnone, *Ζῆνα.... τὸν φρονεῖν βροτοὺς ὁδώσαντα.* Et rursus ibid. q) *Τὸ μὴ κακῶς φρονεῖν θεοῦ μέγιστον δῶρον.* Eurip. Suppl. v. 735.

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαπώρους βροτοὺς
Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα.

Contra r),

Ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακὰ,
Τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον.

Quem Iupiter vult perdere dementat prius. Hoc est, solet *ἄφρονα ποιῆσαι καὶ φρενοβλαβῆ.*" Hactenus vir doctissimus.]

v. 185. *ΤΩι ΠΑΘΕΙ ΜΑΘΩΝ ΘΕΝΤΑ.* Grotius legit *μάθος*. Nos vero cum Cantero *μάθαν*. Hesych. *Μάθας, μαθήσεως.* Quae nocent docent. Vel uno verbo *μαθευθέντα.* Vide Herodot. I. Xenoph. de Cyri paedia. Sic et Dido apud Virgilium, Aen. I. 630.

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Quod profert Scholiastes: *— παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω*, ex Hesiodo, *Ἔργ.* v. 216. desumptum est.

[v. 186. *ΚΥΡΙΩΣ ΕΧΕΙΝ.* Lege: *κυρίως ἔχον. μάθος* sc. ut priores editiones, approbante Grotio. *Θέντα μάθος κυρίως ἔχον, documentum quod praevaleat aut efficax sit.*]

---

o) Et. M. p. 765, 37.
p) imo XI, 10. (X, 10. Bkh.)
q) Agam. 927. Glasg.
r) Eurip. fragm. inc. 25.

v. 187. *ΠΡΟ ΚΑΡΔΙΑΣ.* Grotius *πρός.*
[Choeph. v. 389.

Πάροιθεν δὲ πρώρας
Δμωίδας τε παρδίας.]

v. 190. (181.) *ΧΑΡΙΣ, ΒΙΑΙΩΣ.* Grotius *χάρις βίαιος.*
v. 191. *ΣΕΛΜΑ ΣΕΜΝΟΝ ΗΜΕΝΩΝ.* Est *σέλμα* proprie *καθέδρα ἢ σελὶς νεώς.* Idem tropus infra, v. 1626.

Σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος
Κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός;

Est enim *σέλμον* idem quod *ζυγόν* navis.]
v. 192. *ΚΑΙ ΤΟΘ' ΗΓΕΜΩΝ Ο ΠΡΕΣΒΥΣ.* *Tuno imperator summus.* [Hyperbaton: cuius redditio mox, v. 213.

Ἄναξ δ' ὁ πρέσβυς τόδ' εἶπε φωνῶν.]

Priores tres versus sunt trochaïci dimetri catalectici, distingue igitur:

Καὶ τόθ' ἡγεμὼν ὁ πρέ-
σβυς νεῶν Ἀχαϊκῶν
μάντιν, κ. τ. λ.

[v. 193. *ΝΕΩΝ ΑΧΑΙΚΩΝ.* Et mox, v. 197. *Ἀχαϊκὸς λεώς.*]
v. 195. *ΕΜΠΛΑΙΟΙΣ, incidentibus.* Ita postea, v. 355. *Πρόσπαια κακά*, quae ex mente Scholiastae, *προσπαίσαντα*, *καὶ προσκρούσαντα αὐτοῖς.* Hanc vocem eodem sensu memini me apud Euripidem [s]) alibi legisse.
v. 196. *ΕΥΤ' ΑΠΛΟΙΑ ΚΕΝΑΓΓΕΙ.* Euripides, Iphigen. in Aul. v. 88.

—— *ἁπλοΐᾳ χρώμενοι κατ' Αὐλίδα.*

Idem, Iphig. in Taur. v. 15.

Δεινῆς τ' ἁπλοίας, πνευμάτων τ' οὐ τυγχάνων.

Distingue vero ob metrum:

εὖτ' ἁπλοΐᾳ κενα-
γεῖ βαρύνοντ' Ἀχαϊὸς λεώς. [f. *βαρύνετ'.*]

[v. 199. *ΠΑΛΙΡΡΟΘΟΙΣ ΕΝ ΑΥΛΙΔΟΣ ΤΟΠΟΙΣ* Lucan. V. 236.

..... iniquam classibus Aulin.]

v. 201. (193.) *ΚΑΚΟΣΧΟΛΟΙ.* Sic Horatius. [Carm. IV. 6. [t]) *Maleferiatos Troas.* Hesych. *Κακοσχόλους· καὶ κατὰ τὴν σχολήν.* Idem *Νῶκαρ... Κακόσχολος ἔννοια.*]
v. 205. *ΚΑΤΕΞΑΙΝΟΝ ΑΝΘΟΣ ΑΡΓΕΙΩΝ.* Ut supra, Pers. v. 59.

—— *ἄνθος Περσίδος αἴας.*

---

s) Fefellit Stanleium memoria. t) v. 14. 15.

Eleganter *κατέξαινον*. Virgil. Georg. IV. 54.

Purpureosque metunt flores.

[Malim *Ἄργων*, nam melius respondet antistrophe.]

v. 206. *ΕΠΕΙ ΔΕ ΑΛΛΟ ΜΗΧΑΡ.* Deinde vero aliud officium vel debitum, sc. ad placandam iram Dianae, vates propalavit. [f. *ἔπαυτα δέ.* Cogita.]

[v. 210. (202.) *ΑΡΤΕΜΙΝ.* Sc. quod immolanda esset Iphigenia ad placandum Dianam.]

[Ibid. *ΧΘΟΝΑ ΒΑΚΤΡΟΙΣ ΕΠΙΚΡΟΥΣΑΝΤΑΣ. Sceptris*, more indignantium. Homer. Il. *Α'*. 245.

Ὣς φάτο Πηλείδης· ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ.

Hesychius: *Σκῆπτρον κυρίως μὲν πᾶσα ῥάβδος ἀπὸ τοῦ σκηρίττεσθαι ἐπ' αὐτῇ, ὅ ἐστιν ἐπερείδεσθαι, καὶ τὸ βασιλικὸν δὲ σύμβολον.*]

v. 213. *ΤΟΔ'*. Malim *τότ'*, ut respondeat *τῷ ἐπεί*, v. 206.

v. 214. *ΒΑΡΕΙΑ ΜΕΝ ΚΗΡ.* Euripides, nostrum imitatus, Iphigen. in Aulide, v. 1257.

Δεινῶς δ' ἔχει με ταῦτα τολμῆσαι γυνὴ,
Δεινῶς δὲ καὶ μή. ——

Ibid. *ΠΕΙΘΕΣΘΑΙ.* [Hinc proverbium, *Ἀγαμέμνονος θυσία· ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν καὶ σκληρῶν.* Zenob. I. 13. Diogenian. I. 6.] Cum hanc tragoediam sub manibus haberem, Aeschylum quendam Canterianae editionis, cuius ad oram emendationes quasdam annotaverat Henricus Iacob, vir literarum humaniorum, praesertim linguarum orientalium, peritissimus, pro summa sua humanitate communicavit mihi eruditissimus Henricus Birkhead, ubi pro *πείθεσθαι* reposuisse Iacob *πιθέσθαι* ob metrum video; cui assentior.

v. 216. *ΔΟΜΩΝ ΑΓΑΛΜΑ.* Recte: eo enim nomine immolatam ferunt Iphigeniam, quod *καλλιστεῖον* reportavit; Euripides in Iphig. in Taur. v. 20. (verba sunt Calchantis ad Agamemnonem):

—— ὅ, τι γὰρ ἐνιαυτὸς τίκτει
Κάλλιστον, εἴξω Φωσφόρῳ θύσειν θεᾷ.
Παῖδ' οὖν ἐν οἴκοις σὴ Κλυταιμνήστρα δάμαρ
Τίκτει· τὸ καλλιστεῖον εἰς ἐμ' ἀναφέρων·
Ἣν χρή σε θῦσαι. ——

Enimvero *ἄγαλμα* Hesychio interprete est *πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται.* Quo sensu Homerus, Il. *Δ'*. 144.

—— βασιλῆϊ δὲ κεῖται ἄγαλμα.

[v. 218. *ΠΑΤΡΩΙΟΥΣ ΧΕΡΑΣ.* Lege *πατρῴους**) *χεῖρας.*]

[v. 220. (212.) *ΛΙΠΟΝΑΥΣ. Λιπόταξις, desertor, emansor. Λιποναύτης.* Et ita correxisse virum doctum video: sed cogita.]

---

*) Voluit, puto, *πατρωΐους.*

v. 222. *ΠΛΥΣΑΝΕΜΟΥ ΓΑΡ ΘΥΣΙΑΣ.* Virgilius, Aen. II. 116.

Sanguine placastis ventos. ——

Seneca, in Agamemnone, v. 170.

Cruore ventos eminus. ——

[Huius generis erat sacrificium illud, cuius mentionem facit autor Cyri *ἀναβάσεως* [u]), sive is Xenophon fuerit sive quod verisimilius *** [x]), IV. p. 329. *Καὶ ἄνεμος Βορρᾶς ἐναντίος ἔκνα, παντάπασιν ἀποκαίων καὶ πηγνὺς τοὺς ἀνθρώπους. Ἔνθα δὴ τῶν μάντεών τις εἶπε σφαγίσασθαι τῷ ἀνέμῳ, καὶ σφαγιάζεται.*]

v. 223. *ΠΑΡΘΕΝΙΟΥ Θ' ΑΙΜΑΤΟΣ ΟΡΓΑΙ ΠΕΡΙΟΡΓΩΣ ΕΠΙΘΥΜΕΙΝ ΘΕΜΙΣ.* Legendum videtur:

παρθενίου θ' αἵματος ὀργῇ
περιόργως τ' ἐπιθυμεῖ
Ἄρτεμις. ——

Expressit Ovid. Met. XII. 28. sub eiusdem Calchantis persona,

Sanguine virgineo placandam virginis iram
Esse deae. ——

[Schol. *τῷ τρόπῳ* (f. *θεοπροπίῳ*) *γὰρ αὐδᾷ ὁ μάντις.* Sunt qui *περιόργως ἐπιθυμεῖν* glossema putant. Valerius Flaccus, Argonaut. II. 301.

Taurorumque locos, delubraque saeva Dianae
Advenit, hic illum tristi dea praeficit aras
Ense dato.

Iuvenalis Sat. XV. 115.

—— Maeotide saevior ara
Aegyptus.

Ovid. de Ponto, III, 2. de hac ara loquens,

Sacrifici genus est, sic instituere priores,
Advena virgineo caesus ut ense cadat.

Pompon. Mela, II. 1. *Tauri et Iphigeniae et Orestis adventu maxime memorati, immanes sunt moribus, immanemque famam habent, solere pro victimis advenas caedere.*]

[v. 225. *ΘΕΜΙΣ.* Legendum *Ἄρτεμις* superiora confirmant, v. 187.

—— *Οἶκῳ γὰρ ἐπι-*
φθονος Ἄρτεμις. ——]

[Ibid. *ΕΥ ΓΑΡ ΕΙΗ.* f. *Εὖ δ' ἄρ εἴη.*]

---

u) Anabas. IV, 5, 8.

x) *Credo Themistogenem voluisse dicere, vide Kuster. ad Suid. in voce Θεμιστογένης.* — S. Butler.

[v. 226. *ΕΠΕΙ Δ'*. f. ἔπειτ'.]

Ibid. *ΑΝΑΓΚΑΣ ΛΕΠΑΔΝΟΝ*. Agamemnon apud Euripidem in eadem re, Iphig. in Aul. v. 443.

Εἰς οἷ' ἀνάγκης ζεύγματ' ἐμπεπτώκαμεν;

Λέπαδνα sunt, secundum Hesychium, *ἱμάντες πλατεῖς, οἷς ἀναδέονται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν.*

[v. 227. *ΤΡΟΠΑΙΑΝ*. Est *τροπαία* ventus, qui flatu converso e mari in terram revertitur. Aristot. Probl. XXVI. 5. *Ἔστιν ἡ τροπαία οἷον ἀναστροφὴ ἀπογείας*. Plin. II. 43. *Qui quidem, cum e mari redeunt, tropaei vocantur; si pergunt, apogaei.*]

v. 229. *ΤΟΘΕΝ*. Legimus cum Scholiaste *ὅθεν*.

[v. 230. (222.) *ΒΡΟΤΟΙΣ*. f. *βροτούς*.]

[v. 231. *ΘΡΑΣΥΝΕΙ ΓΑΡ*. Lege et distingue:

Θαρσύνει γὰρ αἰσχρό-
μητις τάλαινα, κ. τ. λ.]

v. 232. *ΠΡΩΤΟΠΗΜΩΝ*. Sic Homero [y]), et, qui Homerum sequutus est, Colutho [z]), naves Paridis, quae exitium patriae attulerunt, *ἀρχέκακοι νῆες* dictae sunt.

[v. 234. *ΑΡΩΓΑΝ*. f. *ἀρωγά*; vel sub. *εἰς ἀρωγάν*.]

v. 235. *ΠΡΟΤΕΛΕΙΑ ΝΑΩΝ*. *Sacra navium auspicalia.* Vide quae supra annotavimus ad v. 65. Neque enim Cantero assentiendum, qui *ἀπαρχάς* interpretatur, in Lycophron. pag. 160. pravam, ni fallor, Hesychii lectionem sequutus; ita enim ille: *Προτέλειαι· αἱ ἀπαρχαὶ, κυρίως μὲν τῆς λείας, ἤγουν τῆς αἰχμαλωσίας· καταχρηστικῶς πᾶσα ἀπαρχή.* Legendum omnino, tum ex re ipsa, tum ex literarum ordine, cuius est Hesychius observantissimus, *πρωτόλεια*, quae vox primo et ex sua origine, praedae, per abusionem, quaslibet primitias significat; praecipue tamen et specialiter frugum, ut apud oracula Leonis Imperatoris a Iano Rutgersio edita:

Δρεπανηφόρε, τετράμηνόν σοι γράψω,
Πρωτόλεια δὲ πάντ' ἀνήλωται ξίφει.

[Etymolog. [a]) *Πρωτόλεια, τὰ πρῶτα τῶν ληΐων, καὶ [τῶν] τοῦ πολέμου λαφύρων ἐξαίρετα καὶ πρώτιστα· ἅπερ εἰώθασιν οἱ πρώτιστοι λαμβάνειν.* Vide v. 963.]

[v. 237. *ΠΑΡ' ΟΥΔΕΝ ΕΘΕΝΤΟ*. Eumenid. v. 848.

— Ἀπὸ γάρ με τιμὰν δαμίαν
Θεῶν δυσπάλαμοι
Παρ' οὐδὲν ἦραν δόλοι.]

Ibid. *ΑΙΩΝΑ ΠΑΡΘΕΝΙΟΝ*. Lege *αἰῶνά τε παρθένιον*. [Hesych. *Αἰών· ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων· ὁ τῆς ζωῆς χρόνος.* Ita mox, v. 254.

---

y) Iliad. V, 63.
z) Coluth. v. 8. 9.
a) Et. M. 693, 11.

Αἰῶνα φίλως ἐτίμα.

Homerus, Il. Ω'. 725. *Ἄνερ, ἄπ' αἰῶνος νέος ὤλεο.* Procopius ad Genes. III. 22. *Τὸ δὲ εἰς τὸν αἰῶνα πρόσκειται ἀντὶ τοῦ, διὰ βίου· ᾧ ὅμοιον τὸ παρὰ Παύλῳ,* (1 Cor. VIII. 13.) *Οὐ μὴ φαγῶ κρέα εἰς τὸν αἰῶνα.* Ita Latini *aevum.* Horat. Sat. II. 6. [b])

Vive memor, quam sis aevi brevis.]

v. 238. *ΒΡΑΒΗΙΣ.* Ducés Graecorum. Euripides, Iphigen. in Aul. v. 513.

Μεν. Πῶς; τίς δ' ἀναγκάσει σε τὴν γε σὴν κτανεῖν;
Ἀγ. Ἅπας Ἀχαιῶν σύλλογος στρατεύματος.

Lucretius, I. 85.

Aulide quo pacto triviai virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine foede
Ductores Danaum delecti. ——

v. 239. *ΑΟΖΟΙΣ.* Ministris sacrorum. Lucret. I. 90. de Iphigenia:

Et moestum simul ante aras astare parentem
Sensit, et hunc propter ferrum celare ministros.

Ovidius, Metam. XII. 31.

—— castamque datura cruorem
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris.

Etymolog. [c]) *Ἄοζος, ὁ ὑπηρέτης· καὶ ἀοζήσω, διακονήσω, ὑπουργήσω.* Et Suidas, *Ἀοζήσω, διακονήσω, ὑπηρετήσω, ὑπουργήσω. Ἄοζοι, πολύοζοι, πολλὰ ξύλα καίοντες, ἤγουν οἱ μάγειροι.* Ex his restituendus Hesychius; *Ἄοξοι·* (lege *Ἄοζοι*) *μάγειροι, ὑπηρέται, θεράποντες, κ. τ. λ. Ἀοξήσω·* (lege *Ἀοζήσω*) *διακονήσω, ὑπουργήσω· Αἰσχύλος Ἐλευσινίοις.*

[v. 240. (232.) *ΥΠΕΡΘΕΝ.* Lege *ὕπερθε* metro iubente, ut *ὄπισθεν* vel *ὄπισθε*, sic enim exigit *τὸ τροπαίαν* in strophe.]

v. 241. *ΠΕΠΛΟΙΣΙ ΠΕΡΙΠΕΤΗ.* Quo honestius procumberet. Ita Polyxena in Euripidis Hecuba, v. 568.

—— θνήσκουσ', ὅμως
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.

—— iam moriens, tamen
Solicita multum est, condecenter ut cadat.

Ovidius, Metamorph. XIII. 477.

Illa, super terram deflexo poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata novissima vultus.
Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
Cum caderet; castique decus servare pudoris.

---

b) v. 97. c) Et. M. 116, 41.

Et Fast. II. 833.

Tunc quoque iam moriens, ne non procumbat honeste
Respicit; haec etiam cura iacentis erat. ——

Tale quiddam de matre Alexandri Olympiade, cum Cassandri mandato iugularetur, narrat Iustinus, XIV. 6. *Insuper expirans, capillis et veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum videri.* Nec non de Iulio Caesare Suetonius, cap. 82. *Utque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit; simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.*

[v. 242. *ΠΡΟΝΩΠΗ.* Hesych. *Προνόπως· προτεταμένως, προνενευκώς· οἱ δὲ προπετὴς, ἕτοιμος, πρόχειρος.* Ad quem locum Sopingius: „Legendum videtur *προνώπης· προτεταμένος*, etc. Aeschyl. Agam. v. 242. *Παντὶ θυμῷ προνωπῆ λαβεῖν ἀέρδην. Προνωπεῖς* dicuntur mortui, quod solent ex penitiore aedium parte produci, ac in vestibulo, id est, *προνωπίῳ*, collocari." Haec ille.]

v. 243. *ΑΕΡΔΗΝ.* Hesych. *Ἀέρδην· ἄνω, ἢ φοράδην.* Male scribitur *ἀερδήν.*

Pindarus vero, Ol. XIII. 12. [10. B.] *ὕβριν* vocat *κόρου μητέρα*, cum potius fuerit dicendum *κόρον* esse *πατέρα ὕβρεως*. Sed tamen non recte illum locum docti emendant: nam est figura *ἀναστροφή* frequens Pindaro, prout monet Scholiastes in Nem. V. sub initio, ubi et simillimum adducit exemplum: *Ἡσυχία φιλεῖ μὲν συμπόσιον*; (quin apud ipsum Pindarum Nem. Θ'. p) vulgo legitur *ἡσυχίαν*.) Ita et in oraculo apud Herodotum, VIII. 77.

Δῖα δίκη σβέσσει κρατερὸν κόρον, ὕβριος υἱόν.

v. 770. *ΓΑΡ.* Lege δ' ἄρ'.

[v. 771. *ΚΑΛΛΙΠΑΙΣ.* l. *καλίπαις*.]

[v. 772. *ΦΙΛΕΙ.* Hesych. *Φιλεῖ· εἴωθεν.* Herodot. q) *Ἐχθέα ἰσχυρὰ φιλέει ἐγγίνεσθαι.* Quintilian. IX. 3. *Ex Graeco vero translata vel Sallustii plurima; quale est, Vulgus amat fieri.*]

[v. 775. *ΟΤΑΝ ΤΟ ΚΥΡΙΟΝ ΜΟΛΗι.* Statutum tempus. Oppian. Cyneg. III. 156.

Πρὶν τοκετοῖο μολεῖν ὥρην, πρὶν κύριον ἦμαρ.

Ita et Euripides, Orest. v. 48. *κύριον ἦμαρ*, et ibid. v. 1053. *κυρίαν ἡμέραν* dicit; Aristophanes, Acharn. v. 19. *κυρίαν ἐκκλησίαν*, h. e. *νόμιμον καὶ ὡρισμένην καὶ κεκυρωμένην*.]

[v. 777. *ΝΕΑΡΑ ΦΑΟΥΣ ΚΟΤΟΝ.* Aur. *νεαρὸν φάους τόκον*.]

[Ibid. *ΦΑΟΥΣ ΚΟΤΟΝ.* Flagitiosissimum quid: *ἡλίου τύγος*, nefandum scelus, a quo ipsa lux abhorreat. Ita *Sol abominatus*, Atrei facinus, *ne pollueretur, aufugit.* Serv. r) in Aen. I.]

---

o) Menand. p. 230. Mein.
q) Herod. III, c. 82.
p) v. 115. (48. Bkh.)
r) Serv. in Aen. I, 567.

[v. 778. *ΔΑΙΜΟΝΑ.* Alastorem: infra v. 1477.

Δαῖμον, ὃς ἐμπίπτεις δώμασι καὶ
Διφυεῖσι Ταντα λίδαισιν.

Et v. 1578.

Ἐθέλω δαίμονι τῶν Πλεισθενιδᾶν
Ὅρκους θεμένα τάδε μὲν στέργειν.]

[Ibid. *ΑΜΑΧΟΝ, ΑΠΟΛΕΜΙΟΝ.* Forsan ἀπόλεμον glossa est τοῦ ἄμαχον, et e scholiis irrepsit in textum: metrum sine eo constabit ratio carminis.]

[v. 780. *ΜΕΛΑΙΝΑΣ ΜΕΛΑΘΡΟΙΣΙΝ ΑΤΑΣ.* Postea, v. 1443. *φόνου μέλαθρον.* Auratus legit *μελαίναν μελάθροισιν ἄταν.*]

[v. 781. *ΕΙΔΟΜΕΝΑΝ ΤΟΚΕΥΣΙΝ.* Sc. ἔβρεν. Supra, v. 769.

Σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ.]

[v. 782. *ΔΙΚΑ ΔΕ ΛΑΜΠΕΙ.* Incertus s) apud Stobaeum:

Δίκης γὰρ ἐξέλαμψε νῦν ὅσιον φάος.]

v. 783. *ΔΥΣΚΑΠΝΟΙΣ ΔΩΜΑΣΙ.* [*Humilibus.* Rectissime Scholiastes: *πενιχροῖς καὶ εὐτελέσι*; *fumosae domus*, id est, pauperes et viles. Iustitiam autem tales inhabitare, et paupertatis sororem bonam mentem esse, poetis et oratoribus decantatissimum. *Δυσκάπνοις δώμασι* opponit mox *χρυσόπαστα.*]

[v. 784. *ΕΝΑΙΣΙΜΟΝ BION.* Hesych. *Ἔναίσιμος· τὰ καθήκοντα, προσήκοντα εἰδώς.*]

[v. 785. *ΧΡΥΣΟΠΑΣΤΑ ΕΣΘΛΑ.* Gloss. *Παστὸς, ἡ νύμφης. Obtentus coronotio, thalamus*; recte *obtentum*, est enim proprie velum tori maritalis, cuius obtentu sacra illa pudentius peraguntur: quod meminit vir insignis Iulius Scaliger, Poet. III. 101. Hic vero *χρυσόπαστα ἐσθλά* generalius accipe pro rebus quibusvis pretiosissimis, auro distinctis et variegatis. Sic Plutarchus in Anton. t) p. 327. *σκιάδα χρυσόπαστον* dixit; Lucianus adv. Indoct. u) c. 8. *χρυσόπαστον ἐσθῆτα*, quod Iuvenalis Sat. VI. 182.

Aut latum pictae vestis considerat aurum.

Ubi interpres vetus *auro-clavas*, malim *auro clavatas*, vestis *miratur*. Malim itaque hic apud nostrum legere *χρυσόπαστα ἐσθλα*, si id versus patiatur, quod et respondet *τῷ δυσκάπνους δώμασι.*]

[v. 786. *ΣΥΝ ΠΙΝΩι.* Hesych. *Πίνος· ῥύπος, καὶ τὰ ἔμπυα.* a corpore ad animum translatum. Sic Ebraei, ex Esai. IV. 4

---

s) Sophocles Aiac. Locr. fragm. 1.

t) cap. 26. p. 927. A. u) vol. III, p. 107.

D. Iacob. I. 21. *Ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν.* Apocalyps. XXII. 11. *Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι· καὶ ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι.* Sueton. in August. c. 32. *Reorum sordes.*]

[Ibid. *ΧΕΡΩΝ.* Manus pro actione. Ita Ebraei; Gen. XX. 5. בנקין כפי, *in munditie manuum mearum*, et passim. D. Iacob. IV. 8. *καθαρίσατε χεῖρας ἁμαρτωλοί.*]

[Ibid. *ΣΥΝ ΠΙΝΩι ΧΕΡΩΝ ΠΑΛΙΝΤΡΟΠΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙ ΛΙΠΟΥΣΑ.* Esaias I. 15. *Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis; et cum multiplicaveris orationem, non exaudiam; manus enim vestrae sanguine plenae sunt.* Et LIX. 2, 3. *Peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret, manus enim vestrae pollutae sunt sanguine.*]

[v. 787. *ΠΑΛΙΝΤΡΟΠΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙ.* Horat. Carm. II. 2. x)

Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos.]

[v. 788. *ΟΣΙΑ.* Aur. *ὅσια.*]

[Ibid. *ΤΟΥ Πλούτου.* Nota figuram. Legit vero Auratus *πού.*]

[v. 789. *ΔΥΝΑΜΙΝ ΠΛΟΥΤΟΥ ΠΑΡΑΣΗΜΟΝ.* Hesych. *Παράσημον· ἀδόκιμον, κίβδηλον· ἀπὸ τούτου καὶ τῶν νομισμάτων τὰ κίβδηλα παράσημα λέγεται.*]

[v. 791. *ΠΑΝ Δ' ΕΠΙ ΤΕΡΜΑ ΝΩΜΑι.* f. *τέρματι. Omnia dirigit ad finem.* Hesych. *Νωμῆσαι· κινῆσαι..... κυβερνῆσαι.* Sept. Theb. v. 2. *πόλεως Οἴακα νωμῶν.* Ubi Scholiastes *A'. Κυβερνήτης ὢν τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων.* Hinc Aristophanes solem *ἱπποκώμαν* dixit, Nub. v. 571. sc. *τὸν ἐλαύνοντα καὶ νωμῶντα τὸ ἅρμα, καὶ τοὺς ἵππους ἡνιοχοῦντα.* Vel poterit reddi: *omnium* rerum *exitum dirigit et disponit*; per tmesin. *Ἐπινωμᾷ* enim idem sonat quod *νωμᾷ.* Eumen. v. 310.

Λέξαι τε λάχη τὰ κατ' ἀνθρώπους
Ὡς ἐπινωμᾷ στάσις ἅμα.]

IV.

v. 792. *ΑΓΕ ΔΗ, ΒΑΣΙΛΕΥ.* Agamemnon intrat.

[v. 794. *ΠΩΣ ΣΕ ΣΕΒΙΖΩ.* Exhibet hoc loco poeta characterem tum candoris animi tum gravitatis insignem, et personarum *ἠθεῖ* congruentissimum, usque ad v. 816.]

[Ibid. *ΜΗΘ' ΥΠΕΡΑιΡΑΣ, ΜΗΘ' ΥΠΟΚΑΜΨΑΣ ΚΑΙΡΟΝ ΧΑΡΙΤΟΣ.* Euripides ex nostro, Iphigen. Aul. v. 977.

Πῶς ἄν σ' ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις,
Μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν;
Αἰνούμενοι γὰρ οἱ 'γαθοὶ τρόπον τινὰ
Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῷ σ' ἄγαν.

x) v. 24.

Noster vero Homericum illud imitatus videtur, Il. K'. 249.

Τυδείδη, μήτ' ἄρ' με μάλ' αἶνεε μήτε τι νείκει.

Quem locum adducit Plutarchus y) de amici et adulatoris discrimine.]

[Ibid. *ΥΠΕΡΑΙΡΑΣ.* Quod Horatius Epist. II. 2. 10.

—— plenius aequo

Laudat ——]

v. 797. *ΤΟ ΔΟΚΕΙΝ ΕΙΝΑΙ.* Sc. *τὸ δοκεῖν, τῷ εἶναι. Malint videri quam esse.* [Hinc optimum illud philosophi alicuius consilium, apud Diogenem Laertium, nisi fallor, *Qualis videri cupis enitere ut re ipsa sis.* Porro vitium, quod his damnat et quod in sequentibus optime describit poeta, eorum est, qui videri quam esse malint amici. Graecis *ἀρέσκεια* dicitur, Latinis *placentia* et *placor.*]

[v. 798. *ΔΙΚΗΝ ΠΑΡΑΒΑΝΤΕΣ.* Virtus illa, a qua deflectit *ἀρέσκεια*, Aristoteli in Endemiis, II. 3. *σεμνότης* dicitur; in Nicomacheis II. 7. *φιλία. Ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὢν, φίλος, καὶ ἡ μεσότης φιλία· ὁ δ' ὑπερβάλλων* (nostro *δίκην παραβὰς*) *ἂν μὲν οὐδενὸς ἕνεκα, ἄρεσκος, εἰ δ' ὠφελείας τῆς αὑτοῦ, κόλαξ.* Videndus Plutarchi z) libellus de adulatoris et amici discrimine.]

[v. 799. *ΔΥΣΠΡΑΓΟΥΝΤΙ.* f. *Δυσπραγέοντι.*]

v. 804. *ΟΣΤΙΣ Δ' ΑΓΑΘΟΣ ΠΡΟΒΑΤΟΓΝΩΜΩΝ ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΛΑΘΕΙΝ ΟΜΜΑΤΑ ΦΩΤΟΣ.* [Etymolog. a) *Γνώμων· ὁ ὁδοὺς τῶν ἀλόγων ζώων· ἔνθεν καὶ προβατογνώμων εἴρηται, ἀπὸ τοῦ τὸν χρόνον ἀπ' αὐτοῦ διαγινώσκεσθαι.*] Sapienti frons blanda et adulatoriae offuciae non imponunt. Horat. Sat. II. 1. b) de Augusto:

Cui male si palpere, recalcitrat undique tutus.

Dictum vero hoc ex mente Pythagorae, qui physiognomiam primus excoluit, et hac arte mores neophytorum ariolabatur. Porphyrius in Vita eius: *Ταύτην γὰρ ἠκρίβου πρῶτος τὴν περὶ ἀνθρώπων ἐπιστήμην, ὁποῖος τὴν φύσιν ἕκαστος ἐκμαθών. Καὶ οὔτ' ἂν φίλον οὔτε γνώριμον ἐποιήσατο οὐδένα, πρὶν πρότερον φυσιογνωμονῆσαι τὸν ἄνδρα, ὁποῖός ποτ' ἐστίν.* Iamblichus, c. 17. *Προσεθεώρει δὲ καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν πορείαν, καὶ τὴν τοῦ σώματος κίνησιν. Τοῖς τε τῆς φύσεως γνωρίσμασι φυσιογνώμων αὐτοὺς σημεῖα τὰ φανερὰ ἐποιεῖτο τῶν ἀφανῶν ἐν τῇ ψυχῇ.* Gellius, I. 9. *Iam a principio adolescentes qui ei ad discendum obtulerant ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum significat mores naturasque hominum, coniectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu, sciscitari.*

---

y) Plut. Mor. vol. II, p. 57. Frcf.
a) Et. M. p. 236, 49.
z) Plut. Mor. p. 62. D.
b) v. 21.

Eum qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim iubebat. Quo nomine Cylonem repudiavit; Porphyr. in Vita eius: *Ὁ δ' εὐθὺς φυσιογνωμονήσας τὸν ἄνδρα, καὶ ὀπυῖος ἦν συνιδὼν ἐκ τῶν σημείων, ἃ διὰ τοῦ σώματος ἐθήρα τῶν προσιόντων, ἀπιέναι ἐκέλευσε, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν.*

v. 807. *ΥΔΑΡΕΙ ΣΑΙΝΕΙΝ ΦΙΛΟΤΗΤΙ.* Explicat hunc locum Petrus Victorius, Var. Lect. I. 13. „Ὑδαρή, inquit, vilioris potionis genus est, cum in musti pusillam partem multum aquae infusum est: *ὑδαρίς* vero quod aquosum est; ut Alexis c) in *Παιδερασταῖς*, cuius testimonium ab Athenaeo citatur:

—— ἔγχεον σὺ δὴ πιεῖν
Εὐζωρότερον, γένη δύο παῖδες· τὸ γὰρ d)
Ὑδαρὲς ἅπαν τοῦτ' ἔστι τῇ ψυχῇ κακόν.

Unde translatum ad alias res valet *tenue* atque *infirmum*; ut Aristoteles e) etiam hoc verbum in Politic. II. cepit, disserens contra rempublicam Platonis communionemque, quam inducebat, liberorum. Haec enim eius verba: *Ἐν δὲ τῇ πόλει τὴν φιλίαν ἀναγκαῖον ὑδαρῆ γίνεσθαι διὰ τὴν κοινωνίαν τὴν τοιαύτην.* Ut Aeschylus appellavit *ὑδαρῆ φιλότητα*. Intellexerunt igitur hi ambo amicitiam quam dixi, id est, non puram neque meram." Haec ille.

[v. 810. *ΚΑΡΤ' ΑΠΟΜΟΥΣΩΣ.* Ob bellum mulieris causa susceptum. Vide sis Athenaeum f) Deipnosoph. XIII. 2. *Οὐδένα δὲ ὑμῶν ἀγνοεῖν οἴομαι, ἄνδρες φίλοι, ὅτι καὶ οἱ μέγιστοι πόλεμοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο· ὁ Ἰλιακὸς δι' Ἑλένην· κ. τ. λ.*]

[Ibid. *ΗΣΘΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΣ.* Cicero pro Sext. Roscio, c. 27. *Et simul tibi in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris: hunc hominem ferum atque agrestem fuisse, etc.*]

[v. 811. *ΠΡΑΠΙΔΩΝ ΟΙΑΚΑ ΝΕΜΩΝ.* Hesych. *Πραπίδων· φρενῶν, διανοιῶν.* Lege autem *οἴακα νωμῶν*, tum quod metri ratio exigat, tum quod alias Aeschylo usurpatur; ut Sept. Theb. v. 2. *Πόλεως Οἴακα νωμῶν.* Clytaemnestra apud Senecam Agamemn. v. 136.

—— fluctibus variis agor, etc.
Proinde omisi regimen e manibus meis.

Nempe, clavum et gubernaculum rectae rationis. Seneca, Consolat. ad Marciam, 6. *Regamur; nec nos ista vis transversos auferat. Turpis est navigii rector, cui gubernacula fluctus eripuit.* Anonymus auctor Vitae Pythagorae apud Pho-

---

c) imo Diphilus ap. Athen. X, p. 423. E. F.
d) *Εὐζωρότερόν γε νὴ Δί' ὦ παῖ δός· τὸ γάρ —.*
e) Aristot. Polit. II, c. 4. p. 421. Duval.
f) Athen. XIII. cap. 10. p. 560. B. sqq.

Idem in Hecuba, v. 265.

Ἑλένην νιν (Achillem) *αἰτεῖν χρὴ τάφῳ πρόσφαγμα*

(l. *προσφάγματα*, nam claudicat versus)

Κείνη γὰρ ὤλεσέν μιν, εἰς Τροίαν τ' ἄγει.

Ibid. *ΕΛΕΠΤΟΛΙΣ.* Euripides in Troad. v. 892.

Αἱρεῖ γὰρ ἀνδρῶν ὄμματ' (ἔλανδρος sc.) ἐξαιρεῖ πόλεις· (ἐλέπτολις.)
Πίμπρησι δ' οἴκους, οὐδ' ἔχει κηλήματα.

Idem in Rheso, v. 913.

—— *μυριάδας τε πόλεις*
Ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐκένωσεν.]

v. 701. *ΓΙΓΑΝΤΟΣ.* Vide quae ad Promethei, v. 351. [Apuleius b) de Mundo: *Sed ventorum binae sunt species; qui facti e telluris halitu constant, Terrigenae vocantur: at illi qui excutiuntur e sinibus, Encolpiae, de recessu nominati.*]

[v. 702. *ΠΟΛΥΑΝΔΡΟΙ ΤΕ.* f. δέ.]

v. 703. *ΚΑΤ' ΙΧΝΟΣ ΠΛΑΤΑΝ ΑΦΑΝΤΟΝ*, *secundum vestigia remorum inapparentia.* Legimus cum Cantero *πλάτας*. Graecos dicit, more venatorum, Helenam persequi vestigiis remorum inapparentibus: scite *ἄφαντον*. Proverb. XXX. 19. *Viam aquilae in coelo, viam navis in mari*, etc. de rebus non indagandis.

v. 705. *ΚΕΛΣΑΝΤΩΝ ΣΙΜΟΕΝΤΟΣ ΑΚΤΑΣ.* Rescribe *κέλσαν τοῦ Σιμόεντος*. Supplic. v. 335.

Κέλσειν ἐς Ἄργος. ——

v. 706. *ΑΞΙΦΥΛΛΟΥΣ.* Legimus *αὐξιφύλλους*.

[v. 708. *ΚΗΔΟΣ.* Ingeniosissime alludit ad ambiguam vocis significationem. Hesych. *Κῆδος· κηδεία, πένθος, λύπη, φθορά, συγγένεια.*]

v. 710. *ΑΤΙΜΩΣ ΙΝ' ΥΣΤΕΡΩι ΧΡΟΝΩι.* Recte Canterus uno verbo *ἀτίμωσιν*. [Mensam hospitalem violare religiosissimum ducebant veteres, utpote quae sacra habita est. Synes. Epist. 57. c) *Τράπεζα μὲν ἱερὸν σχῆμα δι' ἧς ὁ θεὸς ξένιος καὶ φίλιος τε καὶ ξένιος*. Pindar. Nem. XI. 9.

Ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις ἀεννάοις
Ἐν τραπέζαις. ——

Hinc Paris *τραπεζίτης* dictus. Hesych. *Τραπεζίτην Πάριν. Τὸν παρ'..... τὴν τράπεζαν καὶ ἀτιμήσαντα τὴν Μενελάου*. De quo Lycophron, v. 137.

Δάξας τράπεζαν κἀναπυπώσας θέμιν.

Tzetzes: *Λακτίσας ὡς ὄνος τὴν τράπεζαν τοῦ Μενέλεω, τοιγὰρ καταφρονήσας τῶν νόμων τῶν κρινομένων καὶ ἐθῶν τῶν δηλούντων*

---

b) Apul. p. 61. Elmenh. c) Synes. p. 192. C. ed. Petav. a. 1612.

μὴ κακουργεῖν τοὺς ὁμοτραπέζους καὶ συνεστίους. Σὺ γὰρ ξενισθεὶς καὶ συμφαγὼν αὐτῷ ἀφείλου καὶ τὴν γυναῖκα. Quint. Smyrnaeus, XIII. 413.

Ἀλλὰ Πάρις ξείνοιο Διὸς καὶ σεῖο τραπέζης
Δησάμενος, τῷ κέν μιν ἐν ἄλγεσι ἴσατο δαίμων.]

[v. 717. *ΑΕΙΔΕΙΝ.* Aur. ἀείδῃ.]

[v. 718. *ΜΕΤΑΜΑΝΘΑΝΟΥΣΑ Δ' ΥΜΝΟΝ.* Dediscens hymenaeum, luget. Bion in Epitaphio Adonidis, v. 88.

—— οὐκέτι δ' Ὑμὰν
Ὑμὰν οὐκέτ' ἀειδόμενον μέλος ᾄσεται αἰ, αἰ.

Meleager [d]), Epigr. LXXV.

Ἠιῶν δ' ἀλαλαγμὸν ἀνέκραγον· ἐν δ' Ὑμέναιος
Σιγαθεὶς γοερὸν φθέγμα μεθαρμόσατο.

Philippus [Thessal.] [e])

Θρῆνος δ' εἰς ὑμέναιον ἐχώμασεν. ——

1 Maccab. IX. 41. *Et conversae sunt nuptiae in luctum, et vox musicorum ipsorum in lamentum.*]

[v. 719. *ΠΡΙΑΜΟΥ ΠΟΛΙΣ ΓΕΡΑΙΑ.* Horatius, Od. I. 15. [f]) in eadem re:

Et regnum Priami vetus.

v. 723. *ΠΑΜΠΡΟΣΘΗ.* Legimus *παμπένθη*.

[v. 725. *ΑΝΑΤΛΑΣΑ.* Aur. ἀντλῶσα.]

[v. 726. *ΕΘΡΕΨΕΝ ΔΕ ΛΕΟΝΤΑ.* Aeschylus noster apud Aristophanem in Ranis, v. 1477.

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν·
Μάλιστα δὴ λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν,
Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.]

v. 727. *ΑΓΑΛΑΚΤΟΝ.* Hesychius, Ἀγαλαχτοσύνη· συγγένεια.

[v. 728. *ΟΥΤΟΣ ΑΝΗΡ.* Priamus, supra: an Paris? Vide an pro οὗτος legendum potius οὕτως.]

[Ibid. *ΦΙΛΟΜΑΣΤΟΝ.* Helenam.]

[v. 730. *ΕΥΦΙΛΟΠΑΙΔΑ.* f. καὶ φιλόπαιδα.]

v. 732. *ΠΟΛΕΑ.* Hoc est, πολὺν, ut

—— πολέα στρατὸν ἐνθάδ' ἐγείρας.

[Aur. πολλὰ, sed nihil muto.] *Πολύς* pro πολλάκις, ut Callimachus, Hymn. in Dian. v. 27.

—— πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας.

Graecos ut et Latinos adiectiva adverbialiter usurpare vel pueri norunt: sed Graeci sibi licentius indulgent; nam non

---

d) Analect. Br. I, p. 37 (ἠῷος δ' ὀλολυγμὸς ἀνέκραγεν).
e) Analect. Br. II, p. 234. f) v. 8.

solum in numero singulari, sed et in plurali, ut ἴσα, ἄτακτα, ἀπέραντα, pro ἴσως, ἀτάκτως, ἀπεράντως, idque etiam quandoque praeposito articulo, ut τὰ πρῶτα pro πρώτως; et in casibus variis, idque tum masculinis tum foeminis; ut καχῇ, μακράν; aliquando cum praepositionibus, ut διὰ παντὸς, διὰ κενῆς, κατὰ μόνας. D. Basilius, διὰ κενῆς λῃρήσει, inaniter negabitur. Idem, ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, seorsim. Atque hinc, ni fallor, pendet ratio particulae ἀπὸ μιᾶς usurpatae ab Evangelista, in quo vocabulo mire se torserunt viri eruditi, Luc. XIV. 18. Καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες. Ἀπὸ μιᾶς adverbium videtur, factum per eandem analogiam ac διὰ κενῆς et κατὰ μόνας: subintellige γνώμης, vel tale aliquid.

[v. 733. ΝΕΟΤΡΟΦΟΥ ΤΕΚΝΟΥ ΔΙΚΗΝ. Versio, *vultu renidentem et manui blandientem*, non ex sententia Scholiastis, qui τὸ σαίνων ad φαιδρωπός et ἔσχε refert, non τίκτω· quod alioquin lege syntaxeos legitimae genitivos, non nominativos requireret. In Scholiaste autem, σαίνοντος, φασὶ, ὡς τὸ παρ' Ὁμήρῳ Ἀστράπτων ἐπιδέξια, lege, quod sententia requirit, σαίνοντος φαιδρωπὸν, φασὶ, κ. τ. λ.]

v. 734. ΦΑΙΔΡΩΠΟΣ ΠΟΤΙ ΧΕΙΡΑ, ΣΑΙΝΩΝ Π. [*Cicur.* Quin legendum:

Φαιδρωπὸν ποτὶ χεῖρα σαί-
νοντα γαστρὸς ἀνάγκαις.

Vel ἀναχόλουθον est, quale illud Homericum, quo alludit Scholiastes noster, Il. *B'*. 350.

Φημὶ γὰρ οὔ κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα
Ἥματι τῷ, ὅτε νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον
Ἀργεῖοι, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες,
Ἀστράπτων ἐπιδέξι' ἐναίσιμα σήματα φαίνων.

cum ἀστράπτοντα debuit dicere. Huius vero generis reperiuntur quam plurima etiam apud optimos scriptores in oratione soluta. Thucydid. I. 23. Σεισμῶν τε πέρι.... ἡλίου τε ἐκλείψεις pro ἐκλείψεων.]

[Ibid. ΣΑΙΝΕΙΝ. Σαίνειν est cauda adblandiri. Eustath. g) Σαίνειν λέγονται τὰ ἄλογα ζῶα, ἰδίως δὲ οἱ κύνες, ἤγουν κολακεύοντα σείοντα τὴν οὐράν· ὅθεν καὶ ἄνθρωποι σαίνειν λέγονται μεταφορικῶς, ἀντὶ τοῦ ὑπούλως κολακεύειν. Proprie, inquit, de canibus. Homer. Odyss. *P'*. 302.

Οὐρῇ μέν ῥ' ὅγ' ἔσηνε καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω.

Quin de lupis, ursis, et leaenis, qui advenientibus blandiebantur, Ovid. Metam. XIV. 258. ait

—— blandas movere per aera caudas.

---

g) Non sunt Eustathii verba, sed Devarii in indice.

Alioquin leo, pugnam initurus, flagellans se ipsum cauda excitat. Aelian. Hist. Animal. VI. 1. *Ὁ λέων τῇ ἀλκαίᾳ ἑαυτὸν ἐγείρει μαστίζων.*]

v. 737. *ΕΘΟΣ ΤΟ ΠΡΟΣ ΤΟΚΗΩΝ.* Lege *ἔθος πρὸς τὸ τοκήων.* [*Indolem quae parentum indolem referret.* Mores leoninos, rapaces. Vel potius *πρὸς τοκήων erga parentes*, ut sequentia postulant.]

[v. 739. *ΜΗΛΟΦΟΝΟΙΣΙΝ.* Pertinet ad allegoriam leonis. Simili allusione *ποιμὴν λαῶν πολλάκις παρ' Ὁμήρῳ* dicitur *ὁ ἄρχων καὶ βασιλεύς· καὶ ἁπλῶς πᾶς ὁ ἔνδοξος καὶ βασιλικὸς ἄνθρωπος·* Eustath.[68]) Tryphiodorus in excidio Ilii, de Ulysse et Menelao, v. 603.

Καρχαρέοισι λύκοισιν ἐοικότες, οἵ θ' ὑπὸ νύκτα
Χειμερίην φρονέοντες ἀσημάντοις ἐπὶ μήλοις
Ὀίχονται, κάματον δὲ καταιρύχουσι νομήων.]

[v. 744. *ΕΚ ΘΕΟΥ.* f. *ἐχθέου.*]

[Ibid. *ΙΕΡΕΥΣ ΤΙΣ ΑΤΗΣ.* Eleganter Paris, civis perniciosus, dicitur *sacerdos Ates*, devotus maleficio. Sic Sept. Theb. v. 580. *ἐριννύος κλητῆρ*, de milite homicidali et effero.]

v. 746. *ΕΛΘΕΙΝ.* Videtur legendum *ἦλθεν.* Sin aliter, ponendum stigma post *ἄνθος*, v. 752. et *παρακλίνουσ'* continuandum cum sequentibus.

[Ibid. *Δ' ΟΥΝ. Aur. νίν.*]

[v. 748. *ΛΕΓΟΙΜ' ΑΝ.* f. *λέγοιτ' ἄν*, sed nihil muto.]

[Ibid. *ΦΡΟΝΗΜΑ ΝΗΝΕΜΟΥ ΓΑΛΑΝΑΣ.* Hesych. *Νήνεμον.* (Ita separandum a praecedentibus) *ἄνευ ἀνέμου εὔπνουν, εὔδιον, ἥσυχον, ἄπνουν.* Cic. Offic. I. 20. *Tranquillitas animi adsit, quae adfert cum constantiam, tum etiam dignitatem.*]

[v. 749. *ΑΚΑΣΚΑΙΟΝ.* Schol. *Λίαν κεκοσμημένον.* Malim *placidum, tranquillum.* Hesych. *Ἀκάσκα· ἡσύχως, μαλακῶς, βραδέως.*]

[v. 752. *ΔΗΞΙΘΥΜΟΝ ΕΡΩΤΟΣ ΑΝΘΟΣ.* Hesych. *Δήξεται· δάκνει.* Idem, *Δήξομαι· λυπήσομαι, ἀνιάσομαι.* Tollendum punctum post *παραχλίνουσ'* et reponendum post *ἄνθος.* Lege itaque:

Δηξίθυμον ἔρωτος ἄνθος.
Παραχλίνουσ' ἐπέκρανεν δὲ, κ. τ. λ.]

[v. 753. *ΠΑΡΑΚΛΙΝΟΥΣ'.* Sc. Helena, accubitura Paridi; vel, fas praetergressa, ab honestate deflectens, ut Hesiod. in Oper. v. 262. *Παρκλίνοντα δίκας.* Sunt qui malint *παρκινοῦσ'.*]

Ibid. *ΕΠΕΚΡΑΝΕΝ.* Hesychius, *Ἐπέκρανεν· ἐπετέλεσε.*

[v. 756. *ΣΥΜΕΝΑ.* Schol. *Ὁρμηθεῖσα.* Homer. Il. *Λ'.* 553. *Ἐσσύμενος*, incitatus et tendens aliquo cum ardore quodam et impetu, a *σύω* vel *σύομαι* inusitato.]

---

68) vid. annot. ad v. 784.

[v. 757. *ΠΟΜΠΑΙ ΔΙΟΣ ΞΕΝΙΟΥ.* Supra, v. 60.

Οὕτω δ' Ἀτρέως παῖδας ὁ κρείσσων
Ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπει ξένιος
Ζεὺς, πολυάνορος ἀμφὶ γυναικός.]

[v. 758. *ΝΥΜΦΟΚΛΑΥΤΟΣ ΕΡΙΝΝΥΣ.* Ad Virgilianum illud, Aen. VI. 168.

—— summoque ululartnt vertice Nymphae,

„Vocat autem Aeschylus in Agamemnone, respiciens Helenae adulterium, *νυμφόκλαυτον ἐριννύν*," inquit Guellius.]

[Ibid. *ΕΡΙΝΝΥΣ.* Virgil. Aen. II. 573.

—— Troiae et patriae communis Erinnys.]

[v. 759. *ΠΑΛΑΙΦΑΤΟΣ.* *Olim dictus, decantatus, celebratus*, adeoque *vetus, antiquus*: cui contrarium *πρόσφατος*, quod licet Etymolog. [h]) et Suidas proprie dici velint in recens occiso, *ἀπὸ τοῦ σφάζειν*, Eustathius [i]) tamen addit, *τὸ πρόσφατον* dici etiam in eo quod recenter dictum est, *ἀπὸ τοῦ φατόν*. Suidas, *Παλαιφάτου· παλαιᾶς καὶ ἀρχαίας*. De oraculis communiter usurpatum. Hesych. *Παλαίφατα· ἐκ παλαιοῦ χρόνου πεφατισμένα, ὅ ἐστι μεμαντευμένα.* Homer. Odyss. *Τ'*. 163.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου.

Ad quem locum vide sis V. Cl. D. Iacobum Dupertum in Gnomologia Homerica.]

[v. 760. *ΓΕΡΩΝ ΛΟΓΟΣ.* Ut Choeph. v. 311.

—— *δράσαντι παθεῖν,*
Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.

Neque rarus est Aeschylus in citandis veterum sententiis. In Prometh. v. 886.

Ἦ σοφὸς, ἢ σοφὸς ἦν,
Ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ
Τόδ' ἐβάστασε, καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν,
Ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ.

Et in Myrmidonibus [k]):

Ὡς δ' ἐστὶ μύθων καὶ Λιβυστικῶν λόγος.

In fragmentis incertis [l]): *Ὡς λέγει γέρον γράμμα.*]

[v. 761. *ΜΕΓΑΝ ΤΕΛΕΣΘΕΝΤΑ ΦΩΤΟΣ ΟΛΙΒΟΝ ΤΕΚΝΟΥΣΘΑΙ.* Diogenes apud Stobaeum [m]) Serm. LXXIII.

Ζηλωτὸς ὅστις εὐτύχησεν ἐν τέκνοις.

Euripides, in Fragm. [n]) Meleag. XIII. 4.

---

h) Etym. M. p. 691, 6. *i*) Eustath. p. 564, 10.
k) Aesch. fragm. 116. Schütz. *l*) Aesch. fragm. 316.
m) Stob. Serm. LXXIV, 10 (p. 448. Gesn.).
n) Eurip. fragm. p. 228. Matth.

Καὶ κτῆμα δ', ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον τόδε,
Πλούτου δὲ κρεῖσσον· τοῦ μὲν ὠκεῖα πτέρυξ.
Παῖδες δὲ χρηστοὶ, κἂν θάνωσι, δώμασι
Καλὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τοκεῦσί τε
Ἀνάθημα βιότου κοὔ ποτ' ἐκλείπει δόμους.]

[v. 763. *ΜΗΔ' ΑΠΑΙΔΑ ΘΝΗΣΚΕΙΝ.* Menand. o) ap. Stob. Tit. LXXV. [8. p. 448. Gesn.]

Ὀδυνηρόν ἐστιν εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ
Ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν.

Noster, Sept. Theb. v. 833.

Ἢ τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας
Ἀτέκνους κλαύσω πολεμάρχους;]

v. 768. *ΜΕΤΑ ΜΕΝ ΠΛΕΙΟΝΑ ΤΙΚΤΕΙ.* [Pro μετά Aur. legit *τέκνα*. Theognis, v. 153.

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν. ——

Pindarus vero, Ol. XIII. 12. [10. B.] *ὕβριν* vocat *κόρου μητέρα*, cum potius fuerit dicendum *κόρον* esse *πατέρα ὕβρεως*. Sed tamen non recte illum locum docti emendant: nam est figura *ἀναστροφή* frequens Pindaro, prout monet Scholiastes in Nem. V. sub initio, ubi et simillimum adducit exemplum: *Ἡσυχία φιλεῖ μὲν συμπόσιον*; (quin apud ipsum Pindarum Nem. Θ'. p) vulgo legitur *ἡσυχίαν*.) Ita et in oraculo apud Herodotum, VIII. 77.

Δῖα δίκη σβέσσει κρατερὸν κόρον, ὕβριος υἱόν.

v. 770. *ΓΑΡ.* Lege δ' ἄρ'.

[v. 771. *ΚΑΛΛΙΠΑΙΣ.* l. *καλίπαις*.]

[v. 772. *ΦΙΛΕΙ.* Hesych. *Φιλεῖ· εἴωθεν.* Herodot. q) *Ἐχθέα ἰσχυρὰ φιλέει ἐγγίνεσθαι.* Quintilian. IX. 3. *Ex Graeco vero translata vel Sallustii plurima; quale est, Vulgus amat fieri.*]

[v. 775. *ΟΤΑΝ ΤΟ ΚΥΡΙΟΝ ΜΟΛΗι.* Statutum tempus. Oppian. Cyneg. III. 156.

Πρὶν τοκετοῖο μολεῖν ὥρην, πρὶν κύριον ἦμαρ.

Ita et Euripides, Orest. v. 48. *κύριον ἦμαρ*, et ibid. v. 1053. *κυρίαν ἡμέραν* dicit; Aristophanes, Acharn. v. 19. *κυρίαν ἐκκλησίαν*, h. e. *νόμιμον καὶ ὡρισμένην καὶ κεκυρωμένην*.]

[v. 777. *ΝΕΑΡΑ ΦΑΟΥΣ ΚΟΤΟΝ.* Aur. *νεαρὸν φάους τόκον*.]

[Ibid. *ΦΑΟΥΣ ΚΟΤΟΝ.* Flagitiosissimum quid: *ἡλίου στύγος*, nefandum scelus, a quo ipsa lux abhorreat. Ita *Sol abominatus*, Atrei facinus, *ne pollueretur, aufugit.* Serv. r) in Aen. I.]

---

o) Menand. p. 230. Mein.
p) v. 115. (48. Bkh.)
q) Herod. III, c. 82.
r) Serv. in Aen. I, 567.

[v. 778. *ΔΑΙΜΟΝΑ.* Alastorem: infra v. 1477.

Δαῖμον, ὃς ἐμπίπτεις δώμασι καὶ
Διφυεῖσι Τανταλίδαισιν.

Et v. 1578.

Εθέλω δαίμονι τῶν Πλεισθενιδᾶν
Ὅρκους θεμένα τάδε μὲν στέργειν.]

[Ibid. *ΑΜΑΧΟΝ, ΑΠΟΛΕΜΟΝ.* Forsan ἀπόλεμον glossa est τοῦ ἄμαχον, et e scholiis irrepsit in textum: melius sine eo constabit ratio carminis.]

[v. 780. *ΜΕΛΑΙΝΑΣ ΜΕΛΑΘΡΟΙΣΙΝ ΑΤΑΣ.* Postea, v. 1443. φόνου μέλαθρον. Auratus legit μελαίναν μελάθροισιν ἄταν.]

[v. 781. *ΕΙΔΟΜΕΝΑΝ ΤΟΚΕΥΣΙΝ.* Sc. ὕβριν. Supra, v. 769.

Σφετέρᾳ δ' εἰκότα γέννᾳ.]

[v. 782. *ΔΙΚΑ ΔΕ ΛΑΜΠΕΙ.* Incertus [s]) apud Stobaeum:

Δίκης γὰρ ἐξέλαμψε νῦν ὅσιον φάος.]

v. 783. *ΔΥΣΚΑΠΝΟΙΣ ΔΩΜΑΣΙ.* [*Humilibus.* Rectissime Scholiastes: πενιχροῖς καὶ εὐτελέσι; *fumosae domus*, id est, pauperes et viles. Iustitiam autem tales inhabitare, et paupertatis sororem bonam mentem esse, poetis et oratoribus decantatissimum. Δυσκάπνοις δώμασι opponit mox χρυσόπαστα.]

[v. 784. *ΕΝΑΙΣΙΜΟΝ ΒΙΟΝ.* Hesych. Ἐναίσιμος· τὰ καθήκοντα, προσήκοντα εἰδώς.]

[v. 785. *ΧΡΥΣΟΠΑΣΤΑ ΕΣΘΛΑ.* Gloss. Παστὸς, ἐπὶ νύμφης. *Obtentus coronatio, thalamus;* recte *obtentum*, est enim proprie velum tori maritalis, cuius obtentu sacra illa pudentius peraguntur: quod meminit vir insignis Iulius Scaliger, Poet. III. 101. Hic vero χρυσόπαστα ἐσθλά generalius accipe pro rebus quibusvis pretiosissimis, auro distinctis et variegatis. Sic Plutarchus in Anton. [t]) p. 327. σκιάδα χρυσόπαστον dixit; Lucianus adv. Indoct. [u]) c. 8. χρυσόπαστον ἐσθῆτα, quod Iuvenalis Sat. VI. 182.

Aut latum pictae vestis considerat aurum.

Ubi interpres vetus *auro-clavas*, malim *auro clavatas*, vestes *miratur*. Malim itaque hic apud nostrum legere χρυσόπαστα ἔδεθλα, si id versus patiatur, quod et respondet τῷ δυσκάπνοις δώμασι.]

[v. 786. *ΣΥΝ ΠΙΝΩι.* Hesych. Πίνος· ῥύπος, καὶ τὰ ὅμοια, a corpore ad animum translatum. Sic Ebraei, ⁂ Esai. IV. 4.

---

s) Sophocles Aiac. Locr. fragm. 1.

t) cap. 26. p. 927. A.

u) vol. III, p. 107.

D. Iacob. I. 21. *Ἀποθέμενοι πᾶσαν ῥυπαρίαν.* Apocalyps. XXII. 11. *Ὁ ἀδικῶν ἀδικησάτω ἔτι· καὶ ὁ ῥυπῶν ῥυπωσάτω ἔτι.* Sueton. in August. c. 32. *Reorum sordes.*]

[Ibid. *ΧΕΡΩΝ.* Manus pro actione. Ita Ebraei; Gen. XX. 5. בנקין כפי, *in munditie manuum mearum*, et passim. D. Iacob. IV. 8. *καθαρίσατε χεῖρας ἁμαρτωλοί.*]

[Ibid. *ΣΥΝ ΠΙΝΩι ΧΕΡΩΝ ΠΑΛΙΝΤΡΟΠΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙ ΛΙΠΟΥΣΑ.* Esaias I. 15. *Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis; et cum multiplicaveris orationem, non exaudiam; manus enim vestrae sanguine plenae sunt.* Et LIX. 2, 3. *Peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret, manus enim vestrae pollutae sunt sanguine.*]

[v. 787. *ΠΑΛΙΝΤΡΟΠΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙ.* Horat. Carm. II. 2. x)

Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat acervos.]

[v. 788. *ΟΣΙΑ.* Aur. *ὅσια.*]

[Ibid. *ΤΟΥ Πλούτου.* Nota figuram. Legit vero Auratus *πού.*]

[v. 789. *ΔΥΝΑΜΙΝ ΠΛΟΥΤΟΥ ΠΑΡΑΣΗΜΟΝ.* Hesych. *Παράσημον· ἀδόκιμον, κίβδηλον· ἀπὸ τούτου καὶ τῶν νομισμάτων τὰ κίβδηλα παράσημα λέγεται.*]

[v. 791. *ΠΑΝ Δ' ΕΠΙ ΤΕΡΜΑ ΝΩΜΑι.* f. *τέρματι. Omnia dirigit ad finem.* Hesych. *Νωμῆσαι· κινῆσαι..... κυβερνῆσαι.* Sept. Theb. v. 2. *πόλεως Οἴακα νωμῶν.* Ubi Scholiastes *Α'. Κυβερνήτης ὢν τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων.* Hinc Aristophanes solem *ἱπποκώμαν* dixit, Nub. v. 571. sc. *τὸν ἐλαύνοντα καὶ νωμῶντα τὸ ἅρμα, καὶ τοὺς ἵππους ἡνιοχοῦντα.* Vel poterit reddi: *omnium* rerum *exitum dirigit et disponit*; per tmesin. *Ἐπινωμᾷ* enim idem sonat quod *νωμᾷ.* Eumen. v. 310.

Λέξαι τε λάχη τὰ κατ' ἀνθρώπους
Ὡς ἐπινωμᾷ στάσις ἅμα.]

IV.

v. 792. *ΑΓΕ ΔΗ, ΒΑΣΙΛΕΥ.* Agamemnon intrat.

[v. 794. *ΠΩΣ ΣΕ ΣΕΒΙΖΩ.* Exhibet hoc loco poeta characterem tum candoris animi tum gravitatis insignem, et personarum *ἠθεῖ* congruentissimum, usque ad v. 816.]

[Ibid. *ΜΗΘ' ΥΠΕΡΑιΡΑΣ, ΜΗΘ' ΥΠΟΚΑΜΨΑΣ ΚΑΙΡΟΝ ΧΑΡΙΤΟΣ.* Euripides ex nostro, Iphigen. Aul. v. 977.

Πῶς ἂν σ' ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις,
Μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι τὴν χάριν;
Αἰνούμενοι γὰρ οἱ 'γαθοὶ τρόπον τινὰ
Μισοῦσι τοὺς αἰνοῦντας, ἐὰν αἰνῷ ὅ ἄγαν.

---

x) v. 24.

Noster vero Homericum illud imitatus videtur, Il. K'. 249.

Τυδείδη, μήτ' ἄρ' με μάλ' αἶνεε μήτε τι νείκει.

Quem locum adducit Plutarchus y) de amici et adulatoris discrimine.]

[Ibid. *ΥΠΕΡΑΙΡΑΣ.* Quod Horatius Epist. II. 2. 10.

—— plenius aequo
Laudat ——]

v. 797. *ΤΟ ΔΟΚΕΙΝ ΕΙΝΑΙ.* Sc. *τὸ δοκεῖν, τῷ εἶναι. Malint videri quam esse.* [Hinc optimum illud philosophi alicuius consilium, apud Diogenem Laertium, nisi fallor, *Ovelis videri cupis enitere ut re ipsa sis.* Porro vitium, quod his damnat et quod in sequentibus optime describit poeta, eorum est, qui videri quam esse malint amici. Graecis *ἀρέσκεια* dicitur, Latinis *placentia* et *placor.*]

[v. 798. *ΔΙΚΗΝ ΠΑΡΑΒΑΝΤΕΣ.* Virtus illa, a qua deflectit *ἀρέσκεια*, Aristoteli in Endemiis, II. 3. *σεμνότης* dicitur; in Nicomacheis II. 7. *φιλία. Ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὤν, φίλος, καὶ ἡ μεσότης φιλία· ὁ δ' ὑπερβάλλων* (nostro *δίκην παραβὰς*) *ἂν μὲν οὐδενὸς ἕνεκα, ἄρεσκος, εἰ δ' ὠφελείας τῆς αὐτοῦ, κόλαξ.* Videndus Plutarchi z) libellus de adulatoris et amici discrimine.]

[v. 799. *ΔΥΣΠΡΑΓΟΥΝΤΙ.* f. *Δυσπραγέοντι.*]

v. 804. *ΟΣΤΙΣ Δ' ΑΓΑΘΟΣ ΠΡΟΒΑΤΟΓΝΩΜΩΝ ΟΥΚ ΕΣΤΙ ΛΑΘΕΙΝ ΟΜΜΑΤΑ ΦΩΤΟΣ.* [Etymolog. a) *Γνώμων· ὁ ὁδοὺς τῶν ἀλόγων ζώων· ἔνθεν καὶ προβατογνώμων εἴρηται, ἀπὸ τοῦ τὸν χρόνον ἀπ' αὐτοῦ διαγινώσκεσθαι.*] Sapienti frons blanda et adulatoriae offuciae non imponunt. Horat. Sat. II. 1. b) de Augusto:

Cui male si palpere, recalcitrat undique tutus.

Dictum vero hoc ex mente Pythagorae, qui physiognomoniam primus excoluit, et hac arte mores neophytorum ariolabatur. Porphyrius in Vita eius: *Ταύτην γὰρ ἠκρίβου πρῶτος τὴν περὶ ἀνθρώπων ἐπιστήμην, ὁποῖος τὴν φύσιν ἕκαστος ἐκμαθών. Καὶ οὔτ' ἂν φίλον οὔτε γνώριμον ἐποιήσατο οὐδένα, πρὶν πρότερον φυσιογνωμονῆσαι τὸν ἄνδρα, ὁποῖός ποτ' ἐστίν.* Iamblichus, c. 17. *Προσεθεώρει δὲ καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν πορείαν, καὶ τὴν τοῦ σώματος κίνησιν. Τοῖς τε τῆς φύσεως γναρίσμασι φυσιογνώμων αὐτοὺς σημεῖα τὰ φανερὰ ἐποιεῖτο τῶν ἀφανῶν ἠθῶν ἐν τῇ ψυχῇ.* Gellius, I. 9. *Iam a principio adolescentes qui sese ad discendum obtulerant ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum significat mores naturasque hominum, coniectatione quadam de oris et vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu, sciscitari.*

---

y) Plut. Mor. vol. II, p. 57. Frcf.
a) Et. M. p. 236, 49.
z) Plut. Mor. p. 62. D.
b) v. 21.

Eum qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim iubebat. Quo nomine Cylonem repudiavit; Porphyr. in Vita eius: *Ὁ δ' εὐθὺς φυσιογνωμονήσας τὸν ἄνδρα, καὶ ὑπνῶος ἦν συνιδὼν ἐκ τῶν σημείων, ἃ διὰ τοῦ σώματος ἐθήρα τῶν προσιόντων, ἀπιέναι ἐκέλευσε, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν.*

v. 807. *ΥΔΑΡΕΙ ΣΑΙΝΕΙΝ ΦΙΛΟΤΗΤΙ.* Explicat hunc locum Petrus Victorius, Var. Lect. I. 13. „Ὑδαρή, inquit, vilioris potionis genus est, cum in musti pusillam partem multum aquae infusum est: ὑδαρὶς vero quod aquosum est; ut Alexis c) in *Παιδερασταῖς*, cuius testimonium ab Athenaeo citatur:

—— ἔγχεον σὺ δὴ πιεῖν
Εὐζωρότερον, γέγη δύο παῖδες· τὸ γὰρ d)
Ὑδαρὲς ἅπαν τοῦτ' ἔστι τῇ ψυχῇ κακόν.

Unde translatum ad alias res valet *tenue* atque *infirmum*; ut Aristoteles e) etiam hoc verbum in Politic. II. cepit, disserens contra rempublicam Platonis communionemque, quam inducebat, liberorum. Haec enim eius verba: *Ἐν δὲ τῇ πόλει τὴν φιλίαν ἀναγκαῖον ὑδαρῆ γίνεσθαι διὰ τὴν κοινωνίαν τὴν τοιαύτην.* Ut Aeschylus appellavit *ὑδαρῆ φιλότητα.* Intellexerunt igitur hi ambo amicitiam quam dixi, id est, non puram neque meram." Haec ille.

[v. 810. *ΚΑΡΤ' ΑΠΟΜΟΥΣΩΣ.* Ob bellum mulieris causa susceptum. Vide sis Athenaeum f) Deipnosoph. XIII. 2. *Οὐδένα δὲ ὑμῶν ἀγνοεῖν οἶομαι, ἄνδρες φίλοι, ὅτι καὶ οἱ μέγιστοι πόλεμοι διὰ γυναῖκας ἐγένοντο· ὁ Ἰλιακὸς δι' Ἑλένην· κ. τ. λ.*]

[Ibid. *ΗΣΘΑ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΣ.* Cicero pro Sext. Roscio, c. 27. *Et simul tibi in mentem veniat, facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris: hunc hominem ferum atque agrestem fuisse, etc.*]

[v. 811. *ΠΡΑΠΙΔΩΝ ΟΙΑΚΑ ΝΕΜΩΝ.* Hesych. *Πραπίδων· φρενῶν, διανοιῶν.* Lege autem *οἴακα νωμῶν*, tum quod metri ratio exigat, tum quod alias Aeschylo usurpatur; ut Sept. Theb. v. 2. *Πόλεως Οἴακα νωμῶν.* Clytaemnestra apud Senecam Agamemn. v. 186.

—— fluctibus variis agor, etc.
Proinde omisi regimen e manibus meis.

Nempe, clavum et gubernaculum rectae rationis. Seneca, Consolat. ad Marciam, 6. *Regamur; nec nos ista vis transversos auferat. Turpis est navigii rector, cui gubernacula fluctus arripuit.* Anonymus auctor Vitae Pythagorae apud Pho-

---

c) imo Diphilus ap. Athen. X, p. 423. E. F.
d) *Εὐζωρότερόν γε νὴ Δί' ὦ παῖ δός· τὸ γάρ —.*
e) Aristot. Polit. II, c. 4. p. 421. Duval.
f) Athen. XIII. cap. 10. p. 560. B. sqq.

tum g): *Ἕκαστον τῶν ἄλλων ὑπὸ μιᾶς φύσεως οἰακίζεται.* Simili utitur metaphora Aureorum Carminum auctor, v. 69.

Ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.

Sic et Plato in Phaedone, p. 84. rationem aurigae comparavit, perturbationes equis.]

v. 812. *ΘΡΑΣΟΣ ΕΚΟΥΣΙΟΝ.* Lege *θάρσος ἀκούσιον.*

[v. 814. *ΟΥΚ ΑΠ' ΑΚΡΑΣ ΦΡΕΝΟΣ.* Sincere, ex intimo corde.]

v. 815. *ΤΙΣ ΠΟΝΟΣ.* *Τίς* pro *ὅδε*, *labor*, sc. expeditionis, gratus est nobis Graecis generatim.

[v. 817. *ΑΚΑΙΡΩΣ.* *Male.* Intellige Aegisthum.]

v. 819. *ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΑΡΓΟΣ.* Agamemnon apud Senecam, in tragoedia cognomine, v. 782.

Tandem revertor sospes ad patrios lares.
O cara salve terra! tibi tot barbarae
Dedere gentes spolia: tibi felix diu
Potentis Asiae Troia summisit manus.

Homerus Odyss. *Δ'*. 521.

Ἤτοι ὁ μὲν χαίρων ἐπεβήσετο πατρίδος αἴης,
Καὶ κύνει ἁπτόμενος ἣν πατρίδα· πολλὰ δ' ἀπ' αὐτοῦ
Δάκρυα θερμὰ χέοντ', ἐπεὶ ἀσπασίως ἴδε γαῖαν.

[Hanno Poenus, apud Plautum in Poenulo, V. 1. h)

Deos deasque veneror, qui hanc urbem colunt,
Ut, quod de mea re huc veni, rite venerim.]

[v. 820. *ΔΙΚΗ ΠΡΟΣΕΙΠΕΙΝ.* *Δίκαιόν ἐστι.* v. 267.

Δίκη γάρ ἐστι φωτὸς ἀρχηγοῦ τίειν
Γυναῖκ'. ——]

[Ibid. *ΜΕΤΑΙΤΙΟΥΣ.* Pro simplici *αἰτίους.* Aliter Eumenid. v. 198.

Λύτὸς σὺ τούτων οὐ μεταίτιος πέλῃ,
Ἀλλ' εἰς τὸ πᾶν ἔπραξας, ὡς παναίτιος.]

[v. 821. *ΔΙΚΑΙΩΝ.* h. e. *δίκης ἧς ἐπραξάμην πόλει.*]

v. 822. *ΔΙΚΑΣ ΓΑΡ ΟΥΚ ΑΠΟ ΓΛΩΣΣΗΣ ΘΕΟΙ ΚΛΥΟΝΤΕΣ.* *Causas enim non a lingua* (causidicorum) *dii audientes.* Ita *τὰ ἀπὸ γλώσσης ῥήματα*, *verba perfunctoria*: *γλώσσης χάριν*, *futiliter.* *Ἀπὸ γλώσσης κλύειν*, de audiente negligenter.

v. 824. *ΟΥ ΔΙΧΟΡΡΟΠΩΣ ΨΗΦΟΥΣ ΕΘΕΝΤΟ.* Notissima veterum consuetudo. Ovid. Metam. XV. 41.

Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpa.

---

g) Phot. Bibl. p. 1517. extr. Hoesch.

h) v. 17.

Τὸ διχοῤῥόπως idem sonat quod apud Aristidem [j]) in Themist. ἡ κοινὴ ψῆφος. Apuleio [k]), VI. *calculo cunctorum.* Ovidius, loco citato:

> Tunc quoque sic lata est sententia tristis; et omnis
> Calculus immitem demittitur ater in urnam.

Noster Suppl. v. 613.

Ἔδοξεν Ἀργείοισιν οὐ διχοῤῥόπως.

v. 826. *ΕΛΠΙΣ ΠΡΟΣΗΙΕΙ ΧΕΙΡΟΣ ΟΥ ΠΛΗΡΟΥΜΕΝΩι.* Lege *χείλος.* Vas plenum Polluci, V. 133. *ἰσοχειλές* vel *ἐπιχειλές* dicitur; redundans, *ὑπερχειλές.* Unde nescio quis apud Hesychium [l]):

Ὡς μήτε χροῦσαι, μήθ' ὑπὲρ χείλους βαλεῖν.

Caeterum videtur noster ad Hesiodum allusisse, ubi spem relictam esse Pandorae pyxide ait, *Ἔργ.* v. 97.

Ἔνδον ἔμιμνε πίθου ἐπὶ χείλεσι. ——

Dii, inquit, *contra Troianos sententiam ferentes, uno animo in urnam cruentam calculos immiserunt: in contraria autem urna nihil inventum est praeter spem sine effectu.* [Proverbium: *Μέχρι τῶν ἀμφωτίδων· ἐπὶ τῶν ἄγαν πεπληρωμένων. Usque ad ambas aures:* de iis qui *supra modum repleti sunt.* Sed fortasse vetus lectio retinenda, et reddenda: *spes* tantum *inerat, manum,* suffragium, *nullam recipienti.* Vel, *non spes manus accessit, ut impleretur.* Sophocles in Philoctete, v. 324.

Θυμῷ γένοιτο χεῖρα πληρῶσαί ποτε.

Χεῖρα placitum, libitum, libidinem. Idem, Aiace, v. 114.

Σὺ δ' οὖν, ἐπειδὴ τέρψις ὧδέ σοι τὸ δρᾶν,
Χρῶ χειρί.]

[v. 828. *ΑΤΗΣ ΘΥΕΛΛΑΙ ΖΩΣΙ.* Tryphiodorus, in eadem re, v. 547.

Παννυχίη δ' ἐχόρευσεν ἀνὰ πτόλιν, οἷα θύελλα,
Κύμασι παφλάζουσα πολυφλοίσβου πολέμοιο
Αἵματος ἀκρήτοιο μέθης ἐπίκωμος Ἐνυώ.]

v. 829. *ΠΛΟΥΤΟΥ.* Quod Virgilio [m]) *gazae Troianae.*

v. 832. *ΕΠΡΑΞΑΜΕΘΑ.* Lege *ἐπραξάμεσθα,* Attice.

[Ibid. *ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΟΥΝΕΚΑ.* Supra, v. 62.

Πολυάνορος ἀμφὶ γυναικός.]

[v. 883. *ΔΙΗΜΑΘΥΝΕΝ.* Hesych. *Ἀμαθύνει· ἄμαθον ποιεῖ, ἀφανίζει καὶ φθείρει.* Homer. Il. *Γ'*. 589.

Πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει.]

---

j) Aristid. de Quattuorvir. p. 324. A., Tom. III. Cant.
k) Apulei. Met. VII, p. 461. Oud. (*calculis omnibus.*)
l) Hesych. vol. II, p. 1598.
m) Virg. Aen. I, 119.

[v. 834. *ΙΠΠΟΥ ΝΕΟΣΣΟΣ ΑΣΠΙΔΟΣΤΡΟΦΟΣ ΛΕΩΣ* Pullities, foetura equi, milites quibus gravida erat illa machina. Tryphiod. v. 195.

—— *ἐπικλήϊσε θύρην ἐρικύμονος ἵππου.*

Et quos peperit: idem, v. 870.

Τοῖς (f. *Τοῖος*) *ἀριστήων λόχος ἔρχεται, οὓς ἐπὶ χάρμην*
Τεύχεσιν ἀστράπτουσιν ἀμαυροτάτην ἐπὶ νύκτα
Τέξεται ὄμβριμος ἵππος· ἐπὶ χθόνα δ' ἄρτι θορόντες
Ἐς μόθον ὁρμήσουσι τελειότατοι πολεμισταί·
Οὐ γὰρ ὑπ' ὠδίνεσσι μογοστόκον ἵππον ἀνεῖται
Ἀνδράσι τικτομένοισι νέφη σχήσουσι γυναῖκες·
Αἶτη δ' Εἰλείθυια γενήσεται, ἥ μιν ἔτευξε.
Γαστέρα δὲ πλήθουσαν ἀναχλίνασ' ἀναβοήσει (—*νασα βοήσει*)
Μαῖα πολυκλαύτοιο τόκου πτολίπορθος Ἀθήνη.

Verum cum per appositionem *ἵππου νεοσσός* videatur explicari *Ἀργεῖον δίκος*, nescio an potius legendum sit *ἵππου νεοσσὸς ἀσπιδοστρόφου πλέως*. Certe ita Virgilius, Aen. II. 20.

—— uterumque armato milite complent.

Horat. Od. I. 15. n)

Quam multo repetet Graecia milite.]

[Ibid. *ΙΠΠΟΥ ΝΕΟΣΣΟΣ.* Homer. Odyss. VIII. 511.

Λίσσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.

Hinc proverbium: *Δούρειος ἵππος*, *Dureus equus*, de clandestinis insidiis, aut ubi repente complures apparerent, qui latuerant antea. Sic et *equus Troianus* proverbialiter usurpatur a Cicerone pro Muraena, c. 37. *Intus, intus, inquam, est equus Troianus, a quo nunquam, me consule, dormientes opprimemur.* Et in Anton. II. 13. *In huius me consilii societatem, tanquam in equum Troianum, includi cum principibus non recuso.* Aristophanes detorquet in emphasim roboris ac magnitudinis in Avibus, v. 1128.

Ἵππων ὑπόντων μέγεθος, ὅσον ὁ δούριος.]

[v. 835. *ΑΜΦΙ ΠΛΕΙΑΔΩΝ ΔΥΣΙΝ.* Dicit Ilium captum esse circiter occasum Pleiadum. Notissima est de Electra fabula, quae e Pleiadum choro se subduxit: neque enim urbem filii sui Dardani vastatam spectare sustinuit. Meminit Hyginus o) Sign. Coelest. 2. in Tauro. Ovidius Fast. IV. 178.

Sive quod Electra Troiae spectare ruinas
Non tulit, ante oculos opposuitque manum.

---

n) v. 6. o) Hygin. Astron. II, 21. p. 265. Scheffer.

Scholiastes ad Arati Phaenom. v. 225. *Φασὶ δέ τινες τοιοῦτον μῦθον, ὅτι μία ἐκ τῶν ἑπτὰ διὰ τὸ τῆς Ἰλίου πάθος ὑπεχώρησε τοῦ συστήματος, καὶ ὑπὸ τὸν δεύτερον ἀστέρα τοῦ ῥυμοῦ ἦκεν, ὃς λέγεται εἶναι τῆς Ἠλέκτρας.* Quintus Smyrnaeus, XIII. 551.

Ἴλιον ὀλλυμένης, ἣς εἵνεκά φασι καὶ αὐτὴν
Ἠλέκτρην βαθύπεπλον ἑὸν δέμας ἀμφικαλύψαι
Ἄχλυι, καὶ νεφέεσσιν ἀκηχεμένην χορὸν ἄλλων
Πληϊάδων· αἱ δή οἱ ἀδελφειαὶ γεγάασιν.
Ἀλλ' αἱ μὲν μογεροῖσιν ἐπ' ὄψεϊ ἀνθρώποισιν
Ἴλαδὸν ἀντέλλουσιν ἐς οὐρανόν· ἡ δ' ἄρα μούνη
Κεύθεται αἰὲν ἄϊστος, ἐπεὶ ῥά οἱ υἱέος ἐσθλοῦ
Δαρδάνου ἱερὸν ἄστυ κατήριπεν.

Porro Troiam captam vult Aeschylus *ἀμφὶ Πληϊάδων δύσιν*, hoc est sub finem autumni. Plinius XVIII. 25. *Fidiculae occasus autumnum inchoat die* 45. *At ab aequinoctio eo ad brumam, Vergiliarum matutinus hiemem die* 43. Dein paucis praemissis, *Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant: aliqui ad III. Idus Novembris, ut diximus, servant, quoniam id sidus etiam vestis institor* p) *est, et est in coelo notatu facillimum: ergo ex occasu eius de hieme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris avaritiae.* Isidor. III. 70. *Latini Vergilias dicunt, quod post vernum tempus oriuntur. Hae βοτρύς dicuntur a multitudine, Graecis Pleiades, in genu Tauri.* Hinc Hippocrati ὑπὸ *Πληϊάδος* saepius usurpatur pro autumni fine; atque hinc etiam est quod Hesiodus arationem adoriri iubet occidentibus Pleiadibus, *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* v. 384.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.

Idem vetat post occasum Pleiadum navigare, quod eo tempore mare maxime infidum et turbulentum esse soleat, *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* v. 619.

Εὖτ' ἂν Πληϊάδες σθένος ὄβριμον Ὠρίωνος
Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται·
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

Hoc est, sub fine Octobris, vel sub initio Novembris. Vergiliae enim ortu suo ut aestatem indicant, ita occasu ineuntem hiemem testantur, adeoque totum annum, ut alicubi ait Theophrastus *διχοτομοῦσιν ἀνατέλλουσαί τε καὶ δυόμεναι.* Mense autem Maio oriuntur, 44 circiter diebus post aequinoctium vernum, et Novembri occidunt, totidem fere diebus post aequinoctium autumnale. Quin a communi sententia longe recedit Aeschylus, quae Troiam excisam refert sub aestatis

---

p) *institoris.*

initio, mense Thargelione. Auctorum veterum in hac re testimonia, a viro summo Iosepho Scaligero in ἱστοριῶν συναγωγῇ congesta, operae pretium erit adiicere: *Κατὰ τοῦτον* (Abdonem iudicem), *ὡς ἔνιοι λέγουσιν, Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ ἐγνωρίζετο, καὶ Ἴλιον ἑάλω κατὰ τὸ ιή ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὡς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος· Αἰγείας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ, μηνὸς Πανέμου ὀγδόῃ φθίνοντος· Ἑλλάνικος γὰρ δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος μηνός. Καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων ὀγδόῃ φθίνοντος, βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως, πληθούσης σελήνης. Νὺξ μὲν ἦν, φησὶν ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκώς, μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε Σελάνα. Ἕτεροι δὲ Σκιροφοριῶνος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Καλλισθένης δὲ ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· Ἑάλω δὲ ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ἡ ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, τῇ ἡ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, φάσχων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα Νὺξ μὲν ἦν μεσάτα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε Σελάνα, μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Λυσίμαχος δέ φησι, Δημοφῶντος Ἀθήνησι βασιλεύοντος ἔτους τετάρτου Θαργηλιῶνος ἱσταμένου δεκάτῃ. Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς· Ἴλιον ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους (ἔαρος), ἑπταικαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι.* Videsis etiam quae supra ad v. 40 annotavimus.]

v. 836. *ΥΠΕΡΘΟΟΡΩΝ ΔΕ ΠΥΡΓΟΝ.* Virgilius, in eadem re, Aeneid. VI. 515.

> Cum fatalis equus saltu super ardua venit
> Pergama. ——

[Ibid. *ΩΜΗΣΤΗΣ.* Hesych. Ὠμηστής· ὁ ὠμὰ κρέα ἐσθίων. Ad quem locum Sopingerus: „Apud Plutarch. in Themistoole r) Baccho *ὠμηστῇ* immolatos fuisse homines vivos traditur."]

[v. 837. *ΑΔΗΝ ΕΛΕΙΞΕΝ ΑΙΜΑΤΟΣ ΤΥΡΑΝΝΙΚΟΥ.* Typhiod. v. 379.

> *Καὶ δὴ πορφύρεον μὲν ἑλίσσεται ἔνδοθι παρειῶν* (l. *πύργων*)
> *Αἵματος κεχυμένον* (l. *ἐκχύμενον*) *πέλαγος, καὶ κῦμα φέρουσα.*

Quin de Priami et filiorum eius internecione intelligendus est noster.]

[Ibid. *ΑΔΗΝ.* Hesych. Ἄδην· ἀθρόως, ἐξαίφνης, δεινῶς, ὅθεν καὶ ἀδδηφάγος. Etymolog. s) Ἄδην, τὸ κεκορεσμένως καὶ εἰς πλήρωσιν ἄγον.]

v. 840. *ΤΑΥΤΑ.* Forsan *ταὐτά.* [h. e. *σύμφημι.* Respicit ad chori verba de blanditie et amicitia non sincera.]

---

r) Plut. p. 119. A.

s) Etym. M. p. 16, 42.

v. 842. *ΦΘΟΝΟΥ.* Stob. [t]) Serm. XXXVIII. *ψόγου*, minus recte. [Optime Socrates apud Xenophontem [u]), Memorab. III. p. 779. *Φθόνον δὲ σκοπῶν ὅ, τι εἴη, λύπην μέν τινα ἐξεύρισκεν αὐτὸν ὄντα, οὔτε μέντοι τὴν ἐπὶ φίλων ἀτυχίαις, οὔτε τὴν ἐπ' ἐχθρῶν εὐτυχίαις γιγνομένην, ἀλλὰ μόνους ἔφη φθονεῖν τοὺς ἐπὶ ταῖς τῶν φίλων εὐπραξίαις ἀνιωμένους.*]

v. 843. *ΙΟΣ.* *Virus*, *rubigo.* Attalus apud Senecam, Epist. LXXXI. *Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.*

[Ibid. *ΚΑΡΔΙΑΝ.* f. *καρδίᾳ.*]

v. 844. (835.) *ΔΙΠΛΟΙΖΕΙ.* Lege *διπλάζει.* Vulnere duplici torquetur invidus, et propter sua mala, et propter aliena bona.

[Ibid. *ΠΕΠΛΑΜΜΕΝΩι*, a *πάω.*]

[v. 845. *ΤΟΙΣ Δ' ΑΥΤΟΥ.* Theophrastus: *Τοσοῦτον δέ εἰσιν οἱ φθονεροὶ δυστυχέστεροι τῶν ἄλλων, ὅσον οἱ μὲν ἐπὶ ταῖς αὑτῶν συμφοραῖς ἀλγοῦσιν, οἱ δὲ φθονοῦντες πρὸς τοῖς ἑαυτῶν κακοῖς καὶ τοῖς τῶν ἄλλων ἀγαθοῖς διατελοῦσιν.*]

v. 850. *ΟΣΠΕΡ ΟΥΧ ΕΚΩΝ ΕΠΛΕΙ.* De Ulysse narratum nemo nescit, ipsum ita ab expeditione Troiana abhorruisse, ut sese insanum finxerit. Atque haec fortassis est *ἀνάγκη* illa, quam intelligit apud Sophoclem, ubi, Neoptolemum ad fallendum Philoctetem hortatus, inquit, Philoct. v. 72.

Σὺ μὲν πέπλευκας, οὔτ' ἔνορκος οὐδενί,
Οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τοῦ πρώτου στόλου·
Ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν· ἐστ' ἀρνήσιμον.

v. 851. *ΗΝ ΕΜΟΙ ΣΕΙΡΑΣΦΟΡΟΣ.* Hesychius, *Σεῖραι· πλέγματα; ἡνίαι, ἢ πλεκτοὶ ἱμάντες.* Inde *Σειραφόρος.* Idem, *Σειραφόρος· ἡγεμονικός· μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν δεξιοσείρων ἵππων.* Et postea, *Σειροφόρος· ἡγεμονικός.* Agamemnon Ulyssem *σειραφόρον* sibi esse dicit metaphora elegantissima, quasi pro sua parte iugum secum ferentem: etenim in quadriga utrique equo iugali, *ζυγίῳ*, adiungebatur funalis, *σειραφόρος*, idque ex instituto Clisthenis. Isidorus [x]): *Quadrigarum vero currus duplici temone olim erant perpetuoque et quod [qui] omnibus equis iniiceretur iugo. Primus Clisthenes Sicyonius tantum medios iugavit, eisque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Graeci σειραφόρους, Latini funarios appellant.*]

[v. 853. *ΠΡΟΣ ΠΟΛΙΝ ΤΕ ΚΑΙ ΘΕΟΥΣ ΚΟΙΝΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ ΘΕΝΤΕΣ.* Mos antiquorum instituendi ludos post victoriam in honorem Deorum et in gratiam civium satis notus est.]

[v. 855. *ΚΑΙ ΤΟ ΜΗ ΚΑΛΩΣ ΕΧΟΝ.* Respondet ultimis chori verbis, v. 816.

---

t) Stob. Serm. XXXVIII, 28 (p. 223 Gesn.).

u) Xenoph. Mem. III, 9, 8.

x) Isidor. Orig. XVIII, c. 32. p. 447. Basil.

Γνώσῃ δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος
Τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως
Πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν.]

v. 856: (847.) *MENEI.* Lege *μενῇ.*

v. 858. *KEANTEΣ.* [Pro *κήαντες.*] Hesychius, *Κάοντες, καίοντες* et *Κειάμενοι, καύσαντες.* [Ovid. Remed. Amor. v. 229.

Ut corpus redimas, vulnus patieris et ignes.

Seneca Agamemn. v. 150.

Et ferrum et ignis saepe medicinae loco est.

Plato apud Diog. Laertium, III. 85. *Ἡ δὲ χειρουργικὴ διὰ τοῦ τέμνειν καὶ καίειν ὑγιάζει.* Claudian. XX. [sive II.] 14.

—— ferro sanantur et igni.

Xenophon y), *Ἀπομνημ.* I. p. 720. *Καὶ τοῖς ἰατροῖς παρέχειν μετὰ πόνων τε καὶ ἀλγηδόνων καὶ ἀποτέμνειν καὶ ἀποκαίειν.*]

[Ibid. *H TEMONTEΣ.* Ad proverbium *Malum sectione egens* „Annotat Eustathius, inquit Paroemiographus, in libros decimum, proverbialiter dici *πήματα τομῶντα, quae sectionis egeant mala*, de ingentibus et extremis: sumpta metaphora a putrido vulnere, nulla arte medicabili, nisi per novaculae ferrique incisionem. Extat apud Sophoclem z), in Aiace flagellifero:

—— *οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ*
Θροεῖν [θρηνεῖν] ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.
Admurmurare carmina haud medici est boni
Quando malum iam sectionem flagitat.

Non est alienum ab hoc et illud: *Ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ, vivum secabit cute tenus.*" Haec ille.]

[v. 864. *ΠΡΕΣΒΟΣ ΑΡΓΕΙΩΝ ΤΟΔΕ.* *Ἄξιωμα.* Vide ad Pers. v. 1.]

v. 867. *OYK ΑΛΛΩΝ ΠΑΡΑ ΜΑΘΟΥΣ'.* Distingue:

—— *οὐκ ἄλλων πάρα*
Μαθοῦσ', ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον.
Τοσόνδ' ὅσονπερ οὗτος ἦν ὑπ' Ἴλιῳ.

Non ab aliis, inquit, *accepta et audita dicam, sed quae ego met tristia sim experta in vita, donec iste ad Ilium erat.*

[v. 869. (860.) *ΥΠ' ΙΛΙΩι.* Et mox, v. 891.

—— *τόνδ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν*
Κίνδυνον. ——

At v. 995.

—— *εὖθ' ὑπ' Ἴλιον*
Ὦρτο ναυβάτας στρατός.]

---

y) Xenoph. Mem. I, 2, 54. z) Soph. Ai. 581.

[v. 870. *ΤΟ ΜΕΝ ΓΥΝΑΙΚΑ.* Eadem in Choeph. v. 920.

Ἄλγος γυναιξὶν ἀνδρὸς εἴργεσθαι, τέκνον.]

[v. 871. *ΕΚΠΑΓΛΟΝ.* Hesych. *Ἔκπαγλα· θαυμαστά, μεγάλα, ἔξοχα, περιττά.*]

v. 872. *ΠΟΛΛΑΣ ΚΛΥΟΥΣΑΝ ΗΔΟΝΑΣ ΠΑΛΙΓΚΟΤΟΥΣ.* Lege

Πολλὰς κλύουσαν ἡδόνας παλιγκότους.

Ut mox, v. 883.

—— *ἡδόνων παλιγκότων.*

[v. 873. *ΚΑΙ ΤΟΝ ΜΕΝ, ΗΚΕΙΝ.* Planior sententia, si pro *ἧκειν* legimus *ἄγχειν*, ex quo Latinum *angere* derivatum, ut veteres grammatici docent. *Ἀπάγξασθαι* de quovis mortis genere seu acerbiore dolore usurpari satis notum, quamvis non notatum a lexicographis. Non valde contendo tamen, cum vulgata lectio ferri possit.]

[Ibid. *ΤΟΝ ΜΕΝ. Λάσκοντα.*]

[v. 874. *ΛΑΣΚΟΝΤΑΣ.* Hesych. *Λάσκειν· λέγειν, φθέγγεσθαι.* Euripid. Andromache, v. 672.

—— *ξένης δ' ὕπερ*

Τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους;]

v. 877. *ΤΕΤΡΩΤΑΙ ΔΙΚΤΥΟΥ ΠΛΕΩ ΛΕΓΕΙΝ.* Esset, *ut ita dicam, nassula confossior.* [f. *τέτρωτ' ἄν*, vel *ἐτέτρωτ' ἄν.* Lucianus [a]), Epist. Saturn. c. 24. *Ἐσθῆτα κοσκινηδὸν διατετρυπῆσθαι.* Plautus Rudent. I. 2. [b])

Villam integundam intelligo totam mihi,
Iam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.

Idem Mostell. I. 1. [c])

O carnificum cribrum, quod credo fore:
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, si huc reveniat senex.]

[Ibid. *ΛΕΓΕΙΝ. Ὡς εἰπεῖν, ut ita dicam.*]

[v. 879. *ΤΡΙΣΩΜΑΤΟΣ Τ'.* Virg. Aen. VI. 289.

—— et forma tricorporis umbrae.

Sil. Ital. XIII. 201.

Monstrum Geryones immane tricorporis.

Pro *τ'* f. *γ'*. Communiter vero Geryones *τριχέφαλος* seu *τριχάρηνος* habitus est; unde proverbium *τριχέφαλε Γηρυόνη, ἐπὶ τῶν θηριογνωμόνων, de iis qui efferatis sunt animis.* Cuius rationem reddit Mich. Apostolius, XIX. 64. ab urbe nempe in Ponto Euxino, quae *Τριχαρηνία* appellata fuit; quam Hercules invadens Geryonem illi propugnantem occidit.]

---

a) Luc. vol. III, p. 406. b) I, 2, 13. c) I, 1, 52.

v. 880. (871.) *ΤΗΝ ΚΑΤΩ ΧΘΟΝΟΣ.* Id est, sepulchrum.

v. 881. *ΤΡΙΜΟΙΡΟΝ ΧΛΑΙΝΑΝ.* Metonymice vestis pro corpore, ut corpus, *τὸ σὸν δέμας*, pro persona, apud tragicos. *Λαβών*, id est, *ἔχων*. [Et ita legit Auratus.]

[v. 882. *ΑΠΑΞ ΕΚΑΣΤΩι ΚΑΤΘΑΝΩΝ ΜΟΡΦΩΜΑΤΙ.* Talis qui fama mortuus, *δευτερόποτμος* dicebatur; de qua re praetereunda non sunt Hesychii verba: *Δευτερόποτμος· ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος· οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. Οἱ δὲ παλίμοις καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν σεμνῶν φασι θεῶν. Ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκώς, ἔπειτα ἐπανελθών. Ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδύς· ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι.*]

[Ibid. *ΜΟΡΦΩΜΑΤΙ.* Ovid. Metam. IX. 184.

—— nec me pastoris Iberi
Forma triplex movit.

Caeterum *μόρφωμα*, forma, pro corpore; ut idem Ovidius, Met. I. 1.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. ——

v. 884. *ΑΡΤΑΝΑΣ ΕΜΗΣ ΔΕΡΗΣ.* Cum ego pararem laqueum ad suspendium.

[Ibid. *ΕΜΗΣ ΔΕΡΗΣ.* Sub. *ἀπό*.]

[v. 885. *ΛΕΛΗΜΜΕΝΗΣ.* f. *εἱλουμένῃ* vel *εἱλημένης*, vel *εἱλημμένης*.]

v. 886. *ΕΚ ΤΩΝΔΕ.* [*Κληδόνων* sc.] Potest etiam interpretari, *opera horum* (domesticorum). Est excusatio callida absentiae Orestis.

[v. 887. *ΚΥΡΙΟΣ.* f. *κύρος ὤν*, vel *κῦρος ἦν*.]

v. 889. *ΔΟΡΥΞΕΝΟΣ.* Sic et Choeph. v. 914.

v. 893. *ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΤΑΡΡΙΨΕΙΕΝ*, *consilium proiectum iniret*. Sc. occidendi Orestis. [f. *βόλον*, vel *βουλὴν καταῤῥύψειεν*.]

[Ibid. *ΣΥΓΓΟΝΟΝ.* Supple, *ἐστὶ*, vel f. *σὸν γόνον*.]

v. 896. *ΚΛΑΥΜΑΤΩΝ ΕΠΙΣΣΥΤΟΙ ΠΗΓΑΙ ΚΑΤΕΣΒΗΚΑΣΙΝ.* Sept. Theb. v. 590.

Μητρός τε πηγὴν τίς καταβέσει δίκη;

[v. 900. (891.) *ΑΤΗΜΕΛΗΤΟΥΣ.* Aurat. *ἀτημέλητος*, *neglectus*, vel *ἀτημελητῶς*.]

v. 906. *ΣΩΤΗΡΑ ΝΑΟΣ.* Interpunge cum Cantero:

Σωτῆρα ναὸς πρότονον, ὑψηλῆς στέγης
Στύλον ποδήρη. ——

Scholiastes Apollonii ad Argon. I. 564. *Πρότονοι, τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἱστίου ἐπὶ τὴν πρῴραν καὶ τὴν πρύμναν ἐκτεινόμενα σχοινία.*

v. 910. *ΟΔΟΙΠΟΡΩι ΔΙΨΩΝΤΙ.* Virgilius, Ecl. V. 46.

——— quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

Apollonius, IV. 1416.

Ἤ τινα πετραίην χύσιν ὕδατος, ἤ τινα γαίης
Ἱερὸν ἐκβλύσοντα, θεαὶ, ῥόον, ᾧ ἀπὸ δίψαν
Ἀιδομένην ἄμοτον λωφήσομεν. ——

[v. 912. (903.) *ΤΟΙΟΙΣΔΕ.* f. *Τοιοῖς σε.*]

[v. 914. *ΦΙΛΟΝ ΚΑΡΑ.* Homer. Iliad. Σ'. 114.

Νῦν δ' εἶμ' ὄφρα φίλης κεφαλῆς ὀλετῆρα τύχωμαι.

Latini, *carum caput.* Virg. Aen. IV. 493. Horat. Od. I. 24. [init.]]

[v. 915. *ΕΚΒΑΙΝ' ΑΠΗΝΗΣ ΤΗΣΔΕ.* Et mox ad Cassandram, v. 1048.

Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε.

Argumenti auctor: *Ἀγαμέμνων δὲ ἐπὶ ἀπήνης ἔρχεται· εἵπετο δ' αὐτῷ ἑτέρα ἀπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα, καὶ ἡ Κασάνδρα.* Seneca Troad. v. 149.

—— Currusque sequens
Agamemnonios aurea dextra
Vincula gestans laetis fiet
Pompa Mycenis.]

[v. 916. (907.) *ΑΝΑΞ.* f. *ὦ 'ναξ.*]

[v. 917. *ΑΙΣ ΕΠΙΣΤΑΛΤΑΙ ΤΕΛΟΣ.* Thomas Magister [d]) in voce *ἐπέτειλάμην. Ἐπιστεῖλαι δὲ οὐ μόνον τὸ διὰ γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοπροσώπως κελεῦσαι· καὶ ἐπιστολὴ ὡσαύτως.* Vide Prometh. Vinct. v. 3.]

[Ibid. *ΤΕΛΟΣ. Officium, πρᾶγμα.* Vide ad Sept. Theb. v. 266.]

v. 918. *ΠΕΔΟΝ ΚΕΛΕΥΘΟΥ ΣΤΡΩΝΝΥΝΑΙ ΠΕΤΑΣΜΑΣΙΝ.* Mos antiquus, cuius apud plures fit mentio. Plutarchus [e]) Catone Uticensi, p. 764. *Προεπέμφθη δάφνησι καὶ περιβολαῖς ἁπλήστοις, ὑποτιθέντων ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἢ βαδίζοι.* Vide sis 2 Reg. IX. 13. D. Matth. XXI. 8.

v. 919. *ΠΟΡΦΥΡΟΣΤΡΩΤΟΣ.* Virgilio *stratum ostrum.* Aen. I. 704.

v. 920. *ΩΣ ΑΝ ΗΓΗΤΑΙ ΔΙΚΗ.* Poterit legi *ὡς νιν ἡγῆται δίκη, ut deducat eum Iustitia domum.* [Vide Polynicis insignia, Sept. Theb. v. 650. Sunt qui malint *δίκῃ.*]

[v. 922. *ΣΥΝ ΘΕΟΙΣ.* Choeph. v. 780. *Σὺν θεῶν δόσει.* Vide quae ibi annotata. Theocr. Idyll. II. 28. *σὺν δαίμονι.*]

[v. 923. *ΛΗΔΑΣ ΓΕΝΕΘΛΟΝ.* Leda duo peperit ova, ex quorum altero nati sunt Pollux et Helena, ex altero Castor

---

d) Thom. p. 339. Lugd.

e) Plut. Cat. c. XII.

[v. 834. *ΙΠΠΟΥ ΝΕΟΣΣΟΣ ΑΣΠΙΔΟΣΤΡΟΦΟΣ ΛΕΩΣ* Pullities, foetura equi, milites quibus gravida erat illa machina. Tryphiod. v. 195.

—— *ἐπικλήϊσε θύρην ἐριθύμονος ἵππου.*

Et quos peperit: idem, v. 370.

Τοῖς (f. Τοῖος) ἀριστήων λόχος ἔρχεται, οὓς ἐπὶ χάρμην
Τεύχεσιν ἀστράπτουσαν ἀμαυροτάτην ἐπὶ νύκτα
Τέξεται ὄμβριμος ἵππος· ἐπὶ χθόνα δ' ἄρτι θορόντες
Ἐς μόθον ὁρμήσουσι τελειότατοι πολεμισταί·
Οὐ γὰρ ὑπ' ὠδίνεσσι μογοστόκον ἵππον ἀνεῖσαι
Ἀνδράσι τικτομένοισι νέφη σχήσουσι γυναῖκες·
Αἶτη δ' Εἰλείθυια γενήσεται, ἥ μιν ἔτευξε.
Γαστέρα δὲ πλήθουσαν ἀναπλίνασ' ἀναβοήσει (—νασα βοήσει)
Μαῖα πολυκλαύτοιο τόκου πτολίπορθος Ἀθήνη.

Verum cum per appositionem ἵππου νεοσσός videatur explicare Ἀργεῖον δόκος, nescio an potius legendum sit ἵππου νεοσσὸς ἀσπιδοστρόφου πλέως. Certe ita Virgilius, Aen. II. 20.

—— uterumque armato milite complent.

Horat. Od. I. 15. n)

Quam multo repetet Graecia milite.]

[Ibid. *ΙΠΠΟΥ ΝΕΟΣΣΟΣ.* Homer. Odyss. VIII. 511.

Δίσσα γὰρ ἦν ἀπολέσθαι, ἐπὴν πόλις ἀμφικαλύψῃ
Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' εἵατο πάντες ἄριστοι
Ἀργείων, Τρώεσσι φόνον καὶ κῆρα φέροντες.

Hinc proverbium: *Δούρειος ἵππος*, *Dureus equus*, de clandestinis insidiis, aut ubi repente complures apparerent, qui latuerant antea. Sic et *equus Troianus* proverbialiter usurpatur a Cicerone pro Muraena, c. 37. *Intus, intus, inquam, est equus Troianus, a quo nunquam, me consule, dormientes opprimemur.* Et in Anton. II. 13. *In huius me consilii societatem, tanquam in equum Troianum, includi cum principibus non recuso.* Aristophanes detorquet in emphasim roboris ac magnitudinis in Avibus, v. 1128.

Ἵππων ὑπόντων μέγεθος, ὅσον ὁ δούριος.]

[v. 835. *ΑΜΦΙ ΠΛΕΙΑΔΩΝ ΔΥΣΙΝ.* Dicit Ilium captum esse circiter occasum Pleiadum. Notissima est de Electra fabula, quae e Pleiadum choro se subduxit: neque enim urbem filii sui Dardani vastatam spectare sustinuit. Meminit Hyginus o) Sign. Coelest. 2. in Tauro. Ovidius Fast. IV. 178

Sive quod Electra Troiae spectare ruinas
Non tulit, ante oculos opposuitque manum.

---

n) v. 6. o) Hygin. Astron. II, 21. p. 265. Scheffer.

Scholiastes ad Arati Phaenom. v. 225. *Φασὶ δέ τινες τοιοῦτον μῦθον, ὅτι μία ἐκ τῶν ἑπτὰ διὰ τὸ τῆς Ἰλίου πάθος ὑπεχώρησε τοῦ ναστήματος, καὶ ὑπὸ τὸν δεύτερον ἀστέρα τοῦ ῥυμοῦ ἦκεν, ὃς λέγεται εἶναι τῆς Ἠλέκτρας.* Quintus Smyrnaeus, XIII. 551.

Ἰλίου ὀλλυμένης, ἧς εἵνεκά φασι καὶ αὐτὴν
Ἠλέκτρην βαθύπεπλον ἐὸν δέμας ἀμφικαλύψαι
Ἄχλυι, καὶ νεφέεσσιν ἀκηχεμένην χορὸν ἄλλων
Πληϊάδων· αἱ δή οἱ ἀδελφειαὶ γεγάασιν.
Ἀλλ' αἱ μὲν μογεροῖσιν ἐπ' ὄψεϊ ἀνθρώποισιν
Ἰλαδὸν ἀντέλλουσιν ἐς οὐρανόν· ἡ δ' ἄρα μούνη
Κεύθεται αἰὲν ἄϊστος, ἐπεὶ ῥά οἱ υἱέος ἐσθλοῦ
Δαρδάνου ἱερὸν ἄστυ κατήριπεν.

Porro Troiam captam vult Aeschylus *ἀμφὶ Πληϊάδων δύσιν*, hoc est sub finem autumni. Plinius XVIII. 25. *Fidiculae occasus autumnum inchoat die* 45. *At ab aequinoctio eo ad brumam, Vergiliarum matutinus hiemem die* 43. Dein paucis praemissis, *Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant: aliqui ad III. Idus Novembris, ut diximus, servant, quoniam id sidus etiam vestis institor* P) *est, et est in coelo notatu facillimum: ergo ex occasu eius de hieme augurantur, quibus est curà insidiandi negotiatoris avaritiae.* Isidor. III. 70. *Latini Vergilias dicunt, quod post vernum tempus oriuntur. Hae βοτρύς dicuntur a multitudine, Graecis Pleiades, in genu Tauri.* Hinc Hippocrati ὑπὸ *Πληϊάδος* saepius usurpatur pro autumni fine; atque hinc etiam est quod Hesiodus arationem adoriri iubet occidentibus Pleiadibus, *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* v. 384.

Πληϊάδων Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ' ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.

Idem vetat post occasum Pleiadum navigare, quod eo tempore mare maxime infidum et turbulentum esse soleat, *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* v. 619.

Εὖτ' ἂν Πληϊάδες σθένος ὄβριμον Ὠρίωνος
Φεύγουσαι πίπτωσιν ἐς ἠεροειδέα πόντον,
Δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται·
Καὶ τότε μηκέτι νῆας ἔχειν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ.

Hoc est, sub fine Octobris, vel sub initio Novembris. Vergiliae enim ortu suo ut aestatem indicant, ita occasu ineuntem hiemem testantur, adeoque totum annum, ut alicubi ait Theophrastus *διχοτομοῦσιν ἀνατέλλουσαί τε καὶ δυόμεναι.* Mense autem Maio oriuntur, 44 circiter diebus post aequinoctium vernum, et Novembri occidunt, totidem fere diebus post aequinoctium autumnale. Quin a communi sententia longe recedit Aeschylus, quae Troiam excisam refert sub aestatis

P) *institoris.*

initio, mense Thargelione. Auctorum veterum in hac re testimonia, a viro summo Iosepho Scaligero in ἱστοριῶν συναγωγῇ congesta, operae pretium erit adiicere: Κατὰ τοῦτον (Abdonem iudicem), ὡς ἔνιοι λέγουσιν, Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ ἐγνωρίζετο, καὶ Ἴλιον ἑάλω κατὰ τὸ ιή ἔτος τῆς Ἀγαμέμνονος βασιλείας, Δημοφῶντος τοῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ ἐπὶ δέκα, ὡς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος· Αἰγείας δὲ καὶ Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ, μηνὸς Πανέμου ὀγδόῃ φθίνοντος· Ἑλλάνικος γὰρ δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος μηνός. Καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων ὀγδόῃ φθίνοντος, βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως, πληθυούσης σελήνης. Νὺξ μὲν ἦν, φησὶν ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκώς, μεσάτη, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε Σελάνα. Ἕτεροι δὲ Σκιροφοριῶνος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Καλλισθένης δὲ ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· Ἑάλω δὲ ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ἡ ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, τῇ ἡ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν, φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα Νὺξ μὲν ἦν μεσάτη, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε Σελάνα, μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Λυσίμαχος δέ φησι, Δημοφῶντος Ἀθήνησι βασιλεύοντος ἔτους τετάρτου Θαργηλιῶνος ἱσταμένου δεκάτῃ. Διονύσιος Ἁλικαρνασσεύς· Ἴλιον ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ θέρους (ἔαρος), ἑπταικαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Videsis etiam quae supra ad v. 40 annotavimus.]

v. 836. *ΥΠΕΡΘΟΡΩΝ ΔΕ ΠΥΡΓΟΝ.* Virgilius, in eadem re, Aeneid. VI. 515.

> Cum fatalis equus saltu super ardua venit
> Pergama. ——

[Ibid. *ΩΜΗΣΤΗΣ.* Hesych. Ὠμηστής· ὁ ὠμὰ κρέα ἐσθίων. Ad quem locum Sopingerus: „Apud Plutarch. in Themistocle r) Baccho ὠμηστῇ immolatos fuisse homines vivos traditur."]

[v. 837. *ΑΔΗΝ ΕΛΕΙΞΕΝ ΑΙΜΑΤΟΣ ΤΥΡΑΝΝΙΚΟΥ.* Tryphiod. v. 379.

> Καὶ δὴ πορφύρεον μὲν ἑλίσσεται ἔνδοθι παρειῶν (l. πύργων)
> Αἵματος κεχυμένον (l. ἐχύμενον) πέλαγος, καὶ κῦμα φόνοιο.

Quin de Priami et filiorum eius internecione intelligendus est noster.]

[Ibid. *ΑΔΗΝ.* Hesych. Ἄδην· ἀθρόως, ἐξαίφνης, δεινῶς, ὅθεν καὶ ἀδδηφάγος. Etymolog. s) Ἄδην, τὸ κεκορεσμένως καὶ εἰς πλήρωσιν ἄγον.]

v. 840. *ΤΑΥΤΑ.* Forsan ταὐτά. [h. e. σύμφημι. Respicit ad chori verba de blanditie et amicitia non sincera.]

---

r) Plut. p. 119. A.

s) Etym. M. p. 16, 42.

v. 842. *ΦΘΟΝΟΥ.* Stob. [t]) Serm. XXXVIII. *ψόγου*, minus recte. [Optime Socrates apud Xenophontem [u]), Memorab. III. p. 779. *Φθόνον δὲ σκοπῶν ὅ, τι εἴη, λύπην μέν τινα ἐξεύρισκεν αὐτὸν ὄντα, οὔτε μέντοι τὴν ἐπὶ φίλων ἀτυχίαις, οὔτε τὴν ἐπ' ἐχθρῶν εὐτυχίαις γιγνομένην, ἀλλὰ μόνους ἔφη φθονεῖν τοὺς ἐπὶ ταῖς τῶν φίλων εὐπραξίαις ἀνιωμένους.*]

v. 843. *ΙΟΣ. Virus, rubigo.* Attalus apud Senecam, Epist. LXXXI. *Malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit.*

[Ibid. *ΚΑΡΔΙΑΝ.* f. *καρδίᾳ.*]

v. 844. (835.) *ΔΙΠΛΟΙΖΕΙ.* Lege *διπλάζει.* Vulnere duplici torquetur invidus, et propter sua mala, et propter aliena bona.

[Ibid. *ΠΕΠΑΜΜΕΝΩι*, a *πάω.*]

[v. 845. *ΤΟΙΣ Δ' ΑΥΤΟΥ.* Theophrastus: *Τοσοῦτον δέ εἰσιν οἱ φθονεροὶ δυστυχέστεροι τῶν ἄλλων, ὅσον οἱ μὲν ἐπὶ ταῖς αὑτῶν συμφοραῖς ἀλγοῦσιν, οἱ δὲ φθονοῦντες πρὸς τοῖς ἑαυτῶν κακοῖς καὶ τοῖς τῶν ἄλλων ἀγαθοῖς διατελοῦσιν.*]

v. 850. *ΟΣΠΕΡ ΟΥΧ ΕΚΩΝ ΕΠΛΕΙ.* De Ulysse narratum nemo nescit, ipsum ita ab expeditione Troiana abhorruisse, ut sese insanum finxerit. Atque haec fortassis est *ἀνάγκη* illa, quam intelligit apud Sophoclem, ubi, Neoptolemum ad fallendum Philoctetem hortatus, inquit, Philoct. v. 72.

Σὺ μὲν πέπλευκας, οὔτ' ἔνορκος οὐδενί,
Οὔτ' ἐξ ἀνάγκης, οὔτε τοῦ πρώτου στόλου·
Ἐμοὶ δὲ τούτων οὐδέν· ἐστ' ἀρνήσιμον.

v. 851. *ΗΝ ΕΜΟΙ ΣΕΙΡΑΣΦΟΡΟΣ.* Hesychius, *Σεῖραι· πλέγματα; ἡνίαι, ἢ πλεκτοὶ ἱμάντες.* Inde *Σειραφόρος.* Idem, *Σειραφόρος· ἡγεμονικός· μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν δεξιοσείρων ἵππων.* Et postea, *Σειροφόρος· ἡγεμονικός.* Agamemnon Ulyssem *σειρασφόρον* sibi esse dicit metaphora elegantissima, quasi pro sua parte iugum secum ferentem: etenim in quadriga utrique equo iugali, *ζυγίῳ*, adiungebatur funalis, *σειραφόρος*, idque ex instituto Clisthenis. Isidorus [x]): *Quadrigarum vero currus duplici temone olim erant perpetuoque et quod [qui] omnibus equis inüceretur iugo. Primus Clisthenes Sicyonius tantum medios iugavit, eisque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Graeci σειραφόρους, Latini funarios appellant.*]

[v. 853. *ΠΡΟΣ ΠΟΛΙΝ ΤΕ ΚΑΙ ΘΕΟΥΣ ΚΟΙΝΟΥΣ ΑΓΩΝΑΣ ΘΕΝΤΕΣ.* Mos antiquorum instituendi ludos post victoriam in honorem Deorum et in gratiam civium satis notus est.]

[v. 855. *ΚΑΙ ΤΟ ΜΗ ΚΑΛΩΣ ΕΧΟΝ.* Respondet ultimis chori verbis, v. 816.

---

t) Stob. Serm. XXXVIII, 28 (p. 223 Gesn.).

u) Xenoph. Mem. III, 9, 8.

x) Isidor. Orig. XVIII, c. 32. p. 447. Basil.

Γνώσῃ δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος
Τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως
Πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν.]

v. 856: (847.) *MENEI.* Lege *μενῇ.*

v. 858. *ΚΕΑΝΤΕΣ.* [Pro *κήαντες.*] Hesychius, *Κάοντες, καίοντες* et *Κειάμενοι, καύσαντες.* [Ovid. Remed. Amor. v. 229.

Ut corpus redimas, vulnus patieris et ignes.

Seneca Agamemn. v. 150.

Et ferrum et ignis saepe medicinae loco est.

Plato apud Diog. Laertium, III. 85. *Ἡ δὲ χειρουργικὴ διὰ τοῦ τέμνειν καὶ καίειν ὑγιάζει.* Claudian. XX. [sive II.] 14.

—— ferro sanantur et igni.

Xenophon y), *Ἀπομνημ.* I. p. 720. *Καὶ τοῖς ἰατροῖς παρέχειν μετὰ πόνων τε καὶ ἀλγηδόνων καὶ ἀποτέμνειν καὶ ἀποκαίειν.*]

[Ibid. *Η ΤΕΜΟΝΤΕΣ.* Ad proverbium *Malum sectionis egens* „Annotat Eustathius, inquit Paroemiographus, in Iliados decimum, proverbialiter dici *πήματα τομῶντα, quae sectionis egeant mala*, de ingentibus et extremis: sumpta metaphora a putrido vulnere, nulla arte medicabili, nisi per novaculae ferrique incisionem. Extat apud Sophoclem z), in Aiace flagellifero:

—— *οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ*
Θροεῖν [θρηνεῖν] ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.
Admurmurare carmina haud medici est boni
Quando malum iam sectionem flagitat.

Non est alienum ab hoc et illud: *Ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ, vivum secabit cute tenus.*" Haec ille.]

[v. 864. *ΠΡΕΣΒΟΣ ΑΡΓΕΙΩΝ ΤΟΔΕ.* *Ἀξίωμα.* Vide ad Pers. v. 1.]

v. 867. *ΟΥΚ ΑΛΛΩΝ ΠΑΡΑ ΜΑΘΟΥΣ'.* Distingue:

—— *οὐκ ἄλλων πάρα*
Μαθοῦσ', ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον.
Τοσόνδ' ὅσονπερ οὗτος ἦν ὑπ' Ἰλίῳ.

Non ab aliis, inquit, *accepta et audita dicam, sed quae ego mea tristia sim experta in vita, donec iste ad Ilium erat.*

[v. 869. (860.) *ΥΠ' ΙΛΙΩι.* Et mox, v. 891.

—— *τόνδ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν*
Κίνδυνον. ——

At v. 995.

—— *ἔνθ' ὑπ' Ἴλιον*
Ὦρτο ναυβάτας στρατός.]

---

y) Xenoph. Mem. I, 2, 54. z) Soph. Ai. 581.

[v. 870. *ΤΟ ΜΕΝ ΓΥΝΑΙΚΑ.* Eadem in Choeph. v. 920.

Ἄλγος γυναιξὶν ἀνδρὸς εἴργεσθαι, τέκνον.]

[v. 871. *ΕΚΠΑΓΛΟΝ.* Hesych. *Ἔκπαγλα· θαυμαστά, μεγάλα, ἔξοχα, περιττά.*]

v. 872. *ΠΟΛΛΑΣ ΚΛΥΟΥΣΑΝ ΗΔΟΝΑΣ ΠΑΛΙΓΚΟΤΟΥΣ.* Lege

Πολλὰς κλύουσαν ἡδόνας παλιγκότους.

Ut mox, v. 883.

—— *ἡδόνων παλιγκότων.*

[v. 873. *ΚΑΙ ΤΟΝ ΜΕΝ, ΗΚΕΙΝ.* Planior sententia, si pro *ἧκειν* legimus *ἄγχειν*, ex quo Latinum *angere* derivatum, ut veteres grammatici docent. *Ἀπάγξασθαι* de quovis mortis genere seu acerbiore dolore usurpari satis notum, quamvis non notatum a lexicographis. Non valde contendo tamen, cum vulgata lectio ferri possit.]

[Ibid. *ΤΟΝ ΜΕΝ. Λάσκοντα.*]

[v. 874. *ΛΑΣΚΟΝΤΑΣ.* Hesych. *Λάσκειν· λέγειν, φθέγγεσθαι.* Euripid. Andromache, v. 672.

—— *ξένης δ' ὕπερ*

Τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους;]

v. 877. *ΤΕΤΡΩΤΑΙ ΔΙΚΤΥΟΥ ΠΛΕΩ ΛΕΓΕΙΝ.* Esset, *ut ita dicam, nassula confossior.* [f. *τέτρωτ' ἄν*, vel *ἐτέτρωτ' ἄν.* Lucianus [a]), Epist. Saturn. c. 24. *Ἐσθῆτα κοσκινηδὸν διατετρυπῆσθαι.* Plautus Rudent. I. 2. [b])

Villam integundam intelligo totam mihi,
Iam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.

Idem Mostell. I. 1. [c])

O carnificum cribrum, quod credo fore:
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, si huc reveniat senex.]

[Ibid. *ΛΕΓΕΙΝ. Ὡς εἰπεῖν, ut ita dicam.*]

[v. 879. *ΤΡΙΣΩΜΑΤΟΣ Τ'.* Virg. Aen. VI. 289.

—— et forma tricorporis umbrae.

Sil. Ital. XIII. 201.

Monstrum Geryones immane tricorporis.

Pro *τ'* f. *γ'*. Communiter vero Geryones *τριπέφαλος* seu *τρικάρηνος* habitus est; unde proverbium *τριπέφαλε Γηρυόνη, ἐπὶ τῶν θηριογνωμόνων, de iis qui efferatis sunt animis.* Cuius rationem reddit Mich. Apostolius, XIX. 64. ab urbe nempe in Ponto Euxino, quae *Τρικαρηνία* appellata fuit; quam Hercules invadens Geryonem illi propugnantem occidit.]

---

a) Luc. vol. III, p. 406. b) I, 2, 13. c) I, 1, 52.

v. 880. (871.) *ΤΗΝ ΚΑΤΩ ΧΘΟΝΟΣ.* Id est, sepulchrum.

v. 881. *ΤΡΙΜΟΙΡΟΝ ΧΛΑΙΝΑΝ.* Metonymice vestis pro corpore, ut corpus, *τὸ σὸν δέμας*, pro persona, apud tragicos. *Λαβών*, id est, *ἔχων*. [Et ita legit Auratus.]

[v. 882. *ΑΠΑΞ ΕΚΑΣΤΩι ΚΑΤΘΑΝΩΝ ΜΟΡΦΩΜΑΤΙ.* Talis qui fama mortuus, *δευτερόποτμος* dicebatur; de qua re praetereunda non sunt Hesychii verba: *Δευτερόποτμος· ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος· οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. Οἱ δὲ πάλιμοις καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν σεμνῶν φασι θεῶν. Ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκὼς, ἔπειτα ἐπανελθών. Ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδύς· ὡς ἔθος ἦ παρὰ Ἀθηναίοις ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι.*]

[Ibid. *ΜΟΡΦΩΜΑΤΙ.* Ovid. Metam. IX. 184.

—— nec me pastoris Iberi
Forma triplex movit.

Caeterum *μόρφωμα*, forma, pro corpore; ut idem Ovidius, Met. I. 1.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. ——

v. 884. *ΑΡΤΑΝΑΣ ΕΜΗΣ ΔΕΡΗΣ.* Cum ego paratus laqueum ad suspendium.

[Ibid. *ΕΜΗΣ ΔΕΡΗΣ.* Sub. *ἀπό*.]

[v. 885. *ΛΕΛΗΜΜΕΝΗΣ.* f. *εἱλουμένῃ* vel *εἱλημένης*, vel *εἱλημμένης*.]

v. 886. *ΕΚ ΤΩΝΔΕ.* [*Κληδόνων* sc.] Potest etiam interpretari, *opera horum* (domesticorum). Est excusatio callida absentiae Orestis.

[v. 887. *ΚΥΡΙΟΣ.* f. *κύρος ὤν*, vel *κῦρος ἦν*.]

v. 889. *ΔΟΡΥΞΕΝΟΣ.* Sic et Choeph. v. 914.

v. 893. *ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΤΑΡΡΙΨΕΙΕΝ*, *consilium praeceptum iniret.* Sc. occidendi Orestis. [f. *βόλον*, vel *βουλὴν καταρρύψειεν*.]

[Ibid. *ΣΥΓΓΟΝΟΝ.* Supple, *ἐστὶ*, vel f. *σὸν γόνον*.]

v. 896. *ΚΛΑΥΜΑΤΩΝ ΕΠΙΣΣΥΤΟΙ ΠΗΓΑΙ ΚΑΤΕΣΒΗΚΑΣΙΝ.* Sept. Theb. v. 590.

Μητρός τε πηγὴν τίς καταβέσει δίκη;

[v. 900. (891.) *ΑΤΗΜΕΛΗΤΟΥΣ.* Aurat. *ἀτημέλητος, neglectus*, vel *ἀτημελητῶς*.]

v. 906. *ΣΩΤΗΡΑ ΝΑΟΣ.* Interpunge cum Cantero:

Σωτῆρα ναὸς πρότονον, ὑψηλῆς στέγης
Στύλον ποδήρη. ——

Scholiastes Apollonii ad Argon. I. 564. *Πρότονοι, τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἱστίου ἐπὶ τὴν πρῴραν καὶ τὴν πρύμναν ἐκτεινόμενα σχοινία.*

v. 910. *ΟΔΟΙΠΟΡΩι ΔΙΨΩΝΤΙ.* Virgilius, Ecl. V. 46.

——— quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

Apollonius, IV. 1416.

Ἤ τινα πετραίην χύσιν ὕδατος, ἤ τινα γαίης
Ἱερὸν ἐκβλύσοντα, θεαὶ, ῥόον, ᾧ ἀπὸ δίψαν
Αἰθομένην ἄμοτον λωφήσομεν. ——

[v. 912. (903.) *ΤΟΙΟΙΣΔΕ.* f. *Τοιοῖς σε.*]

[v. 914. *ΦΙΛΟΝ ΚΑΡΑ.* Homer. Iliad. Σ'. 114.

Νῦν δ' εἶμ' ὄφρα φίλης κεφαλῆς ὀλετῆρα κιχείω.

Latini, *carum caput.* Virg. Aen. IV. 493. Horat. Od. I. 24. [init.]]

[v. 915. *ΕΚΒΑΙΝ' ΑΠΗΝΗΣ ΤΗΣΔΕ.* Et mox ad Cassandram, v. 1048.

Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε.

Argumenti auctor: *Ἀγαμέμνων δὲ ἐπὶ ἀπήνης ἔρχεται· εἵπετο δ' αὐτῷ ἑτέρα ἀπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα, καὶ ἡ Κασάνδρα.* Seneca Troad. v. 149.

—— Currusque sequens
Agamemnonios aurea dextra
Vincula gestans laetis fiet
Pompa Mycenis.]

[v. 916. (907.) *ΑΝΑΞ.* f. *ὦ 'ναξ.*]

[v. 917. *ΑΙΣ ΕΠΙΣΤΑΛΤΑΙ ΤΕΛΟΣ.* Thomas Magister [d]) in voce *ἐπετειλάμην. Ἐπιστεῖλαι δὲ οὐ μόνον τὸ διὰ γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοπροσώπως κελεῦσαι· καὶ ἐπιστολὴ ὡσαύτως.* Vide Prometh. Vinct. v. 3.]

[Ibid. *ΤΕΛΟΣ.* *Officium*, *πρᾶγμα.* Vide ad Sept. Theb. v. 266.]

v. 918. *ΠΕΔΟΝ ΚΕΛΕΥΘΟΥ ΣΤΡΩΝΝΥΝΑΙ ΠΕΤΑΣΜΑΣΙΝ.* Mos antiquus, cuius apud plures fit mentio. Plutarchus [e]) Catone Uticensi, p. 764. *Προεπέμφθη δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις, ὑποτιθέντων ἱμάτια τοῖς ποσὶν ᾗ βαδίζοι.* Vide sis 2 Reg. IX. 13. D. Matth. XXI. 8.

v. 919. *ΠΟΡΦΥΡΟΣΤΡΩΤΟΣ.* Virgilio *stratum ostrum.* Aen. I. 704.

v. 920. *ΩΣ ΑΝ ΗΓΗΤΑΙ ΔΙΚΗ.* Poterit legi *ὥς νιν ἡγῆται δίκη, ut deducat eum Iustitia domum.* [Vide Polynicis insignia, Sept. Theb. v. 650. Sunt qui malint *δίκῃ.*]

[v. 922. *ΣΥΝ ΘΕΟΙΣ.* Choeph. v. 780. *Σὺν θεῶν δόσει.* Vide quae ibi annotata. Theocr. Idyll. II. 28. *σὺν δαίμονι.*]

[v. 923. *ΛΗΔΑΣ ΓΕΝΕΘΛΟΝ.* Leda duo peperit ova, ex quorum altero nati sunt Pollux et Helena, ex altero Castor

---

d) Thom. p. 339. Lugd. e) Plut. Cat. c. XII.

et Clytaemnestra. Fabula tritissima. Id ovum Pausanias [f]) in Laconicis refert ostendi a Lacedaemoniis suspensum taeniis a testudine templi. Quin cum de ovis sermo sit, venit mihi in mentem locus Antigoni Carystii, foedissime, ni fallor, depravatus; cui ἐν παρέργῳ medelam adhibere fas sit. Est vero cap. 108. Histor. Mirab.: *Τῶν ζώων τὰ μακρὰ ἄρσενα εἶναι· τὰ δεύτερα, θήλεα.* *Animalium longa esse mascula; secunda, foemella.* Quorsum haec? immo restitue meo periculo: *τῶν δ' ὠῶν τὰ μακρὰ ἄρσενα εἶναι· τὰ παχύτερα, θήλεα.* *Ova oblonga, mascula: crassa, foemella.* Horat. Sat. II. 4. 12

Longa quibus facies ovis erit, illa memento,
Ut succi melioris, et ut magis alba rotundis
Ponere; namque marem cohibent callosa vitellum.

Columella, VIII. 5. *Cum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima ova subiiciet: at rursus quum foeminas, quam rotundissima.* Plinius [g]), H. N. X. 2. *Foeminam edunt quae rotundiora gignuntur; reliqua, marem.* Sed tamen aliter Aristoteles [h]), Hist. Animal. VI. 2. *Ἔστι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ὠῶν θήλεα· τὰ δὲ στρογγύλα καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξύ, ἄῤῥενα.*]

v. 925. *ΜΑΚΡΑΝ ΓΑΡ ΕΞΕΤΕΙΝΑΣ.* Pro absentia longa sermo longus. [Supple εἰς. Pro γάρ Aur. legit δ' ἄρ, quod minus mihi probatur.]

v. 928. *ΜΗΔΕ, ΒΑΡΒΑΡΟΥ ΦΩΤΟΣ ΔΙΚΗΝ, ΧΑΜΑΙΠΕΤΕΣ ΒΟΑΜΑ, κ. τ. λ.* Antiquissima sane [consuetudo] erat apud Assyrios et caeteras gentes orientales, regem humi procumbentes adorare; quod Graecis indecorum semper visum est. Euripides, Oreste, v. 1507.

ΦΡ. Προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπεσών.
ΟΡ. Οὐκ ἐν Ἰλίῳ τάδ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐν Ἀργείᾳ χθονί.

Hinc Aristoteles [i]), Rhetoric. III. inter *τὰ βαρβαρικὰ* ponit *προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις.* Pindaro *χαμαιπετὴς λόγος* est humilis, vilis; q. d. humi serpens. Olymp. IX. 19. [12. B.]

—— *χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ.*

[v. 931. *ΘΕΟΥΣ ΤΟΙ ΤΟΙΣΔΕ.* Lege θεοὺς τοισῐ̃δε.]

[v. 933. *ΟΥΔΑΜΩΣ ΑΝΕΥ ΦΟΒΟΥ.* Quod sit ἐπίφθονον. Vide supra quae ad v. 465.]

v. 934. *ΛΕΓΩ ΚΑΤ' ΑΝΔΡΑ ΜΗ ΘΕΟΝ ΣΕΒΕΙΝ ΕΜΕ.* Notum illud:

Nullum ego sum numen, cur me immortalibus aequas?

[Ibid. *ΛΕΓΩ ΚΑΤ' ΑΝΔΡΑ.* Versio ambigua, per quam τὸ κατ' ἄνδρα ad λέγω, ut apud Apostolum, 1 Cor. IX. 8.

---

f) Paus. III, 16, 1.
g) Plin. X, 52.
h) Aristot. vol. II, p. 824. Duval.
i) Aristot. Rhetor. I, 5. p. 69. Buhl. (p. 26. Reiz.).

Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ, non minus quam ad *σέβειν* referri possit; quod sine sententiae labe non potest hic. Vera enim sententia verborum: *λέγω*, *iubeo volo*, *σέβειν ἐμὲ κατ' ἄνδρα, μὴ κατὰ θεόν.*]

v. 936. *ΤΟ ΜΗ ΚΑΚΩΣ ΦΡΟΝΕΙΝ.* Socrates, Epistola VI. a Leone Allatio edita, *μίαν ἀρχὴν εὐδαιμονίας ἐγὼ νομίζω, φρονεῖν εὖ.*

[v. 942. (933.) *ΗΥΞΩ ΘΕΟΙΣ ΔΕΙΣΑΣ.* A. *δηίους.*]

[v. 943. *ΕΞΕΙΠΟΝ.* A. *Ἐξεῖπεν.*]

v. 944. *ΤΙ Δ' ΑΝ ΔΟΚΗι, κ. τ. λ.* Lege *δοκεῖ*. *Quid tibi videtur Priamus facturus, si haec effecisset?* sc. si vicisset.

v. 946. *ΑΙΔΕΣΘΕΙΣ.* Restitue *αἰδεσθῆς*. [Aut haec per interrogationem legenda. De Priamo quod obiecerat Clytaemnestra, annuente Agamemnone, pergit illa: *an igitur veritus hominum vituperium calcare aulaea quae paravi recusas?* Haec vera sententia, quam confirmant et sequentia.]

[v. 948. *ΑΦΘΟΝΗΤΟΣ ΟΥΚ ΕΠΙΖΗΛΟΣ.* Chares apud Stobaeum [k]), Serm. XXXVIII.

Ἐγὼ δ' ἐν ἀνθρώποισι μέχρι τοῦ δοκῶ
Εὖ πράττειν, μέχρις ἂν φρονεῖσθαί μοι δοκῶ.]

[v. 950. *ΝΙΚΑΣΘΑΙ. Λόγοις. Persuaderi.* v. 592.

Νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι.]

v. 951. *ΤΗΝΔΕ ΔΗΡΙΟΣ ΤΙΕΙΣ.* Vel *τῆσδε* legendum, vel a *δήρη δήριος pertinax.*

[v. 953. *ΥΠΑΙ ΤΙΣ ΑΡΒΥΛΑΣ. Ἀρχαϊκῶς.* Homerus, Iliad. *B'*. 44.

Ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.

Unde posteri confinxere vocem *ὑπόδημα*. Hesych. *Ἀραβύλας· ὑποδήματος διαφορὰ, καὶ βαρβαρικά.* Mox, *Ἀρβύλαι· εἶδος ὑποδημάτων.* Iul. Pollux [l]), VII. 21. *Ἦν δέ τι ὑπόδημα καὶ ἀρβύλη, εὐτελὲς τὴν ἐργασίαν.* Euripides Oreste, v. 140.

Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης
Τιθεῖτε, μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος.

Quin *ἀρβύλη* secundum Pollucem erat vilius quoddam calceamenti genus. Certe *ἀρβυλίδες* erant calceamenta rustica clavis ferreis suppacta, de quibus exponendus insignis locus in Theocr. Idyll. VII. 25.

—— ὡς τεῦ ποσὶ νισσομένοιο
Πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.

Quibus verbis inest *βουκολικὴ ἀφέλεια* et rus merum; audacem metaphoram alicubi vocat Eustathius, *Θεόκριτος φράσεως ἔφη*

---

k) Stob. Serm. XXXVIII, 5. (p. 222. Gesn.). vid. Salm. ap. Gaisf.

l) Poll. VII, §. 91.

τὸ Πᾶσα λίθος ἀείδει. Vir tamen doctus in illo loco Theocriti intelligere maluit τοὶς χρουπέζας. Erant autem χρουπέζαι et χρουπέζια proprie calceamenta lignea Boeotorum peculiaria, quibus oleas et uvas calcabant, a χρούω et πέζα. Hesych. Τὰ ξύλινα σανδάλια χρουπέζια λέγεται· καὶ ὑποδήματα ξύλινα, μεθ' ὧν τὰς ἐλαίας πατοῦσι. Unde Boeoti homines, prae aliis agrestes et rustici, ab hisce calceamentis peculiariter dicti sunt χρουπεζοφόροι, teste Eustathio m), Iul. Pollnce n), et aliis. Ego vero, pace tanti viri dixerim, ἀρβυλίδας in illo versu Theocriti intelligerem calceos ferratos rusticorum potius quam Boeotorum ligneos: eiusmodi enim soleae clavis suppactae, inter eundum lapidibus illisae sonitum ac tinnitum edant. Theophrastus o) in charactere περὶ ἀγροικίας, rustici notam facit, εἰς τὰ ὑποδήματα ἥλους ἐγκροῦσαι, clavos calceis infigere, quod etiam rustici hodieque apud nos factitant, ne calceamenta nimio usu terantur. Atque huiusmodi fortasse calcei erant, quae ideo ἥλιπες, vel potius ἥλιπες dicebantur, ab ἦλος, clavus, unde ἀνήλιπος, Dor. ἀνάλιπος, h. e. ἀνυπόδητος, discalceatus. Theocr. Idyll. IV. 56.

Εἰς ὄρος ὄχ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο Βάττε,
Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.

Scholiastes: Ἥλιψ τὸ ὑπόδημα· παρὰ τὸ ἑλίσσειν τὸν πόδα, ἀνήλιπος δὲ οἱονεὶ ὁ μὴ ἑλίσσων τὸν πόδα. Quae interpretatio nimium frigida et detorta mihi videtur: quale enim hoc etymon est? ἥλιψ παρὰ τὸ ἑλίσσειν τὸν πόδα, cum ἥλιψ habeat η in prima, ἑλίσσειν vero ε? Aut quid est ἑλίσσειν τὸν πόδα, pedem volvere, vertere, versare, id enim est ἑλίσσειν; aut quomodo ille, qui sine calceis incedit, οὐκ ἑλίσσει τὸν πόδα? immo eo magis versat et torquet pedem, si γυμνόπους sit, et nudo pede terram versat. Quare nullus dubito quin ἥλιπες sint huiusmodi calcei ferrati, seu clavati, de quibus Theophrastus modo laudatus, et deriventur ab ἦλος, clavus, et ἀνήλιπος si qui sine hisce calceis incedit. Et certe nihil aptius neque convenientius esse potest illi loco Theocriti. Colloquuntur enim ibi duo rustici, duo pastores, quorum unus, dum per spinetum incederet, pedem suum cynosbato sive rubo vulneraverat. Inquit igitur alter: vide ne postea per hunc montem spinis sentibusque oppletum ambules, sine calceis tuis ferro suffixis et suppactis, quibus sc. pedes tuos munias atque defendas contra spinarum aculeos, in monte enim rubi ac tribuli nascuntur. Ac si dixisset, memineris posthac εἰς τὰ ὑποδήματα ἥλους ἐγκροῦσαι. Huiusmodi calceamenta clavata dicebantur, inquit Festus p), unde discimus tam apud Romanos

---

m) De re loquitur, nomen compositum non habet Eust. p. 867, 23.
n) Poll. VII, 87. o) Theophr. Char. IV. p. 34. Fisch.
p) Fest. p. 81, 5. Dac.

quam apud Graecos in usu fuisse rustica haec *ὑποδήματα*. Nec rusticis solum, sed quod ad hunc Aeschyli locum propius spectat, etiam militibus, nam et caligae militares clavis erant suffixae. Unde donarium quoddam a militibus exactum eo nomine et praetextu, quasi ad clavos militarium caligarum emendos, ideoque et *clavarium* dicebatur: meminit Tacitus, Histor. III. 60. *Seditiosae militum voces terrebant, clavarium, donativi nomen est, flagitantium.* Quod autem de fulmentis adfert V. Cl. in Theophrasti, quem nuper adduximus locum, opinor alia ea res est, et nihil ad ferreos calceorum clavos, de quibus hic agimus. *Fulmentum* aut *fulmenta*, nam in utroque genere extat apud veteres Romanos, est quasi *fulcimentum*, idem quod fulcrum seu sustentaculum. Unde vetus illud proverbium apud Varronem [q]), *Fulmenta lectum scandunt*, de re absurda atque praepostera. Fulmenta sunt fulcra lecti, quae Homerus [r]) *ἐρμῖνας* vocat, quasi *ἔρματα*, h. e. *ἐρείσματα*, fulcra, sustentacula. Hinc *καττύματα* calceorum fulmentae dicebantur. Plautus Trinumm. III. 2. [s])

Fulmentas iubeam suppingi soccis.

Vel ut alii rectius legunt, *Fulmenta iubeam suppingi soccos*, ubi Paraeus [t]) in Lexico, *Fulmenta*, inquit, *sunt clavi calceis sive soccis suppacti, tanquam fulcimenta.* Immo potius *καττύματα* sunt, sc. corii partes durinsculae, quae a veteramentariis et cerdonibus calceis muniendis suffiguntur: *παλαιὰ ῥάμματα*, coria ex veteri calceamento, unde et pro veteribus calceamentis ponuntur. Talia *καττύματα* erant illa Gibeonitarum in sacra pagina, quae Septuaginta interpretes vocant, Ios. IX. 5. *σανδάλια παλαιὰ καὶ καταπεπελματωμένα.* Novum sane vocabulum pro re antiqua, nec minus noviter et mire versum a Latino interprete, *quae ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant;* quod equidem quid sit non intelligo: *πιττάκιον* est emplastrum, pannus cui imponitur medicamentum. Fulmentae igitur soccorum seu calceorum sunt *καττύματα*, sed nihil haec ad clavos ferreos, quibus rustici ac milites calceamenta sua suffigerent. Etiam et aeneis in hanc rem utebantur. Lucil. Fr. XXVIII. 45.

Fulmentas clavis aeneis subducere.

Quin divites et luxuriosi, argenteis vel aureis. Aelian. Var. Hist. IX. 3. *Καὶ Ἀγνὼν χρυσοῦς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσιν ἐφόρει.* Plaut. Bacchid. II. 3. [u])

Qui soccis habeat aurum [auro] suppactum solum.

---

q) imo apud Nonium, III. n. 98.
r) Hom. Od. VIII, 278. XXIII, 198.
s) III, 2, 94. t) p. 509. u) II, 3, 98.

Antiochi exercitus *magna ex parte aureos clavos crepidis subiectos habuit.* Valer. Max. IX. 1. x) Hunc luxum increpat et damnat Clemens Alexandr. Paedagog. II. 11. *Αἰσχρὰ γοῦν ἀληθῶς τὰ σανδάλια ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς ἐστι τὰ χρυσᾶ ἀναθέματα· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἥλους ἑλικοειδῶς τοῖς κατατύμμασιν ἐγχαταχρούειν ἀξιοῖτε.* Quin hic apud nostrum *ὑπαί τις ἀρβύλας λύοι* fortasse tmetice accipiendum *ὑπολύοι τις ἀρβύλας.* Aristophanes, Lysist. v. 949. *Ὑπολύομαι, calceos solvo.* Gloss. Graec. Lat. *Ὑπολύω, decalceo.*]

[Ibid. *ΑΡΒΥΛΑΣ.* Suidas, *Αἰσχύλος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ καὶ χρώμασι κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικούς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις ταῖς καλουμέναις ἐμβάταις κεχρῆσθαι.*]

[954. *ΠΡΟΔΟΥΛΟΝ.* Malim divisim *πρὸ, δοῦλον ἔμβασιν ποδῶν*, h. e. *πρίν. Solvat aliquis prius calceos meos.* Sunt qui *πρόδουλος* vel *προδούλου* legunt.]

[Ibid. *ΠΡΟΔΟΥΛΟΝ ΕΜΒΑΣΙΝ ΠΟΔΟΣ.* Musonius apud Stobaeum y), Serm. I. *Καὶ τοῦ γε ὑποδεδέσθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δυναμένῳ κρεῖττον· κινδυνεύει γὰρ τὸ μὲν ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι ἐγγὺς εἶναι· ἡ δ' ἀνυποδησία πολλὴν ἀλυπίαν τινὰ καὶ εὐκολίαν τοῖς ποσὶν παρέχει, ὅταν ἠσκημένοι ὦσι.* Laudat *ἀνυποδησίαν*, vinctum et calceatum unum eundemque putans. Hinc *vincula* pro *calceis.* Virg. Aen. VIII. 458.

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

Ubi Servius: *Tyrrhena vincula, Tusca calceamenta.* Ovid. Fast. II. 324.

Stringebant magnos vincula parva pedes.

Et I. 410.

Impediunt teneros vincula nulla pedes.]

[v. 956. *ΦΘΟΝΟΣ.* Vel *φθόνον.* Hoc ab Agamemnone factum uxoris suasu contra ipsius sententiam propriam, utpote qui fassus est invidiosum esse et Diis invisum, artificiose confinxit poeta, quo aptius inducatur Clytaemnestrae facinus.]

v. 957. (948.) *ΣΩΜΑΤΟΦΘΟΡΕΙΝ.* Corrige *στρωματοφθορεῖν.*

[v. 963. *ΠΟΛΛΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΕΞΑΙΡΕΤΟΝ ΑΝΘΟΣ.* Quod in unoquoque genere praecipuum, id *ἄνθος* dici, cuivis e triviis notum. Ita Homerus *οἴνου ἄωτον* z) dixit, quod Plautus a) plus semel *florem vini.* Lucretius III. 222. *florem Bacchi*, etc. Caeterum optima et pulcherrima spoliorum solebant milites eligere, et a reliquis eximere, quorum unam partem Diis vel dedicabant vel ad sacrificium reservabant, alteram imperatori et ducibus exercitus dividebant, qua de re

---

x) ext. 4.
y) Stob. Serm. I, 84. (p. 18. Gesn.).
z) *οἰὸς ἄωτον?*
a) Plaut. Curc. I, 2, 1.

ἑξαίρετα dicebantur. Hesych. Ἑξαίρετον· ἐπίλεκτον. Glossarium vetus, Ἑξαίρετος· *egregius, eximius, praecipuus.* Ἐξαιρεῖν enim nihil est aliud quam *eximere* seu *excipere*, ut Virgilius dixit, Aeneid. IX. 270.

—— ipsum illum clypeum cristasque rubentes
Excipiam sorti. ——

Ita *eximii* porci et alia pecora latine dicta sunt, quae a reliquo grege *eximebantur*, ut numini alicui sacrarentur, aut ad sacrificium servarentur; eademque etiam ratione *egregia* dicebantur, ut *e grege* selecta et ex omni numero separata. Inde autem, quia, quae optima pecora fuere, e grege ad Deorum sacra separarentur, quicquid in unoquoque genere optimum erat atque praecipuum, id egregium, eximium, ἑξαίρετον dicebatur. Eustath. b) ad Il. *I'*. Ὅτι ἐξαιρεῖν καὶ ἐξαίρεσθαι παρὰ τῷ ποιητῇ, τὸ ἐπιλέξασθαι καὶ δοῦναί τι ὡς ἐξαίρετον. Vide sis Guellium ad Virgilianum illud Aen. VIII. 551.

Ducunt exsortem Aeneae, quem fulva leonis
Pellis obit totum ——]

[v. 964. ΣΤΡΑΤΟΥ ΔΩΡΗΜ', ΕΜΟΙ ΞΥΝΕΣΠΕΤΟ. Atque hinc tale praemium honorarium, quo milites ducem donarunt, γέρας dictum est. Homer. sub persona Agamemnonis, Iliad. *A'*. 135.

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ,
Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται —
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι
Ἢ τεὸν ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας, ἢ Ὀδυσῆος
Ἄξω ἑλών· ——

Huiusmodi plures γυναῖκας ἐξαιρέτους Agamemnoni cessisse testis erit Thersites, Il. *B'*. 226.

Πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλαὶ δὲ γυναῖκες
Εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃς ἐξαίρετοι, ἅς τοι Ἀχαιοὶ
Πρωτίστῳ δίδομεν, εὖτ' ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν.

Ex his Cassandram fuisse, praeter Aeschylum monet Euripides, Troad. v. 247.

ΕΚ. Τοὐμὸν δὲ τίς ἆρ' ἔλαχε τέκος,
Ἔννεπε, τλάμονα Κασάνδραν;
ΤΑΛ. Ἐξαίρετόν νιν ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ.]

v. 968. ΕΙΣ ΑΡΓΥΡΟΝ. Vir insignis Claudius Salmasius legit ἰσάργυρον, in Exercitationibus Plinianis, p. 593. πορφύρας ἰσάργυρον χηχῖδα vocat *purpurae fucum argento contrarium.* Ἐπὶ ἀργύρῳ vel πρὸς ἀργύρῳ πωλούμενον, Graeci poetae ἰσάργυρον vocant. Purpuram eo pretio olim distractam

b) Eust. ad Il. *A'*, 369. p. 119, 89., ubi est ἐξελεῖν καὶ ἐξελέσθαι.

Γνώσῃ δὲ χρόνῳ διακενθόμενος
Τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως
Πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν.]

v. 856: (847.) *MENEI.* Lege *μενῇ.*

v. 858. *ΚΕΑΝΤΕΣ.* [Pro *κῆαντες.*] Hesychius, *Κάοντες, καίοντες* et *Κειάμενοι, καύσαντες.* [Ovid. Remed. Amor. v. 229.

Ut corpus redimas, vulnus patieris et ignes.

Seneca Agamemn. v. 150.

Et ferrum et ignis saepe medicinae loco est.

Plato apud Diog. Laertium, III. 85. *Ἡ δὲ χειρουργικὴ διὰ τοῦ τέμνειν καὶ καίειν ὑγιάζει.* Claudian. XX. [sive II.] 14.

—— ferro sanantur et igni.

Xenophon y), *Ἀπομνημ.* I. p. 720. *Καὶ τοῖς ἰατροῖς παρέχειν μετὰ πόνων τε καὶ ἀλγηδόνων καὶ ἀποτέμνειν καὶ ἀποκαίειν.*]

[Ibid. *Η ΤΕΜΟΝΤΕΣ.* Ad proverbium *Malum sectionis egens* „Annotat Eustathius, inquit Paroemiographus, in libros decimum, proverbialiter dici *πήματα τομῶντα, quae sectionis egeant mala*, de ingentibus et extremis: sumpta metaphora a putrido vulnere, nulla arte medicabili, nisi per novaculae ferrique incisionem. Extat apud Sophoclem z), in Aiace flagellifero:

—— *οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ*
Θροεῖν [θρηνεῖν] ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.
Admurmurare carmina haud medici est boni
Quando malum iam sectionem flagitat.

Non est alienum ab hoc et illud: *Ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ, vivum secabit cute tenus.*" Haec ille.]

[v. 864. *ΠΡΕΣΒΟΣ ΑΡΓΕΙΩΝ ΤΟΔΕ.* *Ἀξίωμα.* Vide ad Pers. v. 1.]

v. 867. *ΟΥΚ ΑΛΛΩΝ ΠΑΡΑ ΜΑΘΟΥΣ'.* Distingue:

—— *οὐκ ἄλλων πάρα*
Μαθοῦσ', ἐμαυτῆς δύσφορον λέξω βίον.
Τοσόνδ' ὅσονπερ οὗτος ἦν ὑπ' Ἴλιῳ.

Non ab aliis, inquit, *accepta et audita dicam, sed quae egomet tristia sim experta in vita, donec iste ad Ilium erat.*

[v. 869. (860.) *ΥΠ' ΙΛΙΩι.* Et mox, v. 891.

—— *τόνδ' ὑπ' Ἰλίῳ σέθεν*
Κίνδυνον. ——

At v. 995.

—— *ἔνθ' ὑπ' Ἴλιον*
Ἄρτο ναυβάτας στρατός.]

---

y) Xenoph. Mem. I, 2, 54. z) Soph. Ai. 581.

[v. 870. *ΤΟ ΜΕΝ ΓΥΝΑΙΚΑ.* Eadem in Choeph. v. 920. *Ἄλγος γυναιξὶν ἀνδρὸς εἴργεσθαι, τέκνον.*]

[v. 871. *ΕΚΠΑΓΛΟΝ.* Hesych. *Ἔκπαγλα· θαυμαστά, μεγάλα, ἔξοχα, περιττά.*]

v. 872. *ΠΟΛΛΑΣ ΚΛΥΟΥΣΑΝ ΗΔΟΝΑΣ ΠΑΛΙΓΚΟΤΟΥΣ.* Lege

Πολλὰς κλύουσαν κληδόνας παλιγκότους.

Ut mox, v. 883.

—— *κληδόνων παλιγκότων.*

[v. 873. *ΚΑΙ ΤΟΝ ΜΕΝ, ΗΚΕΙΝ.* Planior sententia, si pro *ἧκειν* legimus *ἄγχειν*, ex quo Latinum *angere* derivatum, ut veteres grammatici docent. *Ἀπάγξασθαι* de quovis mortis genere seu acerbiore dolore usurpari satis notum, quamvis non notatum a lexicographis. Non valde contendo tamen, cum vulgata lectio ferri possit.]

[Ibid. *ΤΟΝ ΜΕΝ. Λάσκοντα.*]

[v. 874. *ΛΑΣΚΟΝΤΑΣ.* Hesych. *Λάσκειν· λέγειν, φθέγγεσθαι.* Euripid. Andromache, v. 672.

—— *ξένης δ' ὕπερ·*
Τοιαῦτα λάσκεις τοὺς ἀναγκαίους φίλους;]

v. 877. *ΤΕΤΡΩΤΑΙ ΔΙΚΤΥΟΥ ΠΛΕΩ ΛΕΓΕΙΝ.* Esset, *ut ita dicam, nassula confossior.* [f. *τέτρωτ' ἄν*, vel *ἐτέτρωτ' ἄν.* Lucianus [a]), Epist. Saturn. c. 24. *Ἐσθῆτα κοσκινηδὸν διατετρυπῆσθαι.* Plautus Rudent. I. 2. [b])

Villam integundam intelligo totam mihi,
Iam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.

Idem Mostell. I. 1. [c])

O carnificum cribrum, quod credo fore:
Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, si huc reveniat senex.]

[Ibid. *ΛΕΓΕΙΝ. Ὡς εἰπεῖν, ut ita dicam.*]

[v. 879. *ΤΡΙΣΩΜΑΤΟΣ Τ'.* Virg. Aen. VI. 289.

—— et forma tricorporis umbrae.

Sil. Ital. XIII. 201.

Monstrum Geryones immane tricorporis.

Pro τ' f. γ'. Communiter vero Geryones *τριχέφαλος* seu *τριακάρηνος* habitus est; unde proverbium *τριχέφαλε Γηρυόνη, ἐπὶ τῶν θηριογνωμόνων, de iis qui efferatis sunt animis.* Cuius rationem reddit Mich. Apostolius, XIX. 64. ab urbe nempe in Ponto Euxino, quae *Τριχαρηνία* appellata fuit; quam Hercules invadens Geryonem illi propugnantem occidit.]

---

a) Luc. vol. III, p. 406. b) I, 2, 13. c) I, 1, 52.

v. 880. (871.) *ΤΗΝ ΚΑΤΩ ΧΘΟΝΟΣ.* Id est, sepulchrum.

v. 881. *ΤΡΙΜΟΙΡΟΝ ΧΛΑΙΝΑΝ.* Metonymice vestis pro corpore, ut corpus, *τὸ σὸν δέμας*, pro persona, apud tragicos. *Λαβών*, id est, *ἔχων*. [Et ita legit Auratus.]

[v. 882. *ΑΠΑΞ ΕΚΑΣΤΩι ΚΑΤΘΑΝΩΝ ΜΟΡΦΩΜΑΤΙ.* Talis qui fama mortuus, *δευτερόποτμος* dicebatur; de qua re praetereunda non sunt Hesychii verba: *Δευτερόποτμος· ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος· οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο, καὶ ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. Οἱ δὲ παλίμοις καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν σεμνῶν φασι θεῶν. Ἢ ὁ φημισθεὶς ἐπὶ ξένης τετελευτηκώς, ἔπειτα ἐπανελθών. Ἢ ὁ δεύτερον διὰ γυναικείου κόλπου διαδύς· ὡς ἔθος ἦν παρὰ Ἀθηναίοις ἐκ δευτέρου γεννᾶσθαι.*]

[Ibid. *ΜΟΡΦΩΜΑΤΙ.* Ovid. Metam. IX. 184.

—— nec me pastoris Iberi
Forma triplex movit.

Caeterum *μόρφωμα*, forma, pro corpore; ut idem Ovidius, Met. I. 1.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. ——

v. 884. *ΑΡΤΑΝΑΣ ΕΜΗΣ ΔΕΡΗΣ.* Cum ego pararem laqueum ad suspendium.

[Ibid. *ΕΜΗΣ ΔΕΡΗΣ.* Sub. *ἀπό*.]

[v. 885. *ΛΕΛΗΜΜΕΝΗΣ.* f. *εἱλουμένῃ* vel *εἱλημένης*, vel *εἱλημμένης*.]

v. 886. *ΕΚ ΤΩΝΔΕ.* [*Κληδόνων* sc.] Potest etiam interpretari, *opera horum* (domesticorum). Est excusatio callida absentiae Orestis.

[v. 887. *ΚΥΡΙΟΣ.* f. *κύρος ὤν*, vel *κῦρος ἦν*.]

v. 889. *ΔΟΡΥΞΕΝΟΣ.* Sic et Choeph. v. 914.

v. 893. *ΒΟΥΛΗΝ ΚΑΤΑΡΡΙΨΕΙΕΝ*, *consilium proiectum iniret*. Sc. occidendi Orestis. [f. *βόλον*, vel *βουλὴν καταῤῥύψειεν*.]

[Ibid. *ΣΥΓΓΟΝΟΝ.* Supple, *ἐστὶ*, vel f. *σὸν γόνον*.]

v. 896. *ΚΛΑΥΜΑΤΩΝ ΕΠΙΣΣΥΤΟΙ ΠΗΓΑΙ ΚΑΤΕΣΒΗΚΑΣΙΝ.* Sept. Theb. v. 590.

Μητρός τε πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη;

[v. 900. (891.) *ΑΤΗΜΕΛΗΤΟΥΣ.* Aurat. *ἀτημέλητος*, *neglectus*, vel *ἀτημελητῶς*.]

v. 906. *ΣΩΤΗΡΑ ΝΑΟΣ.* Interpunge cum Cantero:

Σωτῆρα ναὸς πρότονον, ὑψηλῆς στέγης
Στύλον ποδήρη. ——

Scholiastes Apollonii ad Argon. I. 564. *Πρότονοι*, *τὰ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἱστίου ἐπὶ τὴν πρῴραν καὶ τὴν πρύμναν ἐκτεινόμενα σχοινία.*

v. 910. *ΟΔΟΙΠΟΡΩι ΔΙΨΩΝΤΙ.* Virgilius, Ecl. V. 46.

——— quale per aestum
Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

Apollonius, IV. 1416.

Ἤ τινα πετραίην χύσιν ὕδατος, ἤ τινα γαίης
Ἱερὸν ἐκβλύσοντα, θεαὶ, ῥόον, ᾧ ἀπὸ δίψαν
Λιθομένην ἄμοτον λωφήσομεν. ——

[v. 912. (903.) *ΤΟΙΟΙΣΔΕ.* f. *Τοιοῖς σε.*]

[v. 914. *ΦΙΛΟΝ ΚΑΡΑ.* Homer. Iliad. Σ'. 114.

Νῦν δ' εἶμ' ὄφρα φίλης κεφαλῆς ὀλετῆρα τύχω.

Latini, *carum caput.* Virg. Aen. IV. 493. Horat. Od. I. 24. [init.]]

[v. 915. *ΕΚΒΑΙΝ' ΑΠΗΝΗΣ ΤΗΣΔΕ.* Et mox ad Cassandram, v. 1048.

Ἔκβαιν' ἀπήνης τῆσδε.

Argumenti auctor: *Ἀγαμέμνων δὲ ἐπὶ ἀπήνης ἔρχεται· εἵπετο δ' αὐτῷ ἑτέρα ἀπήνη, ἔνθα ἦν τὰ λάφυρα, καὶ ἡ Κασάνδρα.* Seneca Troad. v. 149.

—— Currusque sequens
Agamemnonios aurea dextra
Vincula gestans laetis fiet
Pompa Mycenis.]

[v. 916. (907.) *ΑΝΑΞ.* f. *ὦ 'ναξ.*]

[v. 917. *ΑΙΣ ΕΠΙΣΤΑΛΤΑΙ ΤΕΛΟΣ.* Thomas Magister [d]) in voce *ἐπιτειλάμην. Ἐπιστεῖλαι δὲ οὐ μόνον τὸ διὰ γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐτοπροσώπως κελεῦσαι· καὶ ἐπιστολὴ ὡσαύτως.* Vide Prometh. Vinct. v. 3.]

[Ibid. *ΤΕΛΟΣ. Officium, πρᾶγμα.* Vide ad Sept. Theb. v. 266.]

v. 918. *ΠΕΔΟΝ ΚΕΛΕΥΘΟΥ ΣΤΡΩΝΝΥΝΑΙ ΠΕΤΑΣΜΑΣΙΝ.* Mos antiquus, cuius apud plures fit mentio. Plutarchus [e]) Catone Uticensi, p. 764. *Προεπέμφθη δάκρυσι καὶ περιβολαῖς ἀπλήστοις, ὑποτιθέντων ἱμάτια τοῖς ποσὶν ἢ βαδίζοι.* Vide sis 2 Reg. IX. 13. D. Matth. XXI. 8.

v. 919. *ΠΟΡΦΥΡΟΣΤΡΩΤΟΣ.* Virgilio *stratum ostrum.* Aen. I. 704.

v. 920. *ΩΣ ΑΝ ΗΓΗΤΑΙ ΔΙΚΗ.* Poterit legi *ὡς νιν ἡγῆται δίκη, ut deducat eum Iustitia domum.* [Vide Polynicis insignia, Sept. Theb. v. 650. Sunt qui malint *δίκῃ.*]

[v. 922. *ΣΥΝ ΘΕΟΙΣ.* Choeph. v. 780. *Σὺν θεῶν δόσει.* Vide quae ibi annotata. Theocr. Idyll. II. 28. *σὺν δαίμονι.*]

[v. 923. *ΛΗΔΑΣ ΓΕΝΕΘΛΟΝ.* Leda duo peperit ova, ex quorum altero nati sunt Pollux et Helena, ex altero Castor

---

d) Thom. p. 389. Lugd. e) Plut. Cat. c. XII.

et Clytaemnestra. Fabula tritissima. Id ovum Pausanias [f]) in Laconicis refert ostendi a Lacedaemoniis suspensum taeniis a testudine templi. Quin cum de ovis sermo sit, venit mihi in mentem locus Antigoni Carystii, foedissime, ni fallor, depravatus; cui ἐν παρέργῳ medelam adhibere fas sit. Est vero cap. 103. Histor. Mirab.: *Τῶν ζώων τὰ μακρὰ ἄρσενα εἶναι· τὰ δεύτερα, θήλεα. Animalium longa esse mascula; secunda, foemella.* Quorsum haec? immo restitue meo periculo: *τῶν δ' ὠῶν τὰ μακρὰ ἄρσενα εἶναι· τὰ παχύτερα, θήλεα. Ova oblonga, mascula: crassa, foemella.* Horat. Sat. II. 4. 12

Longa quibus facies ovis erit, illa memento,
Ut succi melioris, et ut magis alba rotundis
Ponere; namque marem cohibent callosa vitellum.

Columella, VIII. 5. *Cum deinde quis volet quam plurimos mares excludi, longissima quaeque et acutissima ova subiiciet: at rursus quum foeminas, quam rotundissima.* Plinius [g]), H. N. X. 2. *Foeminam edunt quae rotundiora gignuntur; reliqua, marem.* Sed tamen aliter Aristoteles [h]), Hist. Animal. VI. 2. *Ἔστι δὲ τὰ μὲν μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ὠῶν θήλεα· τὰ δὲ στρογγύλα καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξύ, ἄρρενα.*]

v. 925. *ΜΑΚΡΑΝ ΓΑΡ ΕΞΕΤΕΙΝΑΣ.* Pro absentia longa sermo longus. [Supple εἰς. Pro γάρ Aur. legit δ' ἄρ, quod minus mihi probatur.]

v. 928. *ΜΗΔΕ, ΒΑΡΒΑΡΟΥ ΦΩΤΟΣ ΔΙΚΗΝ, ΧΑΜΑΙΠΕΤΕΣ ΒΟΑΜΑ, κ. τ. λ.* Antiquissima sane [consuetudo] erat apud Assyrios et caeteras gentes orientales, regem humi procumbentes adorare; quod Graecis indecorum semper visum est. Euripides, Oreste, v. 1507.

ΦΡ. Προσκυνῶ σ', ἄναξ, νόμοισι βαρβάροισι προσπεσών.
ΟΡ. Οὐκ ἐν Ἰλίῳ τάδ' ἐστὶν, ἀλλ' ἐν Ἀργείᾳ χθονί.

Hinc Aristoteles [i]), Rhetoric. III. inter *τὰ βαρβαρικὰ* ponit *προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις.* Pindaro *χαμαιπετὴς λόγος* est humilis, vilis; q. d. humi serpens. Olymp. IX. 19. [12. B.]

—— *χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ.*

[v. 931. *ΘΕΟΥΣ ΤΟΙ ΤΟΙΣΔΕ.* Lege θεοὺς τοσοῖσδε.]

[v. 933. *ΟΥΔΑΜΩΣ ΑΝΕΥ ΦΟΒΟΥ.* Quod sit ἐπίφθονον. Vide supra quae ad v. 465.]

v. 934. *ΛΕΓΩ ΚΑΤ' ΑΝΔΡΑ ΜΗ ΘΕΟΝ ΣΕΒΕΙΝ ΕΜΕ.* Notum illud:

Nullum ego sum numen, cur me immortalibus aequas?

[Ibid. *ΛΕΓΩ ΚΑΤ' ΑΝΔΡΑ.* Versio ambigua, per quam τὸ κατ' ἄνδρα ad λέγω, ut apud Apostolum, 1 Cor. IX. 8.

---

f) Paus. III, 16, 1.
g) Plin. X, 52.
h) Aristot. vol. II, p. 324. Duval.
i) Aristot. Rhetor. I, 5. p. 69. Buhl. (p. 26. Reiz.).

Μὴ κατὰ ἄνθρωπον ταῦτα λαλῶ, non minus quam ad *σέβειν* referri possit; quod sine sententiae labe non potest hic. Vera enim sententia verborum: *λέγω*, *iubeo volo*, *σέβειν ἐμὲ κατ' ἄνδρα, μὴ κατὰ θεόν.*]

v. 936. *ΤΟ ΜΗ ΚΑΚΩΣ ΦΡΟΝΕΙΝ.* Socrates, Epistola VI. a Leone Allatio edita, *μίαν ἀρχὴν εὐδαιμονίας ἐγὼ νομίζω, φρονεῖν εὖ.*

[v. 942. (933.) *ΗΥΞΩ ΘΕΟΙΣ ΔΕΙΣΑΣ.* A. *δηίους.*]

[v. 943. *ΕΞΕΙΠΟΝ.* A. *Ἐξεῖπεν.*]

v. 944. *ΤΙ Δ' ΑΝ ΔΟΚΗι, κ. τ. λ.* Lege *δοκεῖ*. *Quid tibi videtur Priamus facturus, si haec effecisset?* sc. si vicisset.

v. 946. *ΑΙΔΕΣΘΕΙΣ.* Restitue *αἰδεσθῇς*. [Aut haec per interrogationem legenda. De Priamo quod obiecerat Clytaemnestra, annuente Agamemnone, pergit illa: *an igitur veritus hominum vituperium calcare aulaea quae paravi recusas?* Haec vera sententia, quam confirmant et sequentia.]

[v. 948. *ΑΦΘΟΝΗΤΟΣ ΟΥΚ ΕΠΙΖΗΛΟΣ.* Chares apud Stobaeum [k]), Serm. XXXVIII.

Ἐγὼ δ' ἐν ἀνθρώποισι μέχρι τοῦ δοκῶ
Εὖ πράττειν, μέχρις ἂν φθονεῖσθαί μοι δοκῶ.]

[v. 950. *ΝΙΚΑΣΘΑΙ. Λόγοις. Persuaderi.* v. 592.

Νικώμενος λόγοισιν οὐκ ἀναίνομαι.]

v. 951. *ΤΗΝΔΕ ΔΗΡΙΟΣ ΤΙΕΙΣ.* Vel *τῆσδε* legendum, vel a *δήρη δήριος pertinax.*

[v. 953. *ΥΠΑΙ ΤΙΣ ΑΡΒΥΛΑΣ. Ἀρχαϊκῶς.* Homerus, Iliad. *B'*. 44.

Ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.

Unde posteri confinxere vocem *ὑπόδημα*. Hesych. *Ἀραβύλας· ὑποδήματος διαφορὰ, καὶ βαρβαρικά.* Mox, *Ἀρβύλαι· εἶδος ὑποδημάτων.* Iul. Pollux [l]), VII. 21. *Ἦν δέ τι ὑπόδημα καὶ ἀρβύλη, εὐτελὲς τὴν ἐργασίαν.* Euripides Oreste, v. 140.

Σῖγα, σῖγα, λεπτὸν ἴχνος ἀρβύλης
Τιθεῖτε, μὴ κτυπεῖτε, μηδ' ἔστω κτύπος.

Quin *ἀρβύλη* secundum Pollucem erat vilius quoddam calceamenti genus. Certe *ἀρβυλίδες* erant calceamenta rustica clavis ferreis suppacta, de quibus exponendus insignis locus in Theocr. Idyll. VII. 25.

—— ὡς τεῦ ποσὶ νισσομένοιο
Πᾶσα λίθος πταίοισα ποτ' ἀρβυλίδεσσιν ἀείδει.

Quibus verbis inest *βουκολικὴ ἀφέλεια* et rus merum; audacem metaphoram alicubi vocat Eustathius, *Θεόκριτος φράσεως ἔφη*

---

k) Stob. Serm. XXXVIII, 5. (p. 222. Gesn.). vid. Salm. ap. Gaisf.

l) Poll. VII, §. 91.

τὸ Πᾶσα λίθος ἀείδει. Vir tamen doctus in illo loco Theocriti intelligere maluit τοὶς χρουπέζας. Erant autem χρανπέζαι et χρουπέζια proprie calceamenta lignea Boeotorum peculiaria, quibus oleas et uvas calcabant, a χρούω et πέζα. Hesych. Τὰ ξύλινα σανδάλια χρουπέζια λέγεται· καὶ ὑποδήματα ξύλινα, μεθ' ὧν τὰς ἐλαίας πατοῦσι. Unde Boeoti homines, prae aliis agrestes et rustici, ab hisce calceamentis peculiariter dicti sunt χρουπεζοφόροι, teste Eustathio m), Iul. Polluce n), et aliis. Ego vero, pace tanti viri dixerim, ἀρβυλίδας in illo versu Theocriti intelligerem calceos ferratos rusticorum potius quam Boeotorum ligneos: eiusmodi enim soleae clavis suppactae, inter eundum lapidibus illisae sonitum ac tinnitum edunt. Theophrastus o) in charactere περὶ ἀγροικίας, rustici notam facit, εἰς τὰ ὑποδήματα ἥλους ἐγκροῦσαι, clavos calceis infigere, quod etiam rustici hodieque apud nos factitant, ne calceamenta nimio usu terantur. Atque huiusmodi fortasse calcei erant, quae ideo ἥλιπες, vel potius ἥλιπες dicebantur, ab ἧλος, *clavus*, unde ἀνήλιπος, Dor. ἀνάλιπος, h. e. ἀνυπόδητος, *discalceatus*. Theocr. Idyll. IV. 56.

Εἰς ὄρος ὄχ' ἕρπεις, μὴ ἀνάλιπος ἔρχεο Βάττε,
Ἐν γὰρ ὄρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομόωντι.

Scholiastes: Ἥλιψ τὸ ὑπόδημα· παρὰ τὸ ἑλίσσειν τὸν πόδα, ἀνήλιπος δὲ οἱονεὶ ὁ μὴ ἑλίσσων τὸν πόδα. Quae interpretatio minium frigida et detorta mihi videtur: quale enim hoc etymon est? ἥλιψ παρὰ τὸ ἑλίσσειν τὸν πόδα, cum ἥλιψ habeat η in prima, ἑλίσσειν vero ε? Aut quid est ἑλίσσειν τὸν πόδα, pedem volvere, vertere, versare, id enim est ἑλίσσειν; aut quomodo ille, qui sine calceis incedit, οὐχ ἑλίσσει τὸν πόδα? immo eo magis versat et torquet pedem, si γυμνόπους sit, et nudo pede terram versat. Quare nullus dubito quin ἥλιπες sint huiusmodi calcei ferrati, seu clavati, de quibus Theophrastus modo laudatus, et deriventur ab ἧλος, *clavus*, et ἀνήλιπες sit qui sine hisce calceis incedit. Et certe nihil aptius neque convenientius esse potest illi loco Theocriti. Colloquuntur enim ibi duo rustici, duo pastores, quorum unus, dum per spinetum incederet, pedem suum cynosbato sive rubo vulneraverat. Inquit igitur alter: vide ne postea per hunc montem spinis sentibusque oppletum ambules, sine calceis tuis ferro suffixis et suppactis, quibus sc. pedes tuos munias atque defendas contra spinarum aculeos, in monte enim rubi ac tribuli nascuntur. Ac si dixisset, memineris posthac εἰς τὰ ὑποδήματα ἥλους ἐγκροῦσαι. Huiusmodi calceamenta *clavata* dicebantur, inquit Festus p), unde discimus tam apud Romanos

---

m) De re loquitur, nomen compositum non habet Eust. p. 867, 23.
n) Poll. VII, 87. o) Theophr. Char. IV. p. 34. Fisch.
p) Fest. p. 81, 5. Dac.

quam apud Graecos in usu fuisse rustica haec *ὑποδήματα*. Nec rusticis solum, sed quod ad hunc Aeschyli locum propius spectat, etiam militibus, nam et caligae militares clavis erant suffixae. Unde donarium quoddam a militibus exactum eo nomine et praetextu, quasi ad clavos militarium caligarum emendos, ideoque et *clavarium* dicebatur: meminit Tacitus, Histor. III. 50. *Seditiosae militum voces terrebant, clavarium, donativi nomen est, flagitantium.* Quod autem de fulmentis adfert V. Cl. in Theophrasti, quem nuper adduximus locum, opinor alia ea res est, et nihil ad ferreos calceorum clavos, de quibus hic agimus. *Fulmentum* aut *fulmenta*, nam in utroque genere extat apud veteres Romanos, est quasi *fulcimentum*, idem quod fulcrum seu sustentaculum. Unde vetus illud proverbium apud Varronem [q]), *Fulmenta lectum scandunt*, de re absurda atque praepostera. Fulmenta sunt fulcra lecti, quae Homerus [r]) *ἐρμῖνας* vocat, quasi *ἔρματα*, h. e. *ἐρείσματα*, fulcra, sustentacula. Hinc *καττύματα* calceorum fulmentae dicebantur. Plautus Trinumm. III. 2. [s])

Fulmentas iubeam suppingi soccis.

Vel ut alii rectius legunt, *Fulmenta iubeam suppingi soccos*, ubi Paraeus [t]) in Lexico, *Fulmenta*, inquit, *sunt clavi calceis sive soccis suppacti, tanquam fulcimenta.* Immo potius *καττύματα* sunt, sc. corii partes durinsculae, quae a veteramentariis et cerdonibus calceis muniendis suffiguntur: *παλαιὰ ῥάμματα*, coria ex veteri calceamento, unde et pro veteribus calceamentis ponuntur. Talia *καττύματα* erant illa Gibeonitarum in sacra pagina, quae Septuaginta interpretes vocant, Ios. IX. 5. *σανδάλια παλαιὰ καὶ καταπεπελματωμένα.* Novum sane vocabulum pro re antiqua, nec minus noviter et mire versum a Latino interprete, *quae ad indicium vetustatis pittaciis consuta erant*; quod equidem quid sit non intelligo: *πιττάκιον* est emplastrum, pannus cui imponitur medicamentum. Fulmentae igitur soccorum seu calceorum sunt *καττύματα*, sed nihil haec ad clavos ferreos, quibus rustici ac milites calceamenta sua suffigerent. Etiam et aeneis in hanc rem utebantur. Lucil. Fr. XXVIII. 45.

Fulmentas clavis aeneis subducere.

Quin divites et luxuriosi, argenteis vel aureis. Aelian. Var. Hist. IX. 3. *Καὶ Ἄγνων χρυσοῦς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσιν ἐφόρει.* Plaut. Bacchid. II. 3. [u])

Qui soccis habeat aurum [auro] suppactum solum.

---

q) imo apud Nonium, III. n. 98.
r) Hom. Od. VIII, 278. XXIII, 198.
s) III, 2, 94. t) p. 509. u) II, 3, 98.

Antiochi exercitus *magna ex parte aureos clavos crepidis subiectos habuit.* Valer. Max. IX. 1. x) Hunc luxum increpat et damnat Clemens Alexandr. Paedagog. II. 11. *Αἰσχρὰ γοῦν ἀληθῶς τὰ σανδάλια ἐκεῖνα, ἐφ' οἷς ἐστι τὰ χρυσᾶ ἀναθέματα· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἥλους ἑλικοειδῶς τοῖς κατατύμμασιν ἐγχαταχρούειν ἄξιοῦσα.* Quin hic apud nostrum *ὑπαί τις ἀρβύλας λύοι* fortasse tmeticos accipiendum *ὑπολύοι τις ἀρβύλας.* Aristophanes, Lysist. v. 949. *Ὑπολύομαι, calceos solvo.* Gloss. Graec. Lat. *Ὑπολύσω, decalceo.*]

[Ibid. *ΑΡΒΥΛΑΣ.* Suidas, *Αἰσχύλος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ καὶ χρώμασι κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικούς, καὶ ταῖς ἀρβύλαις ταῖς καλουμέναις ἐμβάταις κεχρῆσθαι.*]

[954. *ΠΡΟΔΟΥΛΟΝ.* Malim divisim *πρὸ, δοῦλον ἔμβασιν ποδῶν*, h. e. *πρίν. Solvat aliquis prius calceos meos.* Sunt qui *πρόδουλος* vel *προδούλου* legunt.]

[Ibid. *ΠΡΟΔΟΥΛΟΝ ΕΜΒΑΣΙΝ ΠΟΔΟΣ.* Musonius apud Stobaeum y), Serm. I. *Καὶ τοῦ γε ὑποδεδέσθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δυναμένῳ κρεῖττον· κινδυνεύει γὰρ τὸ μὲν ὑποδεδέσθαι τῷ δεδέσθαι ἐγγὺς εἶναι· ἡ δ' ἀνυποδησία πολλὴν ἀλυπίαν τινὰ καὶ εὐκολίαν τοῖς ποσὶν παρέχει, ὅταν ἠσκημένοι ὦσι.* Laudat *ἀνυποδησίαν*, vinctum et calceatum unum eundemque putans. Hinc *vincula* pro *calceis.* Virg. Aen. VIII. 458.

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

Ubi Servius: *Tyrrhena vincula, Tusca calceamenta.* Ovid. Fast. II. 324.

Stringebant magnos vincula parva pedes.

Et I. 410.

Impediunt teneros vincula nulla pedes.]

[v. 956. *ΦΘΟΝΟΣ.* Vel *φθόνον.* Hoc ab Agamemnone factum uxoris suasu contra ipsius sententiam propriam, utpote qui fassus est invidiosum esse et Diis invisum, artificiose confinxit poeta, quo aptius inducatur Clytaemnestrae facinus.]

v. 957. (948.) *ΣΩΜΑΤΟΦΘΟΡΕΙΝ.* Corrige *στρωματοφθορεῖν.*

[v. 963. *ΠΟΛΛΩΝ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΕΞΑΙΡΕΤΟΝ ΑΝΘΟΣ.* Quod in unoquoque genere praecipuum, id *ἄνθος* dici, cuivis e triviis notum. Ita Homerus *οἴνου ἄωτον* z) dixit, quod Plautus a) plus semel *florem vini.* Lucretius III. 222. *florem Bacchi*, etc. Caeterum optima et pulcherrima spoliorum solebant milites eligere, et a reliquis eximere, quorum unam partem Diis vel dedicabant vel ad sacrificium reservabant, alteram imperatori et ducibus exercitus dividebant, qua de re

---

x) ext. 4.

y) Stob. Serm. I, 84. (p. 18. Gesn.).

z) *οἰὸς ἄωτον?*

a) Plaut. Curc. I, 2, 1.

ἑξαίρετα dicebantur. Hesych. Ἑξαίρετον· ἐπίλεκτον. Glossarium vetus, Ἑξαίρετος· *egregius, eximius, praeciputus.* Ἐξαιρεῖν enim nihil est aliud quam *eximere* seu *excipere*, ut Virgilius dixit, Aeneid. IX. 270.

—— ipsum illum clypeum cristasque rubentes
Excipiam sorti. ——

Ita *eximii* porci et alia pecora latine dicta sunt, quae a reliquo grege *eximebantur*, ut numini alicui sacrarentur, aut ad sacrificium servarentur; eademque etiam ratione *egregia* dicebantur, ut *e grege* selecta et ex omni numero separata. Inde autem, quia, quae optima pecora fuere, e grege ad Deorum sacra separarentur, quicquid in unoquoque genere optimum erat atque praecipuum, id egregium, eximium, ἑξαίρετον dicebatur. Eustath. [b]) ad Il. *I'*. Ὅτι ἐξαιρεῖν καὶ ἐξαίρεσθαι παρὰ τῷ ποιητῇ, τὸ ἐπιλέξασθαι καὶ δοῦναί τι ὡς ἐξαίρετον. Vide sis Guellium ad Virgilianum illud Aen. VIII. 551.

Ducunt exsortem Aeneae, quem fulva leonis
Pellis obit totum ——]

[v. 964. ΣΤΡΑΤΟΥ ΔΩΡΗΜ', ΕΜΟΙ ΞΥΝΕΣΠΕΤΟ. Atque hinc tale praemium honorarium, quo milites ducem donarunt, γέρας dictum est. Homer. sub persona Agamemnonis, Iliad. *A'*. 135.

Ἀλλ' εἰ μὲν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοὶ,
Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιον ἔσται —
Εἰ δέ κε μὴ δώωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἕλωμαι
Ἢ τεὸν ἢ Αἴαντος ἰὼν γέρας, ἢ Ὀδυσῆος
Ἄξω ἑλών· ——

Huiusmodi plures γυναῖκας ἐξαιρέτους Agamemnoni cessisse testis erit Thersites, Il. *B'*. 226.

Πλεῖαί τοι χαλκοῦ κλισίαι, πολλαὶ δὲ γυναῖκες
Εἰσὶν ἐνὶ κλισίῃς ἐξαίρετοι, ἅς τοι Ἀχαιοὶ
Πρωτίστῳ δίδομεν, εὖτ' ἂν πτολίεθρον ἕλωμεν.

Ex his Cassandram fuisse, praeter Aeschylum monet Euripides, Troad. v. 247.

ΕΚ. Τοὐμὸν δὲ τίς ἆρ' ἔλαχε τέκος,
Ἔννεπε, τλάμονα Κασάνδραν;
ΤΑΛ. Ἐξαίρετόν νιν ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ.]

v. 968. ΕΙΣ ΑΡΓΥΡΟΝ. Vir insignis Claudius Salmasius legit ἰσάργυρον, in Exercitationibus Plinianis, p. 593. πορφύρας ἰσάργυρον κηκῖδα vocat *purpurae fucum argento contra carum.* Ἐπὶ ἀργύρῳ vel πρὸς ἀργύρῳ πωλούμενον, Graeci poetae ἰσάργυρον vocant. Purpuram eo pretio olim distractam

---

b) Eust. ad Il. *A*, 369. p. 119, 89., ubi est ἐξελεῖν καὶ ἐξελέσθαι.

constat ex Theopompi historiis, cuius haec verba leguntur apud Athenaeum c), XII. 4. *Ἰσοστάσιος γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον ἐξεταζομένη.*

v. 969. *ΚΗΚΙΔΑ.* Hoc est, *στύμμα* vel *βάμμα*, *fucum*. Harpocration, *Κηκίς· βάμμα τι καὶ στίμμα· ἢ καρπὸς τῆς δρυὸς ἐπιτήδειος εἰς βαφήν*; galla, qua lanae olim tingebantur. Dioscorides d) ait in Cilicia quercini generis arboribus parvae instar cochleae innasci, quod a mulieribus ad tincturam colligitur, et coccum vocatur. Locum eius, vitiose excusum, restituit Salmasius, in Exercitationibus Plinianis, p. 274. hoc modo: *Γίνεται δὲ ἡ ἐν Κιλικίᾳ ἐν τοῖς δρυσὶν ὁμοίως κοχλίᾳ μικρῷ, ἣν τῇδε γυναῖκες εἰς τὰ στύμματα ἀναλέγουσαι κόκκον καλοῦσι.* Hinc et *κηκίς* pro quolibet stymmate. [Choeph. v. 266.

Θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός.

Hesych. *Κηκίς· ἀτμὶς, στύμμα.* Vide Eustath. Il. Ξ'. p. 983.]

[v. 970. *ΟΙΚΟΣ Δ' ΥΠΑΡΧΕΙ.* Haud dubium quin *ἐπαρκεῖ* scribendum sit. *Ἐπαρκεῖ τῶνδε*, his abundat, vel sufficienter instructa domus.]

[Ibid. *ΑΝΑΞ.* *Domine*, vel *marite*. Ita enim etiam uxores maritos compellabant. Atqui Agamemnon vere *ἄναξ* alias quoque.]

[Ibid. *ΑΝΑΞ. ΕΧΕΙΝ.* Vide an delendum punctum post *ἄναξ*.]

[v. 971. *ΠΕΝΕΣΘΑΙ Δ' ΟΥΚ, ΕΠΙΣΤΑΤΑΙ ΔΟΜΟΣ* h. e. *οὐ πένεται*, *nunquam eget*, vel, *nequit egere*. Plautus e): *Non didici hariolari gratis.* Idem: *Cur negas? Quia vera didici dicere.*]

[v. 972. (963.) *ΠΟΛΛΩΝ ΠΑΤΗΣΜΟΝ.* Sensus: *multarum vestium talium pretium vovissem in victimis expendendum*; vel *ἐν χρηστηρίοις*, *oracula consulens.*]

[Ibid. *ΔΕΙΜΑΤΩΝ.* Assentimur Cantero scribenti *δ' εἱμάτων.*]

[v. 973. *ΠΡΟΥΝΕΧΘΕΝΤΟΣ.* Vide an legendum *συνεχθέντος*, vel *σοῦ 'νηχθέντος.*]

[v. 974. *ΨΥΧΗΣ ΚΟΜΙΣΤΡΑ.* Hesych. *Κομίστρα· ἐπιμελητήρια, τροφὸς, ἐμπλέκτρια.*]

[Ibid. *ΤΗΣΔΕ.* h. e. *σῆς.*]

Ibid. *ΜΗΧΑΝΩΜΕΝΗΣ.* Forsan *μηχανωμένη.*

[v. 975. *ΡΙΖΗΣ ΓΑΡ ΟΥΣΗΣ.* [*Σοῦ παρόντος.*] Elegantissima comparatio. *Sicut*, inquit, *quamdiu viget arboris radix, foliorum umbra a calore maligni illius sideris tuetur; eodem*

---

c) Athen. XII, p. 526. C.

d) Dioscor. IV, 48. (vol. I, p. 542. Spreng.)

e) Plaut. Amphitr. II, 2, 55.

plane modo tu reversus aedibus in hieme fervorem, in aetate refrigerium affers.

Ibid. *ΦΥΛΛΑΣ.* Vox tempestati, quam describit, valde congrua; *φυλλάδες* enim proprie rami arborum marcidi, folia tamen adhuc retinentes, quod faciunt illi rami, qui ante autumnum colliguntur. Hesychius, *Φυλλάδες· οἱ ξηροὶ κλάδοι καὶ φύλλα ἔχοντες.* Aristophanes in Vespis, v. 397. *ἀνάβαιν', ἄνοσαι κατὰ τὴν ἑτέραν, καὶ ταῖσι φυλλάσι παῖε.* Quod ad hanc vocem amplius spectat, *φυλλάς* antiquitus aliquid erat quod ad lectulos attinebat, in quibus convivae recumbere solebant: unde Iulius Pollux [f]), VI. 1. ubi de convivio agit, cum ea annumerat, quae ad convivarum lectulos spectant, *κλιντήριον* nominat, *φυλλάδας*, etc. Usum autem in lectulis foliorum varie ex auctoribus licet colligere. Theocritus [g]), in Epigr.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ. ——

Idem etiam Pollux, VI. 71. edulii cuiusdam hoc nomine meminit; *φυλλάδας*, inquit, *ἐκάλουν τὰ χλωρὰ ὑποτρίμματα.* Hesychius *φυλλιάδα* appellat. *Φυλλιάς· ὑπότριμμά τι ἐκ λαχάνων σκευαζόμενον.* Fortassis itaque aut corrigendus est Hesychius e Polluce, aut, quod malim, Pollux ex Hesychio.

[Ibid. *ΙΚΕΤ' ΕΣ ΔΟΜΟΥΣ.* f. *Ἵκετ' ἂν δόμους.*]

[v. 976. *ΣΚΙΑΝ ΥΠΕΡΤΕΙΝΑΣΑ ΣΕΙΡΙΟΥ ΚΥΝΟΣ.* Quasi Sirius canis causa esset intensioris caloris. Ita et Persius, Sat. III. 5.

—— siccas insana canicula messes
Iamdudum coquit. ——

Verum sequuntur poetae vulgi errorem, qui *τὸ τοῦ κυνὸς ἄστρον παραίτιον τῆς τῶν καυσμάτων ἐπιτάσεως* pronunciarunt, ex eo sc. natum, quod sole signum cancri peragrante canicula oritur. Errorem hunc refutat Geminus in *εἰσαγωγῇ εἰς τὰ φαινόμενα.* Neque enim est sidus causa, sed signum istius caloris. Melius itaque Homer. Il. *X'*. 30. observante Is. Casaubono ad locum Persii modo laudatum:

—— *κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,*

„Sirii," inquit Hadr. Iunius, Animadv. I. 5. „apud auctores passim est mentio, tum pro stella ipsa, tum pro sole quoque; utroque modo exponi potest apud Virgil. [h]) in tertio Aeneidos; ibi

—— tum steriles exurere Sirius agros.

„Sed, ut de stella minime dubium est, ita in controversiam vocari potest, an pro sole usurpata vox legatur: at vero istam ambiguitatem eximit Suidas grammaticus, diserte annotans

---

f) Poll. VI, 9.
g) Theocr. epigr. III, 1.
h) Virg. Aen. III, 144.

Σείριον a quibusdam exponi τὸν ἥλιον, hoc est, Sirium solem. Cuius testimonium confirmat Archilochi [i]) auctoritas, naturali ratione illud de sole efferentis: *Πολλοὺς μὲν αὐτῶν Σείριος καταυανεῖ ὀξὺς ἐλλάμπων*; id est, *multos ex illis sol siccabit, aestusque suo durabiles reddit.* Id namque solis proprium est, vi sua ignea corporum humorem rapere atque depascere. Similiter usus est et Lycophron [k]) in Cassandra, de Aiacis corpore in littus a mari eiecto loquens; ibi *ἐκβεβρασμένον νέκυν ἀκτὶς Σειρίου καταυανεῖ*, id est, *cadaver expulsum arefaciet solis radius.* Vides manifeste Sirium utrobique pro sole accipi. Accedit quod Ibycus poeta Rheginus *σείρια* astra universa vocaret, testante Suida, vel quod sint quasi *τείρεα* quaedam, et navigantibus signorum sint loco, vel *διὰ τὸ τείρειν, τὸ δαμάζειν.*"]

[Ibid. *ΥΠΕΡΤΕΙΝΑΣΑ.* Vide an melius *ὑπερτείνουσα.*]

[v. 978. *ΘΑΛΠΟΣ ΜΕΝ ΕΝ ΧΕΙΜΩΝΙ.* Virgil. Georg. II. 149.

—— alienis mensibus aetas.]

[v. 979. (970.) *ΟΤΑΝ ΔΕ ΤΕΥΧΗι.* Canicularis dies.]

[Ibid. *ΖΕΥΣ Τ' ΑΠ' ΟΜΦΑΧΟΣ.* Dele τ', vel lege γ'.]

[v. 980. *ΗΔΗ.* An potius ἡδύ, cogita.]

v. 981. *ΑΝΔΡΟΣ ΤΕΛΕΙΟΥ.* Ἀνὴρ τέλειος, *maritus.*

[v. 983. *ΜΕΛΟΙ ΔΕ ΤΙ ΣΟΙ.* Similis locutio Choeph. v. 779.

Μέλει θεοῖσιν ὥνπερ ἂν μέλῃ πέρι.]

[Ibid. *ΜΕΛΑΗιΣ.* Aur. *Μέλης.*]

[v. 984. *ΤΙΠΤΕ.* Hesych. *Τίπτε· τί δήποτε, ἢ κατὰ συγχοπὴν τί ποτε, ἢ διατὶ, ἢ ἑνατί.*]

v. 985. *ΔΕΙΓΜΑ.* [*Φάσμα.* Aliqui δῆγμα, *vellicatio cordis*, φρόντισμα, quod minus probo. f. δεῖμα. Hesych. *Δεῖμα· δέος, φόβος, φόβητρον.*]

[v. 987. *ΜΑΝΤΙΠΟΛΕΙ Δ' ΑΚΕΛΕΥΣΤΟΣ.* Distingue secundum antistrophica

Μαντιπολεῖ δ' ἀχέ-
λευστος ἄμισθος ἀοιδά.

Vide annon potius *ἀχέλευστον ἄμισθον ἀοιδάν.*]

v. 989. *ΟΥΔ' ΑΠΟΠΤΥΣΑΣ.* *Neque* me *reüciente* (ipsum). Ἀποπτύσας pro *ἀποπτύσαντος ἐμοῦ*, figura huic auctori familiaris. [Ad oram Cod. Scaligeriani, *ἀποπτύσαν.*]

[Ibid. *ΔΙΚΑΝ ΔΕ ΔΥΣΚΡΙΤΩΝ ΟΝΕΙΡΑΤΩΝ.* Quasi esset fallax. Supra, v. 500.

—— εἴτ', ὀνειράτων δίκην,
Τερπνὸν τόδ' εἶδον φῶς ἐφήλωσεν φρένας.]

[v. 991. (982.) *ΙΞΕΙ.* f. ἵξει, vel ἵζει.]

---

i) Br. Anal. Tom. I, p. 47. k) Lycophr. v. 396.

[v. 992. *ΦΡΕΝΟΣ ΦΙΛΟΝ ΘΡΟΝΟΝ.* Refertur ad v. 986. *Cor mentis penetrale.*]

Ibid. *ΧΡΟΝΟΣ Δ' ΕΠΕΙ.* Malim *ἐπί*, ut sit sensus; *tempus diuturnum* (decennale) *putrefecit naves arenosas* (i. e. in arenis stantes) *anchoris detentas, cum adversus Ilium profecta est classis.*

[v. 993. *ΠΡΥΜΝΗΣΙΩΝ.* Hesych. *Πρυμνήσια· ἀπόγεια σχοινία.*]

[Ibid. *ΞΥΝΕΜΒΟΛΟΙΣ.* l. *ξὺν ἐμβόλοις.*]

[v. 995. *ΠΕΥΘΟΜΑΙ Δ' ΑΠ' ΟΜΜΑΤΩΝ.* Tralatio ab uno sensu ad alium. Ita Sept. Theb. v. 104. *κτύπον δέδορκα.* Prometh. Vinct. v. 21. *φωνὴν ὄψει.*]

v. 999. *ΟΠΩΣ.* Lege *ὅμως* [vel f. *ὁπός.*]

v. 1002. *ΟΥ ΤΟ ΠΑΝ.* H. e. *non omnia sperans prospera.*

[Ibid. *ΕΧΩΝ.* Aur. *ἔχει.*]

[v. 1006. *ΚΥΚΛΟΥΜΕΝΟΝ. Κυκλοφερούμενον, κύκλῳ φερόμενον.*]

[v. 1007. *ΤΙ.* f. *τάδ'.* Sunt qui malint *τοί.*]

v. 1008. *ΕΛΠΙΔΟΣ. Timore.* Ita et alibi.

[v. 1010. *ΜΑΛΑ ΓΑΡ.* f. *δ' ἄρ.* Sensus: *breve spatium est perfectae sanitatis: utpote quae morbi imminentis certum sit signum.* Idque Hippocrates in aphorismis pluribus exsequitur. Hippocrates: *Αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι, σφαλεραί.* Felicitatis ad summum punctum inoffensus tenor suspectus esse debet. Nota Polycratis historia [f]).]

v. 1011. *ΑΚΟΡΕΣΤΟΝ.* Ut et v. 1340.

> *Τὸ μὲν εὖ πράττειν ἀκόρεστον ἔφυ*
> *Πᾶσι βροτοῖς. ——*

[Sunt qui malint *ἀχώριστον*, vel *ἀχάριστον.* Sanitatis longae finis ante satietatem, nempe ad invidiam rerum humanarum, quae fluxae, breves, et ante satietatem delinquentes. Sophocl. Oed. Col. v. 1707. sqq.]

v. 1017. (1008.) *ΚΑΙ ΤΟ ΜΕΝ ΠΡΟ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΚΤΗΣΙΩΝ ΟΚΝΟΣ ΒΑΛΩΝ.* Legere velim:

> *Καὶ τὸν μὲν πρὸ χρημάτων*
> *Κτησίων ὄκνον βαλὼν*
> *Σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου.*

Pro *προβαλών* iaculans e funda mediocri, h. e. mediocritati studens. [Sed ego ne sic quidem commodam sententiam ex verbis elicio. Quod si sic: *καὶ τὸν μὲν πρὸ χρημάτων κτησίων ὄκνος βαλών*, figura Aeschylo non inusitata, pro *καὶ τὸν μὲν — ὄκνου προβαλόντος.* Sententia: *fortunas lapsas et fractas recuperari et resarciri posse, sed non itidem vitam.* Haud dissimiliter et Iobus, XIV. 7, 8. vitae semel amissae damnum irrepa-

---

f) Herod. III, 39 sqq.

rabile excisae arboris exemplo aggravat, cui spes aliqua in radice.]

[v. 1019. ΣΦΕΝΔΟΝΑΣ. *Ex funda*, sc. *perditionis*.]

[v. 1020. ΕΔΥ. Hesych. Ἔδυ· ..... κατέδυ.]

[v. 1023. ΠΟΛΛΑ. Πολλάκις.]

[v. 1024. ΑΜΦΙΛΑΦΗΣ. Hesych. Ἀμφιλαφές· πολύ, δαψιλές. Callimach. III. 3. Καὶ χορὸς ἀμφιλαφής.]

v. 1027. ΠΕΣΟΝΘ' ΑΠΑΞ. Lege πεσὸν ἅπαξ. [An πασόν γ' ἅπαξ, cogita. Stropha praecedente dixerat sanitatem et opes recuperabiles esse; iam subdit, non esse recuperabilem sanguinem effusum.]

[v. 1028. ΘΑΝΑΣΙΜΟΝ. An θανάσιμον, vide.]

[v. 1030. ΕΠΑΕΙΔΩΝ. Incantans carminibus magicis: medicinae genus ἐπῳδή.]

v. 1031. (1022.) ΟΥΔΕ ΤΟΝ ΟΡΘΟΔΑΗ. De Aesculapio interpretatur Scholiastes, quem fulmine exterminavit Iupiter, quod Hippolytum resuscitasset: ego vero potius legerem:

Οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ
Τῶν φθιμένων ἀνάγειν
Ζεὺς αὖτ' ἔπεισ'.

ne vel ipse Iupiter persuaserit inferorum iudicem, ut mortuos in lucem remittat.

v. 1033. ΕΠ' ΕΥΛΑΒΕΙΑι ΓΕ. [γρ. ἐπ' ἀβλαβείᾳ γε.] Delet haec Canterus, ut quae *et versus respuit, nec carmen magis quam scholium sapiunt.* Quod ad metrum spectat, adeo male sibi respondent versus, ut nihil exinde certi colligere sit. Enimvero Scholiastes haec agnoscit, et interpretatur ὥσπε μὴ ἔτι βλαβῆναι, quasi dixerit: ita extinxit Iupiter Aesculapium, ut non sibi sit amplius cavendum, ne ille iterum exsuscitaret homines.

[v. 1035. ΜΟΙΡΑΝ. An μοίρας?]

[v. 1036. ΦΕΡΕΙΝ. Ἐνφέρειν, *eloqui*. Vide an ita legendum.]

[v. 1038. ΕΞΕΧΕΙ. *Effudisset*, h. e. *effutiisset*. Soph. Philoct. v. 13.

— κἀκχέω τὸ πᾶν
Σόφισμα. —

An legendum τόδ' ἂν ἐξέχυ, cogita.]

v. 1040. ΘΥΜΑΛΓΗΣ ΤΕ, etc. Distingue, ut respondeat strophae,

Θυμαλγής τε καὶ οὐδὲν ἐπ-
ελπομένα ποτέ.

[v. 1042. ΚΑΙΡΙΟΝ. *Felix*.]

[Ibid. ΕΚΤΟΛΥΠΕΥΣΕΙΝ. Ἐκτολυπεύω, *deglomero, perficio*.]

V.

[v. 1043. (1034.) *ΖΩΠΥΡΟΥΜΕΝΑΣ ΦΡΕΝΟΣ.* Prae timore et sollicitudine.]

v. 1046. *ΧΕΡΝΙΒΩΝ.* [*Χέρνιψ* est aqua ad lavandas manus; ut in versibus illis apud poetam toties repetitis in Odyssea, neque enim extant in Iliade. Odyss. *A'*. 136, et saepe:

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι. ——

Solebant enim veteres ante cibum *νίψασθαι τὰς χεῖρας*, et post cibum *ἀπονίψασθαι*. Iul. Pollux [m]), XVI. 14. *Νίψασθαι μέν, τὸ πρὸ τῆς τροφῆς· ἀπονίψασθαι δὲ, τὸ μετὰ τὴν τροφήν.* Unde illud in evangelio proprie dictum observant critici scriptores, Matth. XV. 2. *Οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν.* Sed et lotio sine aqua, qua lavantur manus ante cibum, dicta est a veteribus Graecis *κατὰ χειρός*. Athenaeus [n]) Deipnos. IX. 18. *Παρὰ γὰρ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεται κατὰ χειρός· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα, ἀπονίψασθαι.* Unde celebre illud responsum parasiti cuiusdam, qui cum interrogatus esset quaenam aqua optima, respondit: *τὸ κατὰ χειρός.*] Hinc poterit *τὸ χερνίβων* a Clytaemnestra dictum videri synecdochice pro *τῆς δαίτας*. Virg. Aen. I. 704. cibum capessendi modum describens:

—— stratoque sūper discumbitur ostro:
Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris
Expediunt. ——

[*Χέρνιψ* etiam dicitur aqua lustralis; quippe in limine seu vestibulo templi erat *περιῤῥαντήριον*, vas aquae plenum, qua ingredientes in templum se ipsos aspergebant, vel etiam a sacrificulis aspergebantur. Sed et ipsum instrumentum, quo fiebat aspersio, *περιῤῥαντήριον* dictum legimus, h. e. *aspergillum*; erat autem vel titio ardens ab ara sumptus, et in vas lustrale instinctus, vel etiam ramus arboris, laurûs puta vel olivae. Athenaeus [o]), X. 18. *Χέρνιψ*, inquit, *ἐστὶν ὕδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, καὶ τούτῳ περιῤῥαίνοντές τοὺς παρόντας ἥγνιζον.* In hanc rem decantatus est locus ille Euripidis Herc. Fur. v. 928.

Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν,
Εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος.

Iuvenalis utriusque tum titionis tum rami eodem loco meminit, Sat. III. 15. [imo II, 157.]

—— cuperent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum taedis, aut si foret humida laurus.

---

m) Poll. VI, 92. n) Athen. IX, p. 408. F. o) Ibid. 409. B.

(Quanquam quod innuit Iustinus Martyr, Apolog. 2. ethnicos sc. ritum hunc aqua se aspergendi in ingressu templorum, a Christianorum baptismo, daemonum instinctu didicisse, minus verisimile videatur, cuius longe antiquior fuerit baptismo iste gentilium ritus, *τοῦ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας*, ut loquitur Iustinus, nam et inter plures alios meminit eius Theophrastus p), qui Christum natum saeculis aliquot antecessit, in charactere *περὶ δεισιδαιμονίας*, tanquam ceremoniae apud Graecos in eorum sacris iam pridem receptae.) Hinc *χέρνιβες* in plurali dicuntur lotiones seu aspersiones sacrae, quae aquâ hac lustrali in templis fiebant. Unde qui propter homicidium vel eiusmodi crimen *εἴργοντο τῶν νομίμων*, a sacris et mysteriis et templis arcebantur; et *χερνίβων* etiam *εἴργεσθαι* dicuntur, apud Sophoclem q), Demosthenem, aliosque scriptores Atticos, qui scelere aliquo contaminati; cuius contrarium *κοινωνὸν εἶναι χερνίβων*, nempe in societatem et conversationem admitti.]

v. 1047. *ΚΤΗΣΙΟΥ ΒΩΜΟΥ ΠΕΛΑΣ.* [*Ἐρκείου*, an idem, cogita. Vide Guellium ad Aen. II. 512. *Aedibus in mediis*, etc.] Harpocration, *Κτησίου Διός*: *Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον, Κτήσιον Δία ἐν τοῖς ταμείοις ἵδρυντο. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ,*

Νῦν δ' εἰς γυναικωνῖτιν εἰσιόνθ' ὅταν
Ἴδω παράσιτον, τὸν δὲ Δία τὸν κτήσιον
Ἔχοντα τὸ ταμεῖον [ταμίειον] οὐ κεκλεισμένον,
Ἀλλ' εἰστρέχοντα πορνίδια. ——

Plura de Ctesio Iove vir incomparabilis in Athenaeum, XI. 6. r)

[v. 1048. *ΕΚΒΑΙΝ' ΑΠΗΝΗΣ ΤΗΣΔΕ.* Ita Andromache apud Euripidem, Troad. v. 567.

Ἔκβη, λεύσσεις τὴν Ἀνδρομάχην
Ξενικοῖς ἐπ' ὄχοις πορθμευομένην;]

v. 1050. (1041.) *ΠΡΑΘΕΝΤΑ.* Metaphorice videtur accipiendum; nec enim venditus est Hercules, sed oraculi iussu in servitutem addictus. Notior est fabula quam ut repetam. Apollodorus s), II. *Παραγενόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς, κυνθάνεται τοῦ θεοῦ, ποῦ κατοικήσω. Ἡ δὲ Πυθία τότε πρῶτον Ἡρακλέα αὐτὸν προσηγόρευσε. Ὁ γὰρ [Τὸ δὲ] πρῶτον Ἀλκίδης προσηγορεύετο. Κατοικεῖν δὲ αὐτὸν εἶπεν ἐν Τίρυνθι, Εὐρυσθεῖ λατρεύοντα ἔτη δώδεκα.* [Simul etiam potuit ad alterum illud Herculis servitutem allusisse, quod et in proverbium transiit: *Ὀμφάλῃ Ἡρακλῆς λατρεύει, Hercules Omphale servit*; de quo vide sis Mich. Apostolium, XIV. 49.]

---

p) Theophr. p. 116. Fisch.
q) vid. Soph. Oed. reg. 900.
r) Apollod. II, 5, 12. p. 114. H.
s) p. 473. B. C.

v. 1052. *ΑΡΧΑΙΟΠΛΟΥΤΩΝ.* Poetae sententiam clarissime prosequitur Philosophus, Rhetoric. II. 32. rr) *Διαφέρει δὲ τοῖς νεωστὶ κεκτημένοις καὶ τοῖς πάλαι τὰ ἤθη, τῷ ἅπαντα μᾶλλον καὶ φαυλότερα τὰ κακὰ ἔχειν τοὺς νεοπλούτους· ὥσπερ γὰρ ἀπαιδευσία πλούτου ἐστὶ τὸ νεόπλουτον εἶναι.*

[v. 1053. *ΟΙ Δ' ΟΥΠΟΤ' ΕΛΠΙΣΑΝΤΕΣ ΗΜΗΣΑΝ ΚΑΛΩΣ.* Lege *οἳ δ'*, qui insperata messe ditescunt: Aristoteli modo laudato *νεόπλουτοι* dicti.]

[v. 1054. *ΩΜΟΙ.* Sunt qui malint *δμοι*, ex *δμοιοι*, vel *δμου γε*.]

Ibid. *ΚΑΙ ΠΑΡΑ ΣΤΑΘΜΗΝ.* Quid sit *παρὰ στάθμην* eleganter docet Aristoteles, Rhetoric. I. 1. *Οὐ γὰρ*, inquit, *δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν εἰς ὀργὴν προάγοντας, ἢ φθόνον, ἢ ἔλεον. Ὅμοιον γὰρ κἂν εἴ τις ᾧ μέλλει χρῆσθαι κανόνι, τοῦτον ποιήσει στρεβλόν.* Notum satis proverbiale dictum

Πρὸς στάθμην πέτρον τίθεσθαι, μήτε πρὸς πέτρῳ στάθμην.

Idem est *ὠμὸς παρὰ στάθμην*, quod Terentio Adelph. I. 1.s)

Nimium ipse durus est praeter aequumque et bonum.

v. 1055. *ΕΧΕΙΣ ΠΑΡ' ΗΜΩΝ.* Poterit legi *ἕξεις*, *habebis apud nos quodcunque tibi conveniens erit.* Sed nihil exigit.

[v. 1059. *ΧΕΛΙΔΟΝΟΣ ΔΙΚΗΝ.* *Χελιδόνες* dicuntur barbari, quoniam sermo illorum intelligi nequit, ut hirundinum garritus. Hesych. *Χελιδόσι· τοὺς βαρβάρους χελιδόσιν ἀπεικάζουσι διὰ τὴν ἀσύνθετον λαλιάν.*]

[v. 1062. (1052.) *ΕΣΩ ΦΡΕΝΩΝ.* Ad praecedentia refero, *κεκτημένη ἔσω φρενῶν*, non ad *πείθω*, quod nescio an satis ex usu *πείθειν* vel *λέγειν ἔσω φρενῶν*. Nota distinctio sermonis *ἐνδιαθέτου* et *προφορικοῦ*.]

[v. 1064. *ΟΥΤΟΙ ΘΥΡΑΙΗΝ.* Sc. *τριβήν*.]

[v. 1065. *ΕΣΤΙΑΣ ΜΕΣΟΜΦΑΛΟΥ.* Quaere, an focos exstruxerint veteres in media aula, sicut nos in aulis Academicis.]

v. 1066. *ΠΡΟΣ ΣΦΑΓΑΣ ΠΥΡΟΣ.* Dio Chrysostom. t) in Orat. *περὶ ἀπιστίας*, de Agamemnone verba faciens: *θύσας τοῖς θεοῖς, τὴν δ' ἑαυτοῦ τράπεζαν παραθέμενος, ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς οὕτως ὠμῶς ἀνῃρέθη.*

v. 1070. (1061.) *ΚΑΡΒΑΝΩι.* [f. *καρβάνου*, et ita Auratus.] Supplic. v. 124.

Καρβάνα δ' αὐδὰν
Εὐαχοεῖς.

Eustathius ad Iliad. B'. 867. *Ἰστέον ὅτι οὐ μόνον ἡ τῶν καρβάνων, ἤτοι βαρβάρων, λέξις ἐκ τῶν Καρῶν εἰλῆφθαι δοκεῖ, ἀλλὰ καὶ οἱ παρὰ τῷ Παυσανίᾳ Κάρδακες, ὃ ἔστι στρατιῶται περὶ Ἀσίαν.*

---

rr) imo II, 16. p. 123. Reiz. s) I, 1, 39. t) Dio Chrys. p 641. D. Mor.

Inde fortasse et *Barginus*. Lexicon Graeco Latinum, *Προσφώνησις βαρβαρική, appellatio Bargina.* Latino-Graecum, *Bargina, νεκροφόρος· βάρβαρος· προσφώνησις βαρβαρική.* Glossarium vetus, *Barginae, peregrinae.*

[Ibid. *ΦΡΑΖΕ ΧΕΡΙ.* Digitorum sc. notis, quibus taciti inter se loqui consueverunt. Cassiodor. Var. Ep. IV. 11. *His sunt addita orcistrarum loquacissimae manus, linguosi digiti, clamosum silentium, expositio tacita, quam musa Polymnia reperisse narratur.* Vide Erhard. in Petron. p. 770.]

v. 1071. *ΕΡΜΗΝΕΩΣ ΕΟΙΚΕΝ.* Cassandrae contumax silentium eleganter fit; quae ut vates noverat insidiosos esse Clytaemnestrae sermones, nec sicut Agamemnon decipi poterat.

v. 1075. *ΧΑΛΙΝΟΝ Δ' ΟΥΚ ΕΠΙΣΤΑΤΑΙ ΦΕΡΕΙΝ.* Ovid. Trist. V. 4.

> More nec indomiti fraena recusat equi.

Nonnus, Dionysiac. I. 310.

> Ὡς δ' ὅτε τις πλήξιππος ἀποπτυστῆρα χαλινοῦ
> Ξεῖνος, ἀνὴρ ἀδίδακτος, ἀπειθέα πῶλον ἰμάσσων.

[v. 1076. *ΑΙΜΑΤΗΡΟΝ ΕΞΑΦΡΙΖΕΣΘΑΙ ΜΕΝΟΣ.* Virg. Georg. III. 203.

> —— spumas agit ore cruentas.]

[v. 1077. *ΟΥ ΜΗΝ ΠΛΕΩ ΡΙΨΑΣ.* Sc. *ῥήματα.*]

v. 1079. *ΙΣΘ', Ω ΤΑΛΑΙΝΑ.* Vel ἴσθι pro verbo substantivo, quasi dicat *sis deserens*; vel, quod magis probo, legendum cum Cantero ἴθ', ὦ τάλαινα.

v. 1080. (1071.) *ΕΚΟΥΣ' ΑΝΑΓΚΗι.* Legimus cum Robortello εἰκουσ' ἀνάγκῃ. [Pro τῇδε Aur. τόνδε.]

v. 1081. *ΟΤΟΤΟΤΟΤΟΙ ΠΟΠΟΙ ΔΑ.* Admirabilis sane est haec pars fabulae, non solum quod ad *πάθος* spectat, sicut monuit argumenti auctor, sed et quoad τὸ τεχνικόν. Vociferatur primo Cassandra, et furiose exclamat; quod numini statim afflatis maxime proprium. Lucanus, de quadam enthusiasmum simulante, V. 148.

> ——, sub pectore ficta quieto
> Verba refert, nullo confusae murmure voces
> Instinctam sacro mentem testata furore.

Et postea, v. 162.

> —— non rupta trementi
> Verba sono, nec vox antri complere capacis
> Sufficiens spatium. ——

Lycophron, cui in poemate illo *σκοτεινῷ* condendo ansam videtur dedisse Aeschylus noster, v. 6.

> Ἀλλ' ἄσπετον χέασα παμμιγῆ βοὴν
> Λαφυηφάγων φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

De Cassandrae eiulatu moriturae Homerus, Odyss. Λ'. 420.

Οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὅπα Πριάμοιο θυγατρὸς
Κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε Κλυταιμνήστρη δολόμητις
Ἀμφ' ἐμοί. ——

v. 1083. *ΤΙ ΤΑΥΤ' ΑΝΩΤΟΤΥΞΑΣ.* Hesychius, Ὀροτύζειν· θρηνεῖν. Cassandrae exclamanti Ὀτοτοτοτοῖ inquit chorus *τί ταῦτ' ἀνωτότυξας; quorsum illud ototototoi effers?* pari modo, v. 1316.

ΚΑ. *Φεῦ, φεῦ.*
ΧΟ. *Τί τοῦτ' ἐφευξας;*
CAS. Pheu! Pheu!
CHO. Quare pheu exclamas?

Ut ab ὀτοτοτοῖ, ὀτοτύζω, sic a φεῦ verbum novum confinxit Aeschylus; etenim ab imperfectis vocibus vel exclamandi vel lugendi saepe fiunt verba; sic ab ὦ ὦ, quod θαυμαστικόν est, finxit Aristophanes verbum ὤζω; ab αἰ αἰ, lugendi particula, fit αἰάζω.

v. 1090. (1081.) *ΑΓΥΙΕΥ Τ'.* [Dele τ', et sic postea, v. 1095.] Ἀγυιεύς Apollinis cognomen. Pherecrates u),

Ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτα σὺ μέμνησό μου.

Horatius, Od. IV. 6. [26.]

Phoebe, qui Xanthо lavis amne crines,
Dauniae defende decus camoenae,
Laevis Agyieu.

Ita etiam dictam fuisse columnam Apollini sacratam, ante fores erectam, discimus ex Scholiaste Aristophanis ad illud poetae in Vespis, v. 870.

Ὦ δέσποτ' ἄναξ, γείτον ἀγυιεῦ τοῦ μοῦ προθύρου πρὸς πύλας [προπύλαιε,] Δέξαι τελετὴν καινὴν, ὦ ναξ, ἣν τῷ πατρὶ καινοτομοῦμεν.

Hesychius, Ἀγυιεύς· ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος. Quare vero Apollo hoc nomine colebatur docet Varro, Porphyrioni x) laudatus, nempe *quod ex responso oraculi sui in viis publicis urbis suae Athenienses statutis altaribus sacrificare Apollini instituerunt.* Et Macrobius, Saturnal. I. 9. *Idem Apollo apud illos et Ἀγυιεύς nuncupatur, quasi viis praepositus urbanis; illi enim vias, quae intra pomoeria sunt, ἀγυιάς appellant.* Enimvero Agyiea, ut et Apollinem, inclamat Cassandra, non otioso cognomine, sed etymologiam respiciens; quippe τὸ ἀγυιεὺς ἀπὸ τοῦ ἄγειν derivari videtur. Multus est in hisce allusionibus Aeschylus noster; Ἀγυιεῦ, inquit, ἆ ποῖ ποτ' ἤγαγές με; ita Ἀπόλλων ἐμὸς, ἀπώλεσας γάρ.

---

u) ap. schol. Arist. Vesp. 870. (fragm. 85. Runk.)
x) ad Hor. Carm. IV, 6, 27.

constat ex Theopompi historiis, cuius haec verba leguntur apud Athenaeum c), XII. 4. *Ἰσοστάσιος γὰρ ἦν ἡ πορφύρα πρὸς ἄργυρον ἐξεταζομένη.*

v. 969. *ΚΗΚΙΔΑ.* Hoc est, *στύμμα* vel *βάμμα*, *fucum*. Harpocration, *Κηκίς· βάμμα τι καὶ στύμμα· ἢ καρπὸς τῆς δρυὸς ἐπιτήδειος εἰς βαφήν*; galla, qua lanae olim tingebantur. Dioscorides d) ait in Cilicia quercini generis arboribus parvae instar cochleae innasci, quod a mulieribus ad tincturam colligitur, et coccum vocatur. Locum eius, vitiose excusum, restituit Salmasius, in Exercitationibus Plinianis, p. 274. hoc modo: *Γίνεται δὲ ἡ ἐν Κιλικίᾳ ἐν τοῖς δρυσὶν ὁμοίως κοχλίᾳ μικρῷ, ἣν τῇδε γυναῖκες εἰς τὰ στύμματα ἀναλέγουσαι κόκκον καλοῦσι.* Hinc et *κηκίς* pro quolibet stymmate. [Choeph. v. 266.

Θανόντας ἐν κηκῖδι πισσήρει φλογός.

Hesych. *Κηκίς· ἀτμὶς, στύμμα.* Vide Eustath. Il. Ξ'. p. 983.]

[v. 970. *ΟΙΚΟΣ Δ' ΥΠΑΡΧΕΙ.* Haud dubium quin *ἐπαρχεῖ* scribendum sit. *Ἐπαρχεῖ τῶνδε*, his abundat, vel sufficienter instructa domus.]

[Ibid. *ΑΝΑΞ. Domine*, vel *marite*. Ita enim etiam uxores maritos compellabant. Atqui Agamemnon vere *ἄναξ* alias quoque.]

[Ibid. *ΑΝΑΞ. ΕΧΕΙΝ.* Vide an delendum punctum post *ἄναξ*.]

[v. 971. *ΠΕΝΕΣΘΑΙ Δ' ΟΥΚ, ΕΠΙΣΤΑΤΑΙ ΔΟΜΟΣ* h. e. *οὐ πένεται, nunquam eget*, vel, *nequit egere*. Plautus e): *Non didici hariolari gratis.* Idem: *Cur negas? Quia vera dicere dicere.*]

[v. 972. (963.) *ΠΟΛΛΩΝ ΠΑΤΗΣΜΟΝ.* Sensus: *multarum vestium talium pretium vovissem in victimis expendendum*; vel *ἐν χρηστηρίοις, oracula consulens.*]

[Ibid. *ΔΕΙΜΑΤΩΝ.* Assentimur Cantero scribenti *δ' εἱμάτων.*

[v. 973. *ΠΡΟΥΝΕΧΘΕΝΤΟΣ.* Vide an legendum *συνεχθέντος*, vel *σοῦ 'νηχθέντος*.]

[v. 974. *ΨΥΧΗΣ ΚΟΜΙΣΤΡΑ.* Hesych. *Κομίστρια· ἐπιμελητήρια, τροφὸς, ἐμπλέκτρια.*]

[Ibid. *ΤΗΣΔΕ.* h. e. *σῆς.*]

Ibid. *ΜΗΧΑΝΩΜΕΝΗΣ.* Forsan *μηχανωμένη*.

[v. 975. *ΡΙΖΗΣ ΓΑΡ ΟΥΣΗΣ.* [*Σοῦ παρόντος.*] Elegantissima comparatio. *Sicut*, inquit, *quamdiu viget arboris radix, foliorum umbra a calore maligni illius sideris tuetur; eodem*

---

c) Athen. XII, p. 526. C.

d) Dioscor. IV, 48. (vol. I, p. 542. Spreng.)

e) Plaut. Amphitr. II, 2, 55.

plane modo tu reversus aedibus in hieme fervorem, in aestate refrigerium affers.

Ibid. *ΦΥΛΛΑΣ.* Vox tempestati, quam describit, valde congrua; *φυλλάδες* enim proprie rami arborum marcidi, folia tamen adhuc retinentes, quod faciunt illi rami, qui ante autumnum colliguntur. Hesychius, *Φυλλάδες· οἱ ξηροὶ κλάδοι καὶ φύλλα ἔχοντες.* Aristophanes in Vespis, v. 397. *ἀνάβαιν', ἄνσαι κατὰ τὴν ἑτέραν, καὶ ταῖσι φυλλάσι παῖε.* Quod ad hanc vocem amplius spectat, *φυλλάς* antiquitus aliquid erat quod ad lectulos attinebat, in quibus convivae recumbere solebant: unde Iulius Pollux [f]), VI. 1. ubi de convivio agit, cum ea annumerat, quae ad convivarum lectulos spectant, *κλιντήριον* nominat, *φυλλάδας*, etc. Usum autem in lectulis foliorum varie ex auctoribus licet colligere. Theocritus [g]), in Epigr.

Εὕδεις φυλλοστρῶτι πέδῳ. ——

Idem etiam Pollux, VI. 71. edulii cuiusdam hoc nomine meminit; *φυλλάδας*, inquit, *ἐκάλουν τὰ χλωρὰ ὑποτρίμματα.* Hesychius *φυλλιάδα* appellat. *Φυλλιάς· ὑπότριμμά τι ἐκ λαχάνων σκευαζόμενον.* Fortassis itaque aut corrigendus est Hesychius e Polluce, aut, quod malim, Pollux ex Hesychio.

[Ibid. *ΙΚΕΤ' ΕΣ ΔΟΜΟΥΣ.* f. *Ἵκετ' ἂν δόμους.*]

[v. 976. *ΣΚΙΑΝ ΥΠΕΡΤΕΙΝΑΣΑ ΣΕΙΡΙΟΥ ΚΥΝΟΣ.* Quasi Sirius canis causa esset intensioris caloris. Ita et Persius, Sat. III. 5.

—— siccas insana canicula messes
Iamdudum coquit. ——

Verum sequuntur poetae vulgi errorem, qui *τὸ τοῦ κυνὸς ἄστρον παραίτιον τῆς τῶν καυσμάτων ἐπιτάσεως* pronunciarunt, ex eo sc. natum, quod sole signum cancri peragrante canicula oritur. Errorem hunc refutat Geminus in *εἰσαγωγῇ εἰς τὰ φαινόμενα.* Neque enim est sidus causa, sed signum istius caloris. Melius itaque Homer. Il. *X'*. 30. observante Is. Casaubono ad locum Persii modo laudatum:

—— *κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,*

„Sirii," inquit Hadr. Iunius, Animadv. I. 5. „apud auctores passim est mentio, tum pro stella ipsa, tum pro sole quoque; utroque modo exponi potest apud Virgil. [h]) in tertio Aeneidos; ibi

—— tum steriles exurere Sirius agros.

„Sed, ut de stella minime dubium est, ita in controversiam vocari potest, an pro sole usurpata vox legatur: at vero istam ambiguitatem eximit Suidas grammaticus, diserte annotans

---

f) Poll. VI, 9.
g) Theocr. epigr. III, 1.
h) Virg. Aen. III, 144.

Σείριον a quibusdam exponi *τὸν ἥλιον*, hoc est, Sirium solem. Cuius testimonium confirmat Archilochi [f]) auctoritas, naturali ratione illud de sole efferentis: *Πολλοὺς μὲν αὐτῶν Σείριος καταυανεῖ ὀξὺς ἐλλάμπων*; id est, *multos ex illis sol siccabit, aestuque suo durabiles reddit.* Id namque solis proprium est, vi sua ignea corporum humorem rapere atque depascere. Similiter usus est et Lycophron [k]) in Cassandra, de Aiacis corpore in littus a mari eiecto loquens; ibi *ἐκβεβρασμένον νέκυν ἀκτὶς Σειρίου καταυανεῖ*, id est, *cadaver expulsum arefaciet solis radius.* Vides manifeste Sirium utrobique pro sole accipi. Accedit quod Ibycus poeta Rheginus *σείρια* astra universa vocarit, testante Suida, vel quod sint quasi *τείρεα* quaedam, et navigantibus signorum sint loco, vel *διὰ τὸ τείρειν, τὸ δαμάζειν.*]

[Ibid. *ΥΠΕΡΤΕΙΝΑΣΑ.* Vide an melius *ὑπερτείνουσα.*]

[v. 978. *ΘΑΛΠΟΣ ΜΕΝ ΕΝ ΧΕΙΜΩΝΙ.* Virgil. Georg. II. 149.

—— alienis mensibus aetas.]

[v. 979. (970.) *ΟΤΑΝ ΔΕ ΤΕΥΧΗι.* Caniculâris dies.]

[Ibid. *ΖΕΥΣ Τ' ΑΠ' ΟΜΦΑΧΟΣ.* Dele *τ'*, vel lege *γ'*.]

[v. 980. *ΗΔΗ.* An potius *ἡδύ*, cogita.]

v. 981. *ΑΝΔΡΟΣ ΤΕΛΕΙΟΥ. Ἀνὴρ τέλειος, maritus.*

[v. 983. *ΜΕΛΟΙ ΔΕ ΤΙ ΣΟΙ.* Similis locutio Choeph. v. 779.

Μέλει θεοῖσιν ὅτπερ ἂν μέλῃ πέρι.]

[Ibid. *ΜΕΛΑΗιΣ.* Aur. *Μέλῃς.*]

[v. 984. *ΤΙΠΤΕ.* Hesych. *Τίπτε· τί δήποτε, ἢ κατὰ συγχοπὴν τί ποτε, ἢ διατί, ἢ ἵνατί.*]

v. 985. *ΔΕΙΓΜΑ.* [*Φάσμα.* Aliqui *δῆγμα, vellicatio cordis, φρόντισμα*, quod minus probo. f. *δεῖμα.* Hesych. *Δεῖμα· δέος, φόβος, φόβητρον.*]

[v. 987. *ΜΑΝΤΙΠΟΛΕΙ Δ' ΑΚΕΛΕΥΣΤΟΣ.* Distingue secundum antistrophica

Μαντιπολεῖ δ' ἀκέ-
λευστος ἄμισθος ἀοιδά.

Vide annon potius *ἀκέλευστον ἄμισθον ἀοιδάν.*]

v. 989. *ΟΥΔ' ΑΠΟΠΤΥΣΑΣ. Neque* me *reiiciente* (ipsum). *Ἀποπτύσας* pro *ἀποπτύσαντος ἐμοῦ*, figura huic auctori familiaris. [Ad oram Cod. Scaligeriani, *ἀποπτύσαν.*]

[Ibid. *ΔΙΚΑΝ ΔΕ ΔΥΣΚΡΙΤΩΝ ΟΝΕΙΡΑΤΩΝ.* Quasi esset fallax. Supra, v. 500.

—— *εἶτ', ὀνειράτων δίκην,*
Τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν φῶς ἐφήλωσεν φρένας.]

[v. 991. (982.) *ΙΞΕΙ.* f. *ἵξει*, vel *ἵζει.*]

---

f) Br. Anal. Tom. I, p. 47. k) Lycophr. v. 996.

[v. 992. *ΦΡΕΝΟΣ ΦΙΛΟΝ ΘΡΟΝΟΝ.* Refertur ad v. 86. *Cor mentis penetrale.*]

Ibid. *ΧΡΟΝΟΣ Δ' ΕΠΕΙ.* Malim *ἐπί*, ut sit sensus; *tempus diuturnum* (decennale) *putrefecit naves arenosas* (i. e. in arenis stantes) *anchoris detentas, cum adversus Ilium profecta est classis.*

[v. 993. *ΠΡΥΜΝΗΣΙΩΝ.* Hesych. *Πρυμνήσια· ἀπόγεια χοινία.*]

[Ibid. *ΞΥΝΕΜΒΟΛΟΙΣ.* l. *ξὺν ἐμβόλοις.*]

[v. 995. *ΠΕΥΘΟΜΑΙ Δ' ΑΠ' ΟΜΜΑΤΩΝ.* Tralatio ab uno sensu ad alium. Ita Sept. Theb. v. 104. *κτύπον δέδορκα.* Prometh. Vinct. v. 21. *φωνὴν ὄψει.*]

v. 999. *ΟΠΩΣ.* Lege *ὅμως* [vel f. *ὁπός.*]

v. 1002. *ΟΥ ΤΟ ΠΑΝ.* H. e. *non omnia sperans prospera.*

[Ibid. *ΕΧΩΝ.* Aur. *ἔχει.*]

[v. 1006. *ΚΥΚΛΟΥΜΕΝΟΝ. Κυκλοφερούμενον, κύκλῳ φερόμενον.*]

[v. 1007. *ΤΙ.* f. *τάδ'.* Sunt qui malint *τοί.*]

v. 1008. *ΕΛΠΙΔΟΣ. Timore.* Ita et alibi.

[v. 1010. *ΜΑΛΑ ΓΑΡ.* f. *δ' ἄρ.* Sensus: *breve spatium est perfectae sanitatis: utpote quae morbi imminentis certum sit signum.* Idque Hippocrates in aphorismis pluribus exsequitur. Hippocrates: *Αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι, σφαλεραί.* Felicitatis ad summum punctum inoffensus tenor suspectus esse debet. Nota Polycratis historia [1]).]

v. 1011. *ΑΚΟΡΕΣΤΟΝ.* Ut et v. 1340.

Τὸ μὲν εὖ πράττειν ἀκόρεστον ἔφυ
Πᾶσι βροτοῖς. ——

Sunt qui malint *ἀχώριστον*, vel *ἀχάριστον.* Sanitatis longae finis ante satietatem, nempe ad invidiam rerum humanarum, quae fluxae, breves, et ante satietatem delinquentes. Sophocl. Oed. Col. v. 1707. sqq.]

v. 1017. (1008.) *ΚΑΙ ΤΟ ΜΕΝ ΠΡΟ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΚΤΗΣΙΩΝ ΟΚΝΟΣ ΒΑΛΩΝ.* Legere velim:

Καὶ τὸν μὲν πρὸ χρημάτων
Κτησίων ὄκνον βαλὼν
Σφενδόνας ἀπ' εὐμέτρου.

Pro *προβαλών* iaculans e funda mediocri, h. e. mediocritati studens. [Sed ego ne sic quidem commodam sententiam ex verbis elicio. Quod si sic: *καὶ τὸν μὲν πρὸ χρημάτων κτησίων ὄκνος βαλών*, figura Aeschylo non inusitata, pro *καὶ τὸν μὲν — ὄκνον προβαλόντος.* Sententia: *fortunas lapsas et fractas recuperari et resarciri posse, sed non itidem vitam.* Haud dissimiliter et Iobus, XIV. 7, 8. vitae semel amissae damnum irrepa-

1) Herod. III, 39 sqq.

rabile excisae arboris exemplo aggravat, cui spes aliqua in radice.]

[v. 1019. ΣΦΕΝΔΟΝΑΣ. *Ex funda*, sc. *perditionis*.]

[v. 1020. ΕΔΥ. Hesych. Ἔδυ· ..... κατέδυ.]

[v. 1023. ΠΟΛΛΑ. Πολλάκις.]

[v. 1024. ΑΜΦΙΛΑΦΗΣ. Hesych. Ἀμφιλαφές· πολύ, δαψιλές. Callimach. III. 3. Καὶ χορὸς ἀμφιλαφής.]

v. 1027. ΠΕΣΟΝΘ' ΑΠΑΞ. Lege πεσὸν ἅπαξ. [An πεσόν γ' ἅπαξ, cogita. Stropha praecedente dixerat sanitatem et opes recuperabiles esse; iam subdit, non esse recuperabilem sanguinem effusum.]

[v. 1028. ΘΑΝΑΣΙΜΟΝ. An θανάσιμον, vide.]

[v. 1030. ΕΠΑΕΙΔΩΝ. Incantans carminibus magicis: medicinae genus ἐπῳδή.]

v. 1031. (1022.) ΟΥΔΕ ΤΟΝ ΟΡΘΟΔΑΗ. De Aesculapio interpretatur Scholiastes, quem fulmine exterminavit Iupiter, quod Hippolytum resuscitasset: ego vero potius legerem:

Οὐδὲ τὸν ὀρθοδαῆ
Τῶν φθιμένων ἀνάγειν
Ζεὺς αὖτ' ἔπεισ'.

ne vel ipse Iupiter persuaserit inferorum iudicem, ut mortuos in lucem remittat.

v. 1033. ΕΠ' ΕΥΛΑΒΕΙΑι ΓΕ. [γρ. ἐπ' ἀβλαβείᾳ γε.] Delet haec Canterus, ut quae *et versus respuit, nec carmen magis quam scholium sapiunt.* Quod ad metrum spectat, adeo male sibi respondent versus, ut nihil exinde certi colligere sit. Enimvero Scholiastes haec agnoscit, et interpretatur οὕτως μὴ ἔτι βλαβῆναι, quasi dixerit: ita extinxit Iupiter Aesculapium, ut non sibi sit amplius cavendum, ne ille iterum exsuscitaret homines.

[v. 1035. ΜΟΙΡΑΝ. An μοίρας?]

[v. 1036. ΦΕΡΕΙΝ. Ἐκφέρειν, *eloqui*. Vide an ita legendum.]

[v. 1038. ΕΞΕΧΕΙ. *Effudisset*, h. e. *effutiisset*. Soph. Philoct. v. 13.

— κἀκχέῃ τὸ πᾶν
Σόφισμα. —

An legendum τόδ' ἂν ἐξέχοι, cogita.]

v. 1040. ΘΥΜΑΛΓΗΣ ΤΕ, etc. Distingue, ut respondeat strophae,

Θυμαλγής τε καὶ οὐδὲν ἐλ-
πόμενα ποτέ.

[v. 1042. ΚΑΙΡΙΟΝ. *Felix*.]

[Ibid. ΕΚΤΟΛΥΠΕΥΣΕΙΝ. Ἐκτολυπεύω, *deglomero, perficio*.]

V.

[v. 1043. (1034.) *ΖΩΠΥΡΟΥΜΕΝΑΣ ΦΡΕΝΟΣ.* Prae timore et sollicitudine.]

v. 1046. *ΧΕΡΝΙΒΩΝ.* [*Χέρνιψ* est aqua ad lavandas manus; ut in versibus illis apud poetam toties repetitis in Odyssea, neque enim extant in Iliade. Odyss. *A'*. 136, et saepe:

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ, χρυσείῃ, ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος,
Νίψασθαι. ——

Solebant enim veteres ante cibum *νίψασθαι τὰς χεῖρας*, et post cibum *ἀπονίψασθαι*. Iul. Pollux [m]), XVI. 14. *Νίψασθαι μὲν, τὸ πρὸ τῆς τροφῆς· ἀπονίψασθαι δὲ, τὸ μετὰ τὴν τροφήν.* Unde illud in evangelio proprie dictum observant critici scriptores, Matth. XV. 2. *Οὐ γὰρ νίπτονται τὰς χεῖρας αὐτῶν ὅταν ἄρτον ἐσθίωσιν.* Sed et lotio sinè aqua, qua lavantur manus ante cibum, dicta est a veteribus Graecis *κατὰ χειρός*. Athenaeus [n]) Deipnos. IX. 18. *Παρὰ γὰρ τοῖς παλαιοῖς τὸ μὲν πρὸ ἀρίστου καὶ δείπνου λέγεται κατὰ χειρός· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα, ἀπονίψασθαι.* Unde celebre illud responsum parasiti cuiusdam, qui cum interrogatus esset quaenam aqua optima, respondit: *τὸ κατὰ χειρός.*] Hinc poterit *τὸ χερνίβων* a Clytaemnestra dictum videri synecdochice pro *τῆς διαίτας*. Virg. Aen. I. 704. cibum capessendi modum describens:

—— stratoque sūper discumbitur ostro:
Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris
Expediunt. ——

[*Χέρνιψ* etiam dicitur aqua lustralis; quippe in limine seu vestibulo templi erat *περιῤῥαντήριον*, vas aquae plenum, qua ingredientes in templum se ipsos aspergebant, vel etiam a sacrificulis aspergebantur. Sed et ipsum instrumentum, quo fiebat aspersio, *περιῤῥαντήριον* dictum legimus, h. e. *aspergillum*; erat autem vel titio ardens ab ara sumptus, et in vas lustrale instinctus, vel etiam ramus arboris, laurûs puta vel olivae. Athenaeus [o]), X. 18. *Χέρνιψ*, inquit, *ἐστὶν ὕδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβάνοντες, ἐφ' οὗ τὴν θυσίαν ἐπετέλουν, καὶ τούτῳ περιῤῥαίνοντές τοὺς παρόντας ἥγνιζον.* In hanc rem decantatus est locus ille Euripidis Herc. Fur. v. 928.

Μέλλων δὲ δαλὸν χειρὶ δεξιᾷ φέρειν,
Εἰς χέρνιβ' ὡς βάψειεν Ἀλκμήνης γόνος.

Iuvenalis utriusque tum titionis tum rami eodem loco meminit, Sat. III. 15. [imo II, 157.]

—— cuperent lustrari, si qua darentur
Sulphura cum taedis, aut si foret humida laurus.

---

m) Poll. VI, 92. n) Athen. IX, p. 408. F. o) Ibid. 409. B.

(Quanquam quod innuit Iustinus Martyr, Apolog. 2. ethnicos sc. ritum hunc aqua se aspergendi in ingressu templorum, a Christianorum baptismo, daemonum instinctu didicisse, minus verisimile videatur, cuius longe antiquior fuerit baptismo iste gentilium ritus, *τοῦ ῥαντίζειν ἑαυτοὺς τοὺς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας*, ut loquitur Iustinus, nam et inter plures alios meminit eius Theophrastus p), qui Christum natum saeculis aliquot antecessit, in charactere *περὶ δεισιδαιμονίας*, tanquam ceremoniae apud Graecos in eorum sacris iam pridem receptae.) Hinc *χέρνιβες* in plurali dicuntur lotiones seu aspersiones sacrae, quae aquâ hac lustrali in templis fiebant. Unde qui propter homicidium vel eiusmodi crimen *εἴργοντο τῶν νομίμων*, a sacris et mysteriis et templis arcebantur; et *χερνίβων* etiam *εἴργεσθαι* dicuntur, apud Sophoclem q), Demosthenem, aliosque scriptores Atticos, qui scelere aliquo contaminati; cuius contrarium *κοινωνὸν εἶναι χερνίβων*, nempe in societatem et conversationem admitti.]

v. 1047. *ΚΤΗΣΙΟΥ ΒΩΜΟΥ ΠΕΛΑΣ.* [*Ἑρκίου*, an idem, cogita. Vide Guellium ad Aen. II. 512. *Aedibus in mediis*, etc.] Harpocration, *Κτησίου Διός*: *Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον, Κτήσιον Δία ἐν τοῖς ταμείοις ἵδρυντο. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ,*

Νῦν δ' εἰς γυναικωνῖτιν εἰσιόνθ' ὅταν
Ἴδω παράσιτον, τὸν δὲ Δία τὸν κτήσιον
Ἔχοντα τὸ ταμεῖον [ταμίειον] οὐ κεκλεισμένον,
Ἀλλ' εἰστρέχοντα πορνίδια. ——

Plura de Ctesio Iove vir incomparabilis in Athenaeum, XI. 6. *)

[v. 1048. *ΕΚΒΑΙΝ' ΑΠΗΝΗΣ ΤΗΣΔΕ.* Ita Andromache apud Euripidem, Troad. v. 567.

Ἔκβη, λεύσσεις τὴν Ἀνδρομάχην
Ξενικοῖς ἐπ' ὄχοις πορθμευομένην;]

v. 1050. (1041.) *ΠΡΑΘΕΝΤΑ.* Metaphorice videtur accipiendum; nec enim venditus est Hercules, sed oraculi iussu in servitutem addictus. Notior est fabula quam ut repetam. Apollodorus r), II. *Παραγενόμενος δὲ εἰς Δελφοὺς, πυνθάνεται τοῦ θεοῦ, ποῦ κατοικήσει. Ἡ δὲ Πυθία τότε πρῶτον Ἡρακλέα αὐτὸν προσηγόρευσε. Ὁ γὰρ [Τὸ δὲ] πρῶτον Ἀλκείδης προσηγορεύετο. Κατοικεῖν δὲ αὐτὸν εἶπεν ἐν Τίρυνθι, Εὐρυσθεῖ λατρεύοντα ἔτη δώδεκα.* [Simul etiam potuit ad alterum illud Herculis servitutem allusisse, quod et in proverbium transiit: *Ὀμφάλῃ Ἡρακλῆς λατρεύει, Hercules Omphale servit*; de quo vide sis Mich. Apostolium, XIV. 49.]

---

p) Theophr. p. 115. Fisch.
q) vid. Soph. Oed. reg. 260.
r) Apollod. II, 5, 12. p. 114. H.
*) p. 473. B. C.

Inde fortasse et *Barginus*. Lexicon Graeco Latinum, *Προσφώνησις βαρβαρική, appellatio Bargina.* Latino-Graecum, *Bargina, νεκροφόρος· βάρβαρος· προσφώνησις βαρβαρική.* Glossarium vetus, *Barginae, peregrinae.*

[Ibid. *ΦΡΑΖΕ ΧΕΡΙ.* Digitorum sc. notis, quibus taciti inter se loqui consueverunt. Cassiodor. Var. Ep. IV. 11. *His sunt addita orcistrarum loquacissimae manus, linguosi digiti, clamosum silentium, expositio tacita, quam musa Polymnia reperisse narratur.* Vide Erhard. in Petron. p. 770.]

v. 1071. *ΕΡΜΗΝΕΩΣ ΕΟΙΚΕΝ.* Cassandrae contumax silentium eleganter fit; quae ut vates noverat insidiosos esse Clytaemnestrae sermones, nec sicut Agamemnon decipi poterat.

v. 1075. *ΧΑΛΙΝΟΝ Δ' ΟΥΚ ΕΠΙΣΤΑΤΑΙ ΦΕΡΕΙΝ.* Ovid. Trist. V. 4.

> More nec indomiti fraena recusat equi.

Nonnus, Dionysiac. I. 310.

> Ὡς δ' ὅτε τις πλήξιππος ἀποπτυστῆρα χαλινοῦ
> Ξεῖνος, ἀνὴρ ἀδίδακτος, ἀπειθέα πῶλον ἰμάσσων.

[v. 1076. *ΑΙΜΑΤΗΡΟΝ ΕΞΑΦΡΙΖΕΣΘΑΙ ΜΕΝΟΣ.* Virg. Georg. III. 203.

> —— spumas agit ore cruentas.]

[v. 1077. *ΟΥ ΜΗΝ ΠΛΕΩ ΡΙΨΑΣ.* Sc. ῥήματα.]

v. 1079. *ΙΣΘ', Ω ΤΑΛΑΙΝΑ.* Vel ἴσθι pro verbo substantivo, quasi dicat *sis deserens*; vel, quod magis probo, legendum cum Cantero ἴθ', ὦ τάλαινα.

v. 1080. (1071.) *ΕΚΟΥΣ' ΑΝΑΓΚΗ.* Legimus cum Robortello εἰκοῦσ' ἀνάγκῃ. [Pro τῇδε Aur. τόνδε.]

v. 1081. *ΟΤΟΤΟΤΟΤΟΙ ΠΟΠΟΙ ΔΑ.* Admirabilis sane est haec pars fabulae, non solum quod ad *πάθος* spectat, sicut monuit argumenti auctor, sed et quoad τὸ τεχνικόν. Vociferatur primo Cassandra, et furiose exclamat; quod numini statim afflatis maxime proprium. Lucanus, de quadam enthusiasmum simulante, V. 148.

> ——, sub pectore ficta quieto
> Verba refert, nullo confusae murmure voces
> Instinctam sacro mentem testata furore.

Et postea, v. 162.

> —— non rupta trementi
> Verba sono, nec vox antri complere capacis
> Sufficiens spatium. ——

Lycophron, cui in poemate illo *σκοτεινῷ* condendo ansam videtur dedisse Aeschylus noster, v. 6.

> Ἀλλ' ἄσπετον χέασα παμμιγῆ βοὴν
> Λαφυγμάγως φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα.

Ibid. *ΑΠΟΛΛΩΝ ΕΜΟΣ.* Macrobius Saturnal. I. 17. *Alii cognominatum Apollinem putant ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα. Exanimat enim et perimit animantes, cum pestem intemperie caloris immittit. Ut Euripides* y) *in Phaetonte:*

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὡς μ' ἀπώλεσας;
Ὅθεν σ' Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήσει βροτός.

Item Archilochus z)*:*

Ἄναξ Ἄπολλον καὶ σὺ, τοὺς μὲν αἰτίους
Πήμαινε, καὶ σφὰς ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις.

Denique iniustos morbo Ἀπολλωνοβλήτους καὶ Ἡλιοβλήτους appellant. Hactenus Macrobius. [Erat etiam *Apollo tortor* Romae cultus.]

v. 1093. *ΠΑΡΕΝ.* Forsan debuit scribi *παρόν.*

v. 1100. (1091.) *Κ' ΑΡΤΑΝΑΙ.* Forte *κ' ἀρτάνας.*

[v. 1101. *ΣΦΑΓΙΟΝ.* Malim *σφαγεῖον.* Etymolog. a) *Σφαγεῖον, τὸ ἀγγεῖον εἰς ὃ τὸ αἷμα τῶν σφαζομένων ἱερείων δέχονται.*]

Ibid. *ΠΕΔΟΝ ΠΑΝΤΗΡΙΟΝ.* Thyestes apud Senecam, Agamemnonis caedem itidem praesagiens, Agam. v. 44.

Iamiam natabit sanguine alterno domus;
Enses, secures, tela, divisum gravi
Ictu bipennis regium video caput:
Iam scelera prope sunt; iam dolus, caedes, cruor.

Enimvero ipse Agamemnon, internecionem suam Ulyssi exponens, Odyss. *Λ'*. 419. inquit

—— δάπεδον δ' ἅπαν αἵματι θῦεν.

v. 1102. *ΕΥΡΙΝ ΚΥΝΟΣ ΔΙΚΗΝ.* Xenophonti b) *εὐρεῖς κύνες* dicti qui sagacitate pollent. Ipsa Cassandra eadem utitur tralatione, de se verba faciens, v. 1193.

—— ἴχνος κακῶν
Ῥινηλατούσης. ——

[Eumen. v. 246.

Τετραυματισμένον γὰρ ὡς κύων νεβρὸν,
Πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκμαστεύομεν.

Soph. Aiac. v. 2.

Πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον.]

[Ibid. *ΕΥΡΙΝ.* An *εὖριν* vel *εὔριν* cogita. Iul. Pollux c), Onomast. II. 4. *Λέγοις δ' ἂν ἀπὸ ῥινὸς, εὔρινος, ἄρινος.* Idem c), II. 16. *Ἀπὸ δὲ ῥινὸς ὀνόματα, εὔρινες κύνες, καὶ ἄρινες.*]

---

y) Eurip. fragm. p. 265. Matth.
z) Archil. p. 65. Lieb.
a) Etym. M. p. 737, 41.
b) Xenoph. de Venat. IV, 6.
c) Poll. II, 74.
d) Ibid. §. 80.

ἐλούοντο. Agamemnon itaque a bello Troiano reversus in balneo occiditur; quod etiam apud Lycophronem, Aeschyli imitatorem studiosum, praedicit Cassandra nostra, v. 1099.

Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα τὰς δυσεξόδους
Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου.

Porro Homerus trucidatum refert Odyss. Λ'. 418.

— ἀμφὶ κρητῆρα τραπέζας τε πληθούσας.

Et Iuvenalis, Sat. VIII. 217.

— media inter pocula —.

Astipulatur Dio Chrysostomus, in Orat. περὶ ἀπιστίας [p. 641. D.]: Τήνδ' ἑαυτοῦ τράπεζαν παραθέμενος, ὑπὸ τῆς ἰδίας γυναικὸς οὕτως ὠμῶς ἀνῃρέθη.

[v. 1119. ΤΑΓΟΣ ΓΑΡ. f. δ' ἄρ.]

Ibid. ΠΡΟΤΕΙΝΕΙ ΔΕ ΧΕΙΡ. Pro προτείνεται. Vel potius lege χεῖρ', *extendit* (Clytaemnestra) *manum*. Addit ἐκ χειρὸς ὀρεγομένα, ut et ipsa postea de facinore gestiens, v. 1393.

Παίω δέ νιν δίς· κἀν δυοῖν οἰμώγμασιν
Μεθῆκεν αὐτοῦ κῶλα· καὶ πεπτωκότι
Τρίτην ἐπενδίδωμι ———

[Ibid. ΧΕΙΡ ΕΚ ΧΕΙΡΟΣ. Sc. χεὶρ Clytaemnestrae ἐκ χειρὸς Aegisthei.]

[v. 1122. (1113.) ΕΠΑΡΓΕΜΟΙΣΙ. Prom. Vinct. v. 496.

— πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.

Vide sis quae ibi annotata.]

v. 1124. ΔΙΚΤΥΟΝ ΤΙ Γ' ΑΙΔΟΥ. Infra, v. 1391, de eadem veste:

Ἄπειρον ἀμφίβληστρον, ὥσπερ ἰχθύων,
Περιστιχίζω, πλοῦτον εἵματος κακόν.

Et in Choeph. v. 490.

Μέμνησο δ' ἀμφίβληστρον ᾧ σ' ἐκαίνισαν.

Lycophron, nostrum secutus, v. 1374.

— τοῦ πεφασμένου κέλωρ
Ἐν ἀμφιβλήστροις ἕλλοπος μύνδου δίκην.

[v. 1125. ΑΡΚΥΣ. Hesych. Ἄρκυς· δίκτυον.]

[v. 1126. ΣΤΑΣΙΣ. *Coetus*. Scholiastes: Ἡ στάσις, φησὶν, ἐπολολύξαι μέλει, l. μέλλει, ἐπὶ τῇ λεωργῷ Κλυταιμνήστρᾳ· ἡνίκα ἀπόληται. Vel στάσις pro ἔρις.]

[v. 1127. ΚΑΤΩΛΟΛΥΞΑΤΟ. Sequiori sensu, ut et Choeph. v. 942.

Ἐπολολύξατο δισπουδῶν δόμων.

[v. 1129. ΕΠΟΡΘΙΑΖΕΙΝ. Vide quae supra ad v. 29.]

v. 1144. *ΦΟΒΟΝ ΦΕΡΟΥΣΙ ΜΑΘΕΙΝ.* Silius Italicus m): Pessimus in dubiis augur timor. ——

[Schol. *Παρὰ τὸ λεγόμενον, Οὐδεὶς εὐτυχὴς πρὸς μάντιν ἀπέρχεται.* Plenus est versus

Πρὸς μάντιν οὐδεὶς εὐτυχὴς ἀπέρχεται.]

[v. 1147. *ΠΟΙ ΔΗ ΜΕ ΔΕΥΡΟ.* Quasi Agamemnonem alloquens haec ait.]

v. 1151. *ΝΟΜΟΝ ΑΝΟΜΟΝ.* Simili antiphrasi Horatius, Epist. I. 12. n) *discordem concordiam* dixit; et Manilius, I. 142. *discordia concors:* sed alio sensu.

[Ibid. *ΞΟΥΘΑ.* Hesych. *Ξουθόν.* — *ἁπαλόν.*]

v. 1152. (1143.) *ΑΚΟΡΕΣΤΟΣ ΒΟΑΣ.* Sic Sophocles o), *οὔτις χόρος, nullus finis.*

v. 1153. *ΙΤΥΝ, ΙΤΥΝ.* Sophocles Electra, v. 147.

Ἆ Ἶτυν αἰὲν Ἶτυν γ' ὀλοφύρεται
Ὄρνις ἀτυζομένη Διὸς ἄγγελος.

Seneca in Agamemnone, v. 666.

Non quae verno nobile carmen
Ramo cantat querula Edonis,
Ityn in varios modulata sonos.

v. 1154. *ΑΗΔΩΝ.* Poetis hac comparatione nihil usitatius. Sophocles, Electra, v. 106.

—— *τεχνολέτειρ' ὥς τις ἀηδὼν,*
Ἐπὶ κωκυτῷ τῶνδε πατρῴων
Πρὸ θυρῶν ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν.

Callimachus, Hymn. V. 94.

Μάτηρ μὲν γοερῶν οἶτον ἀηδονίδων
Ἄγε, βαρὺ κλαίουσα. ——

Parthenius p) in Eroticis:

Ἡ δ' ὅτε δὴ ὀλοοῖο κασιγνήτου νόον ἔγνω
Κλαῖεν ἀηδονίδων θαμινώτερον, αἴτ' ἐνὶ βήσσῃ
Σιδονίῳ κούρῳ περιμύριον αἰάζουσιν.

Sic enim restitui debet, ubi vulgo *ὠνίδων* legitur. Virg. Georg. IV. 511.

Qualis populea moerens Philomela sub umbra
Amissos queritur foetus. ——

v. 1155. *ΑΗΔΟΝΟΣ ΜΟΡΟΝ.* Subintellige: *mihi tribuis parum recte.*

[v. 1157. *ΑΙΩΝΑ.* Minus recte alii codd. *ἀγῶνα.*]

---

m) imo Pap. Statius, Theb. III, 6.
n) v. 19.
o) Soph. Oed. Col. 1230.
p) Parthen. XI. p. 13. Pors.

Enimvero Aeschylus respicit antiquum morem, quo novae nuptae caput involutum erat flammeo, boni ominis causa, ut *perpetuo*, inquit Festus r), *cum viro maneret*. Tertio die sine velamine prodeunti sponsae dabantur munera, quae inde ἀναχαλυπτήρια dicta sunt. Harpocration, Ἀναχαλυπτήρια· δῶρα διδόμενα ταῖς νύμφαις, παρά τε τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῶν οἰκείων καὶ φίλων, ὅταν τὸ πρῶτον ἀναχαλύπτωνται ὥστε ὁραθῆναι τοῖς ἀνδράσι.

Ibid. *ΙΚΝΟΣ ΚΑΚΩΝ ΡΙΝΗΛΑΤΟΥΣΗΣ*. Lege ῥιπηλατούσῃ.

[v. 1189. *ΛΑΜΠΡΟΣ*. Aur. *Λαμπροῦ*.]

[v. 1191. *ΚΑΥΕΙΝ ΠΡΟΣ ΑΥΓΑΣ*. f. *κλύζειν πρὸς ἀκτάς*. Hor. Epist. II. 2. 176.

—— velut unda supervenit undam.

Sic et legit Auratus.]

[v. 1193. *ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΕΙΤΕ ΣΥΝΔΡΟΜΩΣ*. f. *μαρτυρεῖται συνδρομῶν*, sed nihil exigit. Huc referendum quod postea ait, v. 1205.

Ἐκμαρτύρησον προὐμόσας τό μ' εἰδέναι.]

[v. 1195. *ΧΟΡΟΣ*. *Ἐριννύων*.]

v. 1198. *ΒΡΟΤΕΙΟΝ ΑΙΜΑ ΚΩΜΟΣ ΕΝ ΔΟΜΟΙΣ ΜΕΝΕΙ*. Comum intellige, Deum commessationum praesidem. Atreus Thyestae convivanti liberos partim assos, partim elixos, ignoranti epulandos proposuit. Agamemnon occisus est convivium initurus; quod Seneca, Agam. v. 871. sub personā itidem Cassandrae, eleganter describit in hunc modum:

Spectamus; epulae regia instructae domo,
Quales fuerunt ultimae Phrygibus dapes,
Celebrantur: ostro lectus Iliaco nitet,
Merumque in auro veteris Assaraci trahunt:
Et ipse picta veste sublimis iacet,
Priami superbas corpore exuvias gerens.
Detrahere cultus uxor hostiles iubet,
Induere potius coniugis fidae manu
Textos amictus. Horreo atque animo tremo.
Regemne perimet exsul, et adulter virum?
Venere fata, sanguinem extremae dapes
Domini videbunt, et cruor Baccho incidet.

[v. 1199. *ΔΥΣΠΕΜΠΤΟΣ ΕΞΩ*. Quia non deserit Thyesteam domum. Sed vide quae ad Eumen. v. 484.]

[v. 1203. *ΤΟΞΟΤΗΣ ΤΙΣ ΩΣ*. Supra, v. 637.

Ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοπεῖ.]

---

r) Fest. p. 149. Dac.

lectio. Alibi, Ἐφημίαι, ἀγροί· καὶ βελτίονα φήμης, et Ἐφήμως· εὐφήμως.

[v. 1230. ΕΠΟΙΚΤΙΣΤΟΝ ΓΕΜΟΣ. Includenda parenthesi; vide etiam an non legendum ἀπώτιστον νέμος.]

[v. 1238. ΚΤΕΙΝΑΣΑ. Sunt qui τείνασα malint.]

[v. 1242. ΑΜΦΙΣΒΑΙΝΑΝ. Hesych. Ἀμφίσβαινα· εἶδος ὄφεως μακροκέφαλον, ἰσόπηχυ, τὴν οὐρὰν κολυβὴν ἔχων, καὶ ταύτῃ πολλάκις τὴν πορείαν ποιούμενον, ὥστε τινας ἀμφισβητεῖν μὴ δύο κεφαλὰς ἔχειν.]

[v. 1248. ΟΜΟΙΟΝ. f. Ὁμοίως.]

v. 1249. ΤΟ ΜΕΛΛΟΝ ΗΞΕΙ. Sophocles, Philoct. v. 1248. Ἔστω τὸ μέλλον. Virg. Aen. III. 395.

Fata viam invenient. ——

[Imitatus videtur Lycophron, v. 1458.

Θήσει δ' ἀληθῆ· σὺν κακῷ δέ τις μαθὼν,
Ὅτ' οὐδέν ἐστι μῆχος ὠφελεῖν πάτραν,
Τὴν φοιβόληπτον αἰνέσει χελιδόνα.

Virg. Aen. I. 246.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei iussu non usquam credita Teucris.

Ad quem locum vide sis Germanum Valentem Guellium.]

[Ibid. ΚΑΙ ΣΥ ΜΗΝ ΤΑΧΕΙ. Lege καὶ σύ μ' ἐν τάχει.]

[v. 1250. ΑΓΑΝ Γ' ΑΛΗΘΟΜΑΝΤΙΝ. Sic Sept. Theb. v. 716.

Ἄγαν δ' ἀληθεῖς ἐνυπνίων φαντασμάτων
Ὄψεις. ———

Virg. Aen. VI. 188.

——— quando omnia vere
Heu nimium de te vates, Misene, locuta est.]

[v. 1251. ΘΥΕΣΤΟΥ ΔΑΙΤΑ. Cui Atreus frater epulandos sui ipsius liberos apposuit; unde Θυέστου τράπεζα vel δεῖπνον proverbialiter de cruentis epulis. Martial. IV. 49.

—— Qui scribit prandia saevi
Tereos, aut coenam crude Thyeste tuam.

Idem, III. 45.

Fugerit an Phoebus mensas coenamque Thyestae
Ignoro; fugimus nos, Ligurine, tuam.

Athenagoras[t]) de mortuorum resurrectione, τὰ τραγικὰ δεῖπνα Θυέστου vocat. Euseb.[u]) Eccles. V. in Epistola Gallicanorum Christianorum, quae est de martyribus in Gallia necatis: καὶ

---

t) Athenag. legat. p. 4.

u) Euseb. Hist. eccl. V, 1, 7. p. 300. ed. Zimmerm.

Ibid. *ΑΠΟΛΛΩΝ ΕΜΙΟΣ.* Macrobius Saturnal. I. 17. *Alii cognominatum Apollinem putant ὡς ἀπολλύντα τὰ ζῶα. Exanimat enim et perimit animantes, cum pestem intemperie caloris immittit. Ut Euripides* [y]) *in Phaetonte:*

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἦλι', ὥς μ' ἀπώλεσας;
Ὅθεν σ' Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλήσει βροτός.

Item Archilochus [z]*):*

Ἄναξ Ἄπολλον, καὶ σὺ, τοὺς μὲν αἰτίους
Πήμαινε, καὶ σφὰς ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις.

v. 696. *ΚΑΡΠΟΤΕΛΕΙ.* Lego *καρποτελεῖν.* [Sunt qui *καρποτελῆ.* Huc trahendum existimat V. Cl. Germanus Valens Guellius, Virgilianum illud Georg. IV. 142.

Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.]

[v. 703. *ΜΟΥΣΑι ΘΕΑΙ Τ' ΑΟΙΔΟΙ.* f. *Μοῖσαί τε θεοί τ'.*]

v. 709. *ΕΥΞΥΜΒΟΛΟΥΣ — ΔΙΚΑΣ.* Atticam consuetudinem respicit. Athenienses enim civibus secundum patrias leges, peregrinis secundum pacta et foedera ius dabant: inter peregrinum ergo et Atheniensem lites dictae sunt *δίκαι ἀπὸ συμβόλων.* Hinc illa Antiphontis s) de caede Herodis intelligenda, *καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων ὑμῖν δικαζομένους*, quae perperam cepit Miniatus interpres. Pollux t), VIII. 9. de Thesmothetis agens, *καὶ τὰ σύμβολα τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι, καὶ δικαστὰς ἀπὸ συμβόλων εἰσάγουσι.* Lege *καὶ δίκας τὰς ἀπό.* Quid *σύμβολα* significet docet Harpocration, *Σύμβολα*, inquit, *τὰς συνθήκας ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια.*

v. 712. *ΘΕΟΥΣ — ΤΙΟΙΕΝ ΕΓΧΩΡΙΟΥΣ.* Legem a Triptolemo latam, a Dracone restitutam respicit, hanc ni-

---

s) Antiph. p. 745 Rsk. §. 78. Bekk.
t) Poll. VIII, 88.

mirum [u]), *Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις χύριος τὸν ἅπαντα χρόνον θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους.* Caeremoniarum et rituum patriorum observantissimos fuisse Athenienses tradit Isocrates [x]) in Areopagitica; *ἐκεῖνο μόνον ἐτήρουν, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύσωσι, μήτ' ἔξω τῶν νομιζομένων προσθήσωσιν·* alienigenas tamen deos, etiam omnium pene gentium, adscitos fuisse constat ex Aristophanis [y]) versu hoc,

Αἴγυπτον αὐτῶν τὴν πόλιν πεποιήκασ[ιν] ἀντ' Ἀθηνῶν.

Ad quem alludit Cicero de Legibus, II. 15. *Novos vero Deos sic Aristophanes facetissimus poeta veteris comoediae vexat, ut apud eum Sabazius et quidam alii dii peregrini iudicati e civitate eiiciantur.* Insignis est locus apud Lysiam [z]) orat. contra Nicomachum, c. 3. *οἱ τοίνυν πρόγονοι τὰ ἐκ τῶν χύρβεων θύοντες μεγίστην καὶ εὐδαιμονεστάτην τῶν Ἑλληνίδων τὴν πόλιν παρέδοσαν·* et paulo post [a]), *ὅστις ἀξιῶ πρῶτον μὲν τὰ πάτρια θύειν, ἔπειτα ἃ μᾶλλον συμφέρει τῇ πόλει, ἔτι δὲ ἃ ὁ δῆμος ἐψηφίσατο.* Quibus in verbis sacrificia decreto populi inducta a patriis distinguit. Observa quoque peregrina haec sacrificia decreto populi inducta non curiae Areopagiticae, quod voluit Petitus [b]). Nec favet illi locus Harpocrationis quem citat, in *Ἐπιθέτους: Ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπίθετά τινα, ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν.* Nam *ἐπίθετα δικάζειν* est de rebus peregrinis iudicare. Notandum etiam *τὰ ἐκ τῶν χύρβεων*, idem valere ac *τὰ πάτρια ἱερά*. Ut cum Lysias, oratione modo laudata, *τὰ ἐκ τῶν χύρβεων μόνον ἔθυον.*

v. 715. *ΤΟ ΓΑΡ ΤΕΚΟΝΤΩΝ ΣΕΒΑΣ ΤΡΙΤΟΝ ΤΟΔ'.* *Τρίτον* non ordine tertium, sed ex tribus unum. Porphyrius [c]) de Abstinent. IV. *Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι· Τοὺς δὲ γονεῖς [Ἐλευσῖνι τούσδε. Γονεῖς] τιμᾶν, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, Ζῶα μὴ σίνεσθαι.* Postrema verba miror a Petito [d]), ad leges Atticas transferri, *carnibus non vescendum*, cum paulo post Xenocrates tam clare explicet, *προσέταξεν τοῖς καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν ταύτην εἰ μὴ γίγνοιντο τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι.*

[v. 718. *ΕΥΧΑΣ ΜΕΝ ΑΙΝΩ.* Viderat Danaus a loco in quem deductus fuerat, instare classem Aegyptiorum.]

---

u) Petit. Legg. Att. p. 69. Wess.
x) Isocr. Areopag. p. 145. St. §. 30. Bekk.
y) Aristoph. *ἐν Ὥραις* ap. Athen. IX. p. 372. d.
z) Lys. p. 854 Rsk. §. 18. Bekk. *a*) Lys. l. l. §. 19. Bkk.
b) Petit. Legg. Att. l. c.
c) Porph. lib. IV. p. 378. Roehr. *d*) Petit. Legg. Att. p. 68. Wess.

pocration[2]) asserat hoc ipso loco a Demosthene manifeste doceri, *δσια τὰ δημόσια* significare. Et Hesychius quidem, sed obscure, hoc ipsum voluit: *Ὁσίους θαλάμους· τοὺς μὴ θείους, ἀλλ' ἀνθρωπείους· ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς ἕσεως τὸ ἐφιέμενον καὶ μὴ ἀπηγορευμένον, ὡς καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους.* At in oratione contra Timocratem nec thalamorum ulla mentio, nec ad etymologiam illam vel minima allusio. Neque id voluit grammaticorum doctissimus, sed innuit tantum eam orationem quasi fundum lexicographis esse, quo probent quid *δσιον* sit, et quomodo a sacro distinguatur. Apud Aristophanem quidem, in Lysistrate, v. 742. mulier quaedam ab arce descendere cupiens, inquit,

Ὦ πότνι' Εἰλείθυι' ἐπίσχες τοῦ τόκου,
Ἕως ἂν εἰς δσιον μόλω 'γὼ χωρίον.

At vero locum sacrum non quaesivit, erat enim in ipsa *ἀκροπόλει*, inter aedes sacras, sed domum redire cupiebat, et ad locum puerperio convenientem venire velle se simulabat: adeo ut Suidas, ex aliquo sine dubio veteri Aristophanis Scholiaste, iam deperdito, *δσιον χωρίον, βέλτιον καὶ μὴ ἱερὸν* interpretetur. Sunt igitur in veterum oratorum libris *δσια* et *ἱερὰ* accurate distincta; haec quidem deorum, illa reipublicae.

v. 520. *ΑΛΛ' ΕΙ.* Lego *Ἀλλ' ἤ.* [Vel *ἀλλὰ. Immo, infestioribus quam sunt dracones.*]

v. 528. *ΤΟΙΑ.* Lego *οἷα.* [Quin vix admitteret Aeschylus tantum hiatum. Canteri *ποῖα*, citra interrogationem dubito an satis Graecum sit: usitatius forte

... πατέρ' ὁποῖα χρή λέγειν.]

[v. 536. *ΠΕΙΘΟΥ.* l. *πίθου.*]

v. 537. *ΑΛΕΥΣΟΝ.* Scholiastes *καταπόντωσον*, ab *ἅλς ἁλὸς mare:* malim tamen *ἄλευσον*, *averte.* Ita locutus est in Prometheo, v. 670.

Εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς ἄλευ', οἳ δᾶ.

Et Sept. Theb. v. 87.

Ὀρόμενον κακὸν ἀλεύσατε.

[Ibid. *ΕΥ ΣΤΥΓΗΣΑΣ.* Ad Virgilianum illud Aen. VIII. 493.

Ergo omnis furiis surrexit Hetruria iustis.

V. Cl. Germanus Valens Guellius; „Huic," inquit, „respondet sequens versus

... quos iustus in hostem
Fert dolor.

---

2) Harpocr. v. *ὅσιον.*

Hunc autem *iustum dolorem*, et saepe usurpant iuris consulti, et Aristot. Rhetoric.[a]) II. 9. *νέμεσιν* vocat, quam inter *φθόνον* et *ἐπιχαιρεκακίαν* locat mediam: Horatius *iustam indignationem*: unde et *ἀξιομίσητοι* apud Plutarch. de invid. et odio p. 537. *Μισοῦνται δὲ πολλοὶ δικαίως, ὡς οὓς ἀξιομισήτους καλοῦμεν.* Sic et *εὖ στυγεῖν*, iuste odisse, apud Aeschyl. in Supplic." Haec ille.]

[v. 538. *ΛΙΜΝΑι ΠΟΡΦΥΡΟΕΙΔΕΙ.* Euripides Hippol. v. 744.

Ὁ ποντομέδων πορφυρέας λίμνης.]

v. 539. *ΜΕΛΑΝΟΖΥΓΑΤΑΝ.* Malim *μελανόζυγα νᾶν*, ut transtuli: Aegyptii enim remiges nigri fuerunt, ut infra tradit, v. 727.

Πρέπουσι δ' ἄνδρες νηΐοι μελαγχίμοις
Γυίοισι λευκῶν ἐκ πεπλωμάτων ἰδεῖν.

Vel *μελανόζυγ' ὅταν.* [Vel f. *μελανοζυγάτιν. Nigra transtra habentem.* Hesych: *μέλαιναι νῆες· αἱ βαθεῖαι καὶ πισσόχριστοι.* Lycophroni in Cassandra v. 24. naves dicuntur *πελαργοχρῶτες*, quod instar ciconiarum partim albae sunt ratione velorum, partem nigrae, si naves ipsas consideres.]

v. 542. *ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΝΕΩΣΟΝ.* Lego, sublato puncto, *γυναικὸς νέωσον.* [*Αἶνον γυναικὸς προγόνου.*]

v. 545. *ΔΙΑΣ ΤΟΙ ΓΕΝΟΣ.* Forte *Διὸς*,, hoc sensu: *Gloriamur nos Iove prognatas, ex hac terra oriundas:* ut in *γᾶς ἀπὸ τᾶσδ' ἔνοικοι* sit tmesis, pro *γᾶς τᾶσδε ἄποικοι.*

v. 554. *ΓΑΙΑΝ —— ΟΡΙΖΕΙ.* Id est, pertransiens Bosporum ad terram oppositam, Asiam pervenit, *διχῇ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει γαῖαν ἀντίπορον.* Igitur *ὁρίζειν γαῖαν*, *ad terram accedere*; *ἐξορίζειν γαῖαν*, *terram deserere.* Euripides Heraclidis, v. 16.

Ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.
Aliam ex alia deserentes urbem.

Διορίζειν a loco in locum movere. Idem Helena, v. 401.

Στράτευμα κώπῃ διορίσας Τροίαν ἔπι.
Exercitum remis traducens ad Troiam.

v. 556. *ΙΑΠΤΕΙ.* De celeri gradu. Unde *ἰάπτειν ὄρχησιν* Graeci.

v. 559. *ΛΥΔΙΑ ΤΕ ΓΥΑΛΑ.* Planam fuisse Lydiam innuit adagium, *Λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖν.* Vide Scaligeri Coniectanea ad Varronem de Ling. Lat. p. 17.

[v. 566. *ΕΙΣΙΚΝΟΥΜΕΝΗ.* f. *εἰσοιχνουμένη* vel *διοιχνουμένη. Agitata.*]

v. 568. *ΛΕΙΜΩΝΑ ΧΙΟΝΟΒΟΣΚΟΝ.* Celebris fuit antiquorum opinio Nilum augeri ab eliquatis nivibus in monti-

---

a) Aristot. Rhet. II. 9. p. 109. 110. R.

bus Aethiopiae: cuius fit mentio apud Herodotum II. 22. Diodorum Siculum I. 88., Aristidem [b]) in Aegyptiaca, et plures alios. Anaxagoram huius sententiae auctorem laudat Aetius libro *Περὶ φιλοσόφων ἱστορίας*· astipulatur discipulus eius in Helena, v. 1.

Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαὶ,
Ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον
Λευκῆς ταχείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

Lucretius, VI. 735.

Forsitan Aethiopum penitus de montibus altis
Crescit, ubi in campos altas descendere ningues
Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.

Statius, Thebaid. IV. 705.

Sic ubi se magnis refluus suppressit in antris
Nilus, et Eoae liquentia pabula brumae
Ore premit ——

[Verum de Nili incremento, Herodotus [c]), obscurius paulo quam erat aequum philosophatur; sensus vero, quantum coniectura assequor, hic est: Nilum natura sua tantum esse quantus aestate est, quum pleno flumine labitur, casu vero et vi quadam externa, hyberno tempore minui, (*τὸν δὲ χαμῶσα μούνος πίζεται, solus fluminum subsidit*, non *solus attrahitur*, ut interpretatur Valla.) Solem enim sub brumae sidere australem Libyae plagam prementem Nili fontibus imminere, illosque ardore suo multum absumere, atque hinc factum esse ut amnis subsidet; aestate vero, sole boreales partes mundi repetente, Nili fontes a radiis solaribus immunes, totum flumen sine ullo detrimento emittere. Si qua ergo Herodoteae philosophiae fides, Nilus non aestate crescit, sed hieme propter fontes suos solaribus radiis obnoxios, deficit.]

v. 569. *ΤΥΦΩΜΕΝΟΣ.* Quid velit per Typhonem ipse explicat, sc. Nili fluvium. Caeterum alii Osiride intelligi Nilum putant; Typhone, mare in quod incidens Nilus perit. Plut. de Isid. et Osir. p. 363. [D.] *Οὕτω παρ' Αἰγυπτίοις Νεῖλον εἶναι τὸν Ὄσιριν Ἴσιδι συνόντα, τῇ γῇ· Τυφῶνα δὲ τὴν θάλατταν, εἰς ἣν ὁ Νεῖλος ἐμπίπτων ἀφανίζεται καὶ διαδύεται.*]

v. 570. *ΝΟΣΟΙΣ ΑΘΙΚΤΟΝ.* Laus Nili a salubritate. De cuius foecunditate supra diximus ex Aristotele. Referunt ibidem Theophrastus, Seneca [d]) et Plinius [e]), mulieres aqua Niliaca adeo foecundas reddi, ut uno partu foetus plures edi-

---

b) Aristid. init. or.
c) Herod. II, 22.
d) Senec. Nat. Quaest. IV, 2.
e) Plin. N. H. V, 9.

tantur. Idem de vaccis Aegyptiis narrat Aelianus de Animal III. 33. subdens, *λέγεται δὲ αἴτιος ὁ Νεῖλος εἶναι, εὐτεκνότατον παρέχων ὕδωρ.* Accedit etiam ad salubritatem eius demonstrandam, quod eos qui ex ipso biberant pingues redderet. Plutarchus de Iside et Osir. p. 353. [A.] *Ἀλλὰ παίνειν δοκεῖ καὶ μάλιστα πολυσαρκίαν ποιεῖν τὸ Νειλῶον ὕδωρ.* Porro hodie in Aegyptia metropoli *Caira* ad primum incrementi Niliaci momentum subsidit pestilentia. Nemo tum moritur, licet pridie quingenti.

[v. 588. *ΛΑΒΟΥΣΑ Δ' ΕΡΜΑ ΔΙΟΝ.* Simili allusione dixit Iulia Augusti filia, *nunquam se tollere vectorem nisi plena navi.*]

[v. 591. *ΠΑΣΑ ΒΟΑι ΧΘΩΝ ΦΥΣΙΖΩΟΝ ΓΕΝΟΣ.* f. *χθὼν φυσίζωος, γένος, κ. τ. λ.*]

[v. 597. *ΚΥΡΗΣΑΙΣ. Τύχοις ἄν. Rem acu tetigeris.*]

[v. 598. *ΤΙΝ' ΑΝ ΘΕΩΝ.* f. *τίν' οὖν θεῶν.*]

[v. 600. *ΑΥΤΟΧΕΙΡ ΑΝΑΞ.* Ad historiam Ius refertur hoc a Scholiaste; quin si absolute accipiatur, omnino quadrabit cum Aristide, Orat. Isthm. f) Tom. I. p. 5. [Cant.] *Ἀλλ' ὅδε ἐστὶ πρῶτός τε καὶ πρεσβύτατος καὶ ἀρχηγέτης τῶν πάντων, αὐτὸς ἐξ αὑτοῦ γενόμενος*, et cum Callimacho diserte, Hymn. I. 66.

Οὔ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν.]

[v. 602. *ΟΥΡΙΟΣ ΖΕΥΣ.* Quasi ὅρμος quia omnia terminat, ὅπατος. Iupiter *οὔριος* quandoque significat Iovem imperatorem. Cicero Verrin IV. 57. *Quid? ex aede Iovis religiosissimum simulachrum imperatoris, quem Graeci οὔριον nominant, nonne abstulisti.* Sed de eo plura Lilius Gyraldus. Synt. Deor. II. Quandoque vero Iovem tempestatum moderatorem et venti secundi datorem. Nam Argonautae, teste Apollonio II. 584. cum Etesiarum flatu (qui navigantibus in Pontum contrarii existunt) apud Phineum detinerentur, vatis cuiusdam ara duodecim diis constituta, tum Neptuno tum maxime Iovi *οὐρίῳ* sacrificarunt, ut placaret Etesias, ventosque secundos daret, unde postea fanum Iovis *οὐρίου* appellarunt. Cuius fani meminit Arrianus in Periplo Ponti Euxini.]

[v. 605. *ΟΥ ΤΙΝΟΣ ΑΝΩΘΕΝ ΗΜΕΝΟΥ ΣΕΒΕΙ ΚΑΤΩ.* f. *οὔ τιν' ἄνωθεν ἥμενον σέβει κάτω. Non quemquam supreme sedentem ipse veneratur infra existens, κάτω ὤν, ipse inferior.*]

[v. 606. *ΠΑΡΕΣΤΙ Δ' ΕΡΓΟΝ ΩΣ ΕΠΟΣ.* Dictum factum. Egregius est Dionysii Longini locus περὶ ὕψους g)

---

f) imo Or. *εἰς Δία.*

g) Longin. IX, 9.

Sect. VII. *Ταύτῃ καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, ἐπειδὴ τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐγνώρισε, πέ-ξέφηνεν, εὐθὺς ἐν τῇ εἰσβολῇ γράψας τῶν νόμων· „Εἶπεν ὁ Θεὸς," φησὶ· τί; „Γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο· γενέσθω γῆ, καὶ ἐγένετο."*]

v. 607. *ΔΟΥΛΙΟΣ.* Malim οὔλιος. [*Γρ. βούλιος. Ad properandum aliquid eorum quae consulit mens fert.* Porro *Ζεὺς δούλιος*, servorum praeses, apud Scholiastem Aristophanis in Ranis [h]).]

[v. 613. *ΟΥ ΔΙΧΟΡΡΟΠΩΣ.* Agam. v. 824. *Οὐ διχορρόπως ψήφους ἔθεντο.*]

v. 615. *ΧΕΡΣΙ ΔΕΞΙΩΝΥΜΟΙΣ ΕΦΡΙΞΕΝ ΑΙΘΗΡ.* Virgilius Aeneid. XI. 601.

—— tum late ferreus hastis
Horret ager ——

Et XII. 663.

—— phalanges
Stant densae, strictisque seges mucronibus horret.

Similis elegantiae locus in Sept. Theb. v. 159.

Δορυτίναχτος δ' αἰθὴρ ἐπιμαίνεται.

[V. Cl. Ant. Muretus, Var. lect. X. 9. „Mirifice abiicit et extenuat Cicero in oratione pro Flacco, c. 6. vim et auctoritatem plebiscitorum sive psephismatum, quae fiebant in Graecia, quod in eis neque per capita, neque per tribus, neque per centurias exquirebantur sententiae, sed per praeconem edicebatur, ut qui ita sentirent et manus tollerent, atque ita clamore multitudinis et sublatione manuum de rebus gravissimis temere et inconsulte decernebatur. *Sic sunt*, ait summus orator, *expressa ista praeclara, quae recitantur, psephismata, non sententiis neque auctoritatibus declarata, non iureiurando constituta, sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatae.* Et paulo post, c. 7. *porrexerunt manus, psephisma natum est.* Atque eo respicientes apud Aristophanem *αἱ ἐκκλησιάζουσαι*, aiunt, videndum sibi esse, quomodo manus tollere debeant, ad confirmandum videlicet quod Praxagora proposuerit v. 889. [i])

Ἐκεῖνο δ' οὐ περφροντίκαμεν, ὅτῳ τρόπῳ
Τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε·
Εἰθισμέναι γάρ ἐσμεν αἴρειν τὰ σκέλη.

Etsi Victorius Var. Lection. XII. 23. alio id referendum putavit. Huius autem consuetudinis et apud Aeschylum in Supplicibus mentio est:

---

h) Schol. Arist. Ran. v. 769. i) imo v. 864.

Παυδημία ;ἀρ χερσὶ δεξιωνύμοις
Ἔφριξεν αἰθὴρ, τόνδε κραινόντων λόγον.

Et paulo post

Τοιαῦτ' ἀκούων χερσὶν Ἀργεῖος λεὼς
Ἔκραν'.

Ubi etiam Scholiastes formulam verborum posuit, quae in eiusmodi rebus praeconi usitata erat, *ἀράτω τὰς χεῖρας ὅτῳ ταῦτα δοκεῖ.* Meminit et alicubi Schol. Nicandri."]

[v. 616. *ΕΦΡΙΞΕΝ ΑΙΘΗΡ.* Ita dicimus *λήϊον φρίσσειν στάχυσι, θάλασσαν κύμασι, μάχην ἔγχεσι.* Significat proprie *φρίσσειν, πύκνωσίν τινα ἀρθωτικὴν κατὰ ἠσύχην κίνησιν* i. e. *densitatem quandam cum levi motu sese erigentem.*]

v. 618. *Κ' ΑΡΡΥΣΙΑΣΤΟΥΣ.* *Ῥυσιάζειν* est aliena in praedam rapere donec redimantur, opponiturque *τῷ* in propria manus iniicere peregrina in terra inventa. Cum enim Danaides a rege Argivorum petiissent, ne *ῥυσιάζεσθαι* permitteret, Aegyptius vero praeco statim manus in eas iniecisset abducturus, regi de iniuria sibi oblata querenti respondet praeco [k]), se quidem propria invenisse et occupasse:

—— τἀπολωλόθ' εὑρίσκων ἐγώ.

Clarius constabit ex Euripidis Ione: cum enim Xuthus Ionem, filium suum, si habenda fides fuisset Apollinis oraculo, aliena in terra, Delphis scilicet invenisset, sic eum allocutus est [l]),

Ἄφομαι· κοὐ ῥυσιάζω, τἀμὰ δ' εὑρίσκω φίλα.

et cum Creusa mater eum apprehendisset, exclamavit Ion [m]),

Τάδ' οὐχὶ δεινά; ῥυσιάζομαι λόγῳ.

Respondit vero Creusa,

Οὐκ, ἀλλὰ τοῖς [σοῖς] φίλοισιν εὑρίσκῃ φίλος.

Ῥύσιον est id quod in eum finem rapitur. Ideoque Danaus metuens ne filiae ab Aegyptiis occupatae abducerentur, sic eas affatur [n]),

Ἴσως γὰρ ἢ κήρυξ τις ἢ πρέσβυς μόλοι,
Ἄγειν θέλοντες ῥυσίων ἐφάπτορες.

Generaliter *pignus* quodcunque, ut apud Dionysium Halicarnas. Ant. Rom. VII. p. 418. l. 33. [Sylb.] *Ῥύσια κατασχεῖν αὐτὰ τὰ σώματα παρὰ τῆς ἀπεσταλκυίας πόλεως ἠξίουν*, *detinere pignora:* et Iosephum Bell. Iud. I. 11. *Ῥύσιον θεὶς τὸν σοῦ λυτρου-*

---

k) infr. v. 918.
l) Eur. Ion. v. 535.
m) ibid. v. 1421. sq.
n) infr. v. 727.

μένου παῖδα· et c. 14. *Πρῶτον μὲν γὰρ ῥύσιον κατὰ τῶν πολεμίων ἄγων, καὶ πολὺ συγχροτήσας ἱππικὸν, ἐπαφίησιν αὐτοῖς περὶ Διόσπολιν.* Quem locum ideo adduximus, quia mendo laborat, et ab interprete in editione Gelenii, sub Rufini nomine, male transfertur; in veteri tamen Latina editione recte habetur, *Nam primum pignoribus hostium captis, magnum quem conflaverat equitatum circa Diospolim in eos mittit.* Delendum ergo *κατά*· quod nec Suidas agnoscit, hunc locum citans in voce *ῥύσιον*, ubi et male legitur *αὐτοὺς* pro *αὐτοῖς*.

v. 622. *ΞΥΝ ΦΥΓΗι ΔΗΜΗΛΑΤΩι.* Stephanus *) agens de varia significatione vocis *δῆμος*, et aliarum ab ipsa deductarum, haec habet, *καὶ σύνθετα δημηλάτης, Αἰσχύλος Ἰκέτισιν* (ita scribendum),

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτου,

ὁ ἀπὸ τοῦ δήμου ἐλαθείς. Ubi pro *δημήλατον* scribendum vel *δημηλάτῳ*, vel potius ex mente Stephani *δημηλάτην*· videtur enim cum *ἄτιμον* potius coniungere quam cum *φυγῇ*. Potest et *δημήλατος* in Stephano pro *δημηλάτης* legi et *δημήλατον* posteriore in loco.

[v. 624. *ΙΚΕΣΙΟΥ ΔΙΟΣ.* Homer. Odyss. *N'*. 213.

Ζεὺς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος, ὅς τε καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται, ὅστις ἁμάρτῃ.

Iupiter ipsos ulciscatur, supplicum vindex, qui et alios Homines intuetur, et plectit, quicunque peccat.

Ubi V. Cl. D. I. Duportus. „*Ἱκετήσιος*, vocabulum ἅπαξ εἰρημένον, idem apud Homerum quod *Ἱκέσιος* apud *τοὺς μεθ' Ὅμηρον*, *supplicum praeses, tutor* s. *vindex.* Schol. *Ἱκετῶν ἐπόπτης.* Hesych: *Ἱκετήσιος· ὁ ἐπὶ τῶν ἱκετῶν Ζεύς. ἢ ὁ τοὺς οἰκέτας* (l. *ἱκέτας*) *ἐλέων.* Apollon. Rhod. Argon. III. 985.

Καὶ Διὸς, ὃς ξείνοις ἱκέτῃσί τε χεῖρ' ὑπερίσχει." Haec ille.]

v. 625. *ΠΡΟΦΡΩΝ ΩΝ.* Canterus *προφρόνων*, recte; quem vide.

[v. 626. *ΠΟΛΙΝ ΠΑΧΥΝΑΙ.* Scal. *πόλιν πλατῦναι* vel *πολὺν πλατῦναι.* Aur. *πόλιν παλῦναι.* *Ne Iupiter in pulverem redigat.*]

v. 628. *ΑΜΗΧΑΝΟΝ.* Legimus *ἀμηχάνου.*

[v. 638. *ΝΥΝ ΟΤΕ.* f. *νῦν δ' ὅτε.* *Si vos dii.*]

[v. 640. *ΧΕΟΥΣΑΣ.* *Χέειν*, *loqui.*]

[v. 645. *ΑΡΟΤΟΙΣ.* Virg. Aen. IX. 435. de Euryalo moriente:

Purpureus veluti cum flos succisus aratro
Languescit moriens.

---

*) Steph. Byz. p. 234.

Euripides p) Hypsip. Fr. IV.

Ἀναγκαίως δ' ἔχει
Βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν.

Cicerone interprete Tusc. quaest. III. 25.

Tum vita omnibus
Metenda, ut fruges; sic iubet necessitas.

Horat. q) Epist. II. 2.

—— si metit Orcus
Grandia cum parvis.]

v. 646. *ΘΕΡΙΖΟΝΤΑ.* Sumpta a messoribus metaphora. Valerius Argonaut. III. 157.

Hic Alyn, hic rigido transcurrens demetit ense
Protinus insignem cithara cantuque fluenti
Dorcea ——

[v. 655. *ΠΡΑΚΤΟΡΑ.* *Exigentem poenas.* Agam. v. 112. *Ξὺν δορὶ δίκας πράκτορι.*]

[v. 656. *ΟΝ ΟΥΤΙΣ ΑΝ ΔΟΜΟΣ ΕΧΟΙ ΕΠ' ΟΡΟΦΩΝ.* f. *ὑπ' ὀρόφων sub tecto. Quem qui violarit non sub iisdem sit trabibus.*]

[v. 658. *ΜΙΑΙΝΟΝΤΑ.* f. *βαίνοντα.*]

[Ibid. *ΒΑΡΥΣ Δ' ΕΦΙΖΕΙ.* f. *βαρὺς γὰρ ἕφιζει.*]

v. 664. *ΥΠΟΣΚΙΩΝ ΕΚ ΣΤΟΜΑΤΩΝ.* Eo quod ori suo praetendebant olivae ramos. Ita supra v. 359.

Ὁρῶ κλάδοισι νεοδρόποις κατάσκιον
Νέον θ' ὅμιλον. ——

[v. 673. *ΒΡΟΤΟΛΟΙΓΟΣ ΑΡΗΣ.* Epitheton Homericum.]

[v. 675. *ΠΡΕΣΒΥΤΟΔΟΚΟΙ ΘΥΜΕΛΑΙ.* *Conventus publici.*]

[v. 677. *ΦΛΕΓΟΝΤΩΝ.* f. *λεγόντων.*]

v. 681. *ΠΟΛΙΩι.* Agnoscit Scholiastes; potest vero et *πόλεων* legi. [Virgilius etiam fidem *canam* vocat; Aen. I. 296. ubi *canum* Nonius r) exponit *veterem*, *antiquum*; qui praeterea ex Varronis Eumenidibus hanc profert sententiam: *Et ecce ab improviso ad nos accedit cana veritas, Atticae philosophiae alumna.* Quinetiam eadem ratione qua lex dicitur cana, dicitur et Themis, *εὐρέτρια θεσμῶν*, *longaeva.* Claudian.]

[v. 687. *ΑΝΔΡΟΚΜΗΣ ΛΟΙΓΟΣ.* Sic. Choeph. v. 363. *Δορικμήτι λαῷ.* et v. 889. *Ἀνδρόκμητα πέλεκυν.*]

---

p) Fr. 6. ap. Matth. p. 193. q) v. 178.
r) Non. n. 138. p. 532. Gothofr.

[v. 688. *ΑΧΟΡΟΣ ΚΙΘΑΡΙΣ.* f. *ἄχορον κίθαριν.*]

v. 691. *ΕΞΩ ΠΑΙΖΩΝ.* Omnino levi *τοῦ Α* in *Λ* permutatione veram hic restituimus lectionem, legendo scil. *ἐξοπλίζων.* Ita enim et infra loquitur, v. 710.

Πρὶν ἐξοπλίζειν Ἄρη.

Et huius tragoediae, v. 103.

—— *βίαν*
Δ' οὔτιν' ἐξοπλίζει.

Non absimilis est vetustus ille error apud Harpocrationem in *Χιλιωθέντα*, quem in lexicon suum transcripsit Suidas, quod explicat *χίλια σοφὰ ὄντα*, et Portus in Suida transfert *mille sapientia existentia.* Legendum eadem *τοῦ Α* in *Λ* permutatione *χιλίας ὄφλοντα*, *mille drachmis mulctatum.* [Error proclivis et non infrequens. Hesych: *Ἐψιλάσθων· παιζέτωσαν· ἀκολουθείτωσαν.* Lege *Ἐψιαάσθων*, est enim Scholion ad illud Homer. Odyss. *P'*. 530.

Οὗτοι δ' ἠὲ θύρῃσι καθήμενοι ἐψιαάσθων.]

[v. 694. *ΛΥΚΙΟΣ.* Lege *ΛΥΚΕΙΟΣ.* Soph. Electr. v. 7. Schol. *λέγεται δὲ ὁ Ἀπόλλων Λυκεῖος.*]

v. 696. *ΚΑΡΠΟΤΕΛΕΙ.* Lego *καρποτελεῖν.* [Sunt qui *καρποτελῆ.* Huc trahendum existimat V. Cl. Germanus Valens Guellius, Virgilianum illud Georg. IV. 142.

Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.]

[v. 703. *ΜΟΥΣΑι ΘΕΑΙ Τ' ΑΟΛΛΟΙ.* f. *Μοῖσαί τε θεοί τ'.*]

v. 709. *ΕΥΞΥΜΒΟΛΟΥΣ — ΔΙΚΑΣ.* Atticam consuetudinem respicit. Athenienses enim civibus secundum patrias leges, peregrinis secundum pacta et foedera ius dabant: inter peregrinum ergo et Atheniensem lites dictae sunt *δίκαι ἀπὸ συμβόλων.* Hinc illa Antiphontis [s]) de caede Herodis intelligenda, *καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων ὑμῖν δικαζομένους*, quae perperam cepit Miniatus interpres. Pollux [t]), VIII. 9. de Thesmothetis agens, *καὶ τὰ σύμβολα τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι, καὶ δικαστὰς ἀπὸ συμβόλων εἰσάγουσι.* Lege *καὶ δίκας τὰς ἀπό.* Quid *σύμβολα* significet docet Harpocration. *Σύμβολα*, inquit, *τὰς συνθήκας ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια.*

v. 712. *ΘΕΟΥΣ — ΤΙΟΙΕΝ ΕΓΧΩΡΙΟΥΣ.* Legem a Triptolemo latam, a Dracone restitutam respicit, hanc au-

---

s) Antiph. p. 745 Rsk. §. 78. Bekk.
t) Poll. VIII, 88.

mirum [u]), *Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον θεοὺς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίους.* Caeremoniarum et rituum patriorum observantissimos fuisse Athenienses tradit Isocrates [x]) in Areopagitica; *ἐκεῖνο μόνον ἐτήρουν, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύσωσι, μήτ' ἔξω τῶν νομιζομένων προσθήσωσιν·* alienigenas tamen deos, etiam omnium pene gentium, adscitos fuisse constat ex Aristophanis [y]) versu hoc,

Αἴγυπτον αὐτῶν τὴν πόλιν πεποιήκασ[ιν] ἀντ' Ἀθηνῶν.

Ad quem alludit Cicero de Legibus, II. 15. *Novos vero Deos sic Aristophanes facetissimus poeta veteris comoediae vexat, ut apud eum Sabazius et quidam alii dii peregrini iudicati e civitate eiiciantur.* Insignis est locus apud Lysiam [z]) orat. contra Nicomachum, c. 3. *οἱ τοίνυν πρόγονοι τὰ ἐκ τῶν κύρβεων θύοντες μεγίστην καὶ εὐδαιμονεστάτην τῶν Ἑλληνίδων τὴν πόλιν παρέδοσαν·* et paulo post [a]), *ὅστις ἀξιῶ πρῶτον μὲν τὰ πάτρια θύειν, ἔπειτα ἃ μᾶλλον συμφέρει τῇ πόλει, ἔτι δὲ ἃ ὁ δῆμος ἐψηφίσατο.* Quibus in verbis sacrificia decreto populi inducta a patriis distinguit. Observa quoque peregrina haec sacrificia decreto populi inducta non curiae Areopagiticae, quod voluit Petitus [b]). Nec favet illi locus Harpocrationis quem citat, in *Ἐπιθέτους: Ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπίθετά τινα, ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν.* Nam *ἐπίθετα δικάζειν* est de rebus peregrinis iudicare. Notandum etiam *τὰ ἐκ τῶν κύρβεων*, idem valere ac *τὰ πάτρια ἱερά*. Ut cum Lysias, oratione modo laudata, *τὰ ἐκ τῶν κύρβεων μόνον ἔθνον.*

v. 715. *ΤΟ ΓΑΡ ΤΕΚΟΝΤΩΝ ΣΕΒΑΣ ΤΡΙΤΟΝ ΤΟΔ'.* *Τρίτον* non ordine tertium, sed ex tribus unum. Porphyrius [c]) de Abstinent. IV. *Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι· Τοὺς δὲ γονεῖς [Ἐλευσῖνι τούσδε. Γονεῖς] τιμᾶν, Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν, Ζῶα μὴ σίνεσθαι.* Postrema verba miror a Petito [d]), ad leges Atticas transferri, *carnibus non vescendum*, cum paulo post Xenocrates tam clare explicet, *προσέταξεν τοῖς καρποῖς τοὺς θεοὺς τιμᾶν ὑπολαβὼν μᾶλλον ἂν διαμεῖναι τὴν ταύτην εἰ μὴ γίγνοιντο τοῖς θεοῖς διὰ τῶν ζώων θυσίαι.*

[v. 718. *ΕΥΧΑΣ ΜΕΝ ΑΙΝΩ.* Viderat Danaus a loco in quem deductus fuerat, instare classem Aegyptiorum.]

---

u) Petit. Legg. Att. p. 69. Wess.
x) Isocr. Areopag. p. 145. St. §. 30. Bekk.
y) Aristoph. *ἐν Ὥραις* ap. Athen. IX. p. 372. d.
z) Lys. p. 854 Rsk. §. 18. Bekk. *a*) Lys. l. l. §. 19. Bkk.
b) Petit. Legg. Att. l. c.
c) Porph. lib. IV. p. 378. Roehr. *d*) Petit. Legg. Att. p. 68. Wess.

v. 724. *ΚΑΙ ΠΡΩΡΑ ΠΡΟΣΘΕΝ ΟΜΜΑΣΙ ΒΑΒΠΟΥΣ'.* Respicit etymologiam vocis *πρῶρα* quasi *πρόορα*.

[v. 737. *ΜΗ ΤΡΕΣΗΤΕ ΝΥΝ.* Potius legendum *μὴ τρέσητέ νυν.*]

[v. 738. *ΒΟΗι.* h. e. *βοηθείᾳ.*]

v. 739. *ΑΛΚΗΣ. ΛΑΘΕΣΘΑΙ ΤΗΣΔΕ.* Deorum scilicet.

v. 743. *ΜΗΚΟΣ Δ' ΟΥΔΕΝ ΕΝ ΜΕΣΩι ΧΡΟΝΟΥ.* Non diu erit priusquam adveniunt. [Nisi forte reddere malis, *nullum spatium interiectum est; non est tempus fugae.*] *Ἐν μέσῳ interea.* Quae phrasis saepius reperitur apud Euripidem: ut in Heraclidis, v. 175.

— χ' ὡὐν μέσῳ πολὺς χρόνος
Ἐν ᾧ διεργασθῇ τ' ἄν —

Et in Helena, v. 637.

— πολλοὺς δ' ἐν μέσῳ λόγους ἔχων,
Οὐν οἶδ' ὁποίου πρῶτον ἄρξομαι τανῦν.

Et in Phoenissis, v. 591.

Μᾶτερ, οὐ λόγων ἀγὼν ἐστ'· ἀλλ' ἀνάλωται χρόνος
Οὐν μέσῳ μάταν· περαίνει δ' οὐδὲν ἡ προθυμία.

Atque hoc loquendi genus a Graecis mutuati sunt Latini. Virgilius Aeneid. IX. 395.

Nec longum in medio tempus, cum clamor ad aures
Pervenit, ac videt Euryalum. —

v. 753. *ΠΟΛΕΙ.* Forte *πολεῖ·* ita Homerus,

— πολέα στρατὸν ἐνθάδ' ἐγείρας.

Noster in Agamemnone, v. 732.

Πολέα δ' ἔσχ' ἐν ἀγκάλαις.

Hesychius: *Πολεῖς· πολλούς.* Et *Πολέας· πολλούς.* [Videtur imperfectus hic versus: vide annon addendum *μολεῖν*, vel tale aliquid.]

v. 758. *ΔΟΥΛΟΦΡΟΝΕΣ.* Lego *δολόφρονες.*

[v. 762. *ΕΙ ΣΟΙ ΤΕ ΚΑΙ ΘΕΟΙΣΙΝ ΕΧΘΑΙΡΟΙΑΤΟ.* Scholiastes, *si in aras peccaverint*, quem in versione secutus sum: malim tamen,

Si tibi et diis odio sint.

[v. 763. *ΤΡΙΑΙΝΑΣ ΤΑΣΔΕ.* Neptuni sc. et Iovis.]

[v. 766. *ΜΕΜΑΡΓΩΜΕΝΟΙ.* Vide quae ad Sept. Theb. v. 386.]

[Ibid. *ΚΥΝΟΘΡΑΣΕΙΣ.* Allusio est ad *κυνοκεφάλους* qui colebantur ab Aegyptiis. Erasmus ad Proverb. *Canes impu-*

dentior, „Aeschylus," inquit, „in Danaidibus," (male has duas fabulas confundit, quod et ab aliis etiam factum alibi observavimus) „nominat Aegyptus κυνοθρασεῖς, hoc est, canum instar feroces et audaculos. Hesychius κυνοβλῶπας dici annotat impudentes, quasi si dicas, *caninum intuentes*, eosdemque et κυνεῖς et κυνῶπας. Cleon apud Aristophanem in Equitibus v. 416. seipsum appellat κυνοκέφαλε, quasi *canicipitem*, impudentiae perfrictaeque frontis sibi conscius. Hinc etiam κύνιον ἦθος, *canini mores* in proverbium abiere; et Iuno alicubi Dianam appellat κύνα ἀδεῆ, i. e. *intrepidam canem*." Haec ille.]

v. 767. *ΤΟΥΣ ΛΥΚΟΥΣ ΚΡΕΙΣΣΟΥΣ ΚΥΝΩΝ.* Lupis Argivi comparantur, canibus Aegyptii: an ob Graecorum bellicam ferociam et Aegyptiorum inertem impudentiam? An quod Anubis Aegyptiorum deus celebris sub canis specie cultus fuerit? Apollo Λύκειος in bello a Graecis invocatus. Ita Thebanae mulieres in Sept. contra Thebas, v. 147.

Λύκει' ἄναξ, λύκειος
Γενοῦ στρατῷ δαΐφ.

Huc quoque referri potest quod de Danao scribit Pausanias c), in Corinthiacis, c. 19. nempe lupo ab Argivis assimulatum. Παρίστανται δὲ, inquit, τοῖς Ἀργείοις, τῷ μὲν, tauro, Γελάνορα, Δαναὸν δὲ εἰκάσαι τῷ λύκῳ.

[v. 768. *ΒΥΒΛΟΥ ΔΕ ΚΑΡΠΟΣ ΟΥ ΚΡΑΤΕΙ ΣΤΑΧΥΝ.* Ovid. Metamorph. XV. 753.

Perque papyriferi septemflua flumina Nili.

Aegyptios papyro cibi loco vesci solitos testatur Dioscorides l. 116. de papyro, Ἔχει δὲ ἡ ῥίζα αὐτῆς καὶ τρόφιμον. Διαμασσώμενοι γοῦν αὐτὴν οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ἀποχυλίζουσιν ἐκπτύοντες τὸ διαμάσσημα. Theophrastus Hist. plant. IV. 9. de papyro Aegypt. Μάλιστα δὲ καὶ πλείστη βοήθεια πρὸς τὴν τροφὴν ἀπ' αὐτοῦ γίνεται· μασῶνται γὰρ ἅπαντες οἱ ἐν τῇ χώρᾳ πάπυρον, καὶ ὠμὸν, καὶ ἑφθὸν, καὶ ὀπτόν. Καὶ τὸν μὲν χυλὸν καταπίνουσι, τὸ δὲ μάσημα ἐκβάλλουσι. Horum itaque verborum sensus videtur: tanto Aegyptii imbelliores sunt Graecis, quanto minus robusta est papyrus, eorum cibus, quam frumentum Graecorum; quippe cum non valeat spicam ferre. Hoc Aeschyli dictum in proverbium transiit; cuius meminit Zenobius, verbis paulo immutatis, Βύβλου δὲ καρπὸν οὐ κρατεῖ στάχυς, ἐπὶ τῶν οὐ δυναμένων τοῖς ἰδίοις χρῆσθαι καλοῖς· παρόσον ἀσθενὴς ἡ βύβλος πρὸς τὸ φέρειν σῖτον· στάχυας γὰρ ἀνατέλλουσα οὐκ ἐντρέφει. Verum ex his ultimis verbis corrigenda sunt prima: constat enim eum scripsisse, cum Aeschylo nostro, Βύβλου δὲ καρπὸς

c) Pausan. II, 19, 3.

οὐ φέρει στάχυν. Astipulatur et Suidas, apud quem tamen hoc modo legitur,

Βύβλου δὲ καρπὸς οὐκ αἰτεῖ στάχυν μέγαν.

Ubi pro οὐκ αἰτεῖ legendum οὐ κρατεῖ monuit Erasmus.

[v. 778. ΕΝ ΑΓΚΥΡΟΥΧΙΑΙΣ. Virg. Aen. IV. 3.

— tum dente tenaci
Anchora fundabat naves.

Pind. f) Olymp. VI. 172. Ἐκ ναὸς ἀπεσχίμφθαι δύ' ἄγκυραι, dependere ex navi duae anchorae ad firmandum.]

v. 776. ΦΙΛΕΙ ΩΔΙΝΑ ΤΙΚΤΕΙΝ ΝΥΞ ΚΥΒΕΡΝΗΤΗι ΣΟΦΩι. Huius loci meminit Plutarchus Moral.: Non posse suaviter vivi secundum Epicurum, p. 1090. [A.] Ἀλλ' ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ, κατ' Αἰσχύλον,

Ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ.

[Allusit ad adagium Greg. Nazianzen. ad Eudoxium rhetorem scribens: Ἔρρει τὰ καλὰ, γυμνὰ τὰ κακὰ, ὁ πλοῦς ἐν τῇ νυκὶ, πυρσὸς οὐδαμοῦ. Id est, *Bona diffluxere, mala nude se ostendunt, navigatio in nocte, facula nusquam.* Innuit plena esse periculorum omnia.]

[v. 781. ΠΡΑΞΑΣ' ΑΡΩΓΗΝ. f. πράξουσ'. *Efficient ipsi auxilium tibi.*]

[v. 782. ΗΒΩΝΤΑ Δ' ΕΥΓΛΩΣΣΩι ΦΡΕΝΙ. Aristides Orat. Isthm. g) Tom. I. p. 5. [Cant.] Δότε μοι μανικὸν (l. νεανικὸν) γενέσθαι τὸν λόγον ὥσπερ τῇ ὑποθέσει, οὕτως καὶ τοῖς πρέπουσιν εἰς αὐτόν.]

[v. 709. ΚΟΝΙΣ ΑΤΕΡΘΕ ΠΤΕΡΥΓΩΝ. Aliter Eurip. Troad. v. 1320.

Κόνις δ' ἴσα καπνῷ πτέρυγι πρὸς αἰθέρα.]

[v. 792. ΜΕΛΑΝΟΧΡΩΣ ΔΕ ΠΑΛΛΕΤΑΙ ΜΟΥ ΚΑΡΔΙΑ. Φόβῳ sc. Q. Calaber VI. 461.

μέλαν δέ οἱ ἔχεεν αἷμα
Λίβρον ὑπὸ κραδίῃ.

Vide quae ad Choeph. v. 411. Elegantissima est in hac re Apollonii similitudo Argon. III. 754.

Ἠελίου ὥς τίς τε δόμοις ἐνιπάλλεται αἴγλη
Ὕδατος ἐξανιοῦσα, τὸ δὴ νέον ἠὲ λέβητα
Ἠέ που ἐν γαυλῷ κέχυται· ἡ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα
Ὠκείῃ στροφάλιγγι τινάσσεται αἰσσουσα·
Ὣς δὲ καὶ ἐν στήθεσσι κέαρ ἑλελίζετο κούρης.]

[v. 796. ΑΠΕΥΚΤΟΝ. f. ἀπευκτοῖν .. χεροῖν.]

---

f) v. 101. Bkh. g) imo or. εἰς Δία.

[v. 797. *ΕΓΧΡΙΜΦΘΗΝΑΙ.* Hesychius: *Ἐγχριμφθῆναι· ἐνερεισθῆναι, προσπελασθῆναι.*

[v. 798. *ΠΡΟΠΑΡ ΘΑΝΟΥΣΑΣ.* f. *πρὸ δ' ἄρ θανούσας.*]

[v. 801. *ΑΙΣΣΑΣ ΑΙΓΙΛΙΨ.* Apoll. Argon. II. 732.

... τῇ δ' ὕπο πέτραι
Αισσάδες ἐβόλιζωνται ἁλίβροχοι.

Homer. Il. *Π'*. 4.

Ἥιε καὶ' αἰγίλιπος πέτρης ὀνοφερὸν χέει ὕδωρ.

Eustath. b) *αἱ πέτραι ἂς διὰ τὸ δυσανάβατον αἱ αἶγες λείπουσιν αἰγίλιπες λέγονται.* Virg. Ecl. I. 77.

Dumosa pendere procul de rupe (*capras sc.*)]

v. 807. *ΚΥΣΙΝ Δ' ΕΠΕΙΘ' ΕΛΩΡΑ ΚΑΠΙΧΩΡΙΟΙΣ ΟΡΝΙΣΙ.* Ex Homericis istis, Il. *Α'*. 4.

—— αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι ——

[Euripides Hecuba, v. 1077.

Σφαχτὰν, κυσὶν τε φοινίαν
Δαῖτ' ἀνήμερον, οὐρείαν τ' ἐκβολάν.

Aelianus Var. Histor. XII. 27. *Καὶ ἀπολείπειν αὐτοὺς κυνῶν δεῖπνον εἶναι.*]

[v. 808. *ΟΡΝΙΣΙ.* Canibus (inquit) et avibus. Homerus Il. *Ν'*. 831.

... ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνούς,
Ἀμφῷ καὶ σάρκεσσι, πεσὼν ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Idem Iliad. *Χ'*. 335.

... σὲ μὲν κύνες ἠδ' οἰωνοὶ
Ἑλκήσουσ' ἀϊχῶς.

1. Reg. XVII. 44. *Accede ad me, ut tuum corpus volucribus aeris, terrestribusque bestiis tradam*, Goliathi sunt verba ad Davidem, qui respondet, *hodierno die tibi caput auferam, et Palaestinorum militum cadavera hodierno die volucribus aeris terrestribusque feris tradam.*]

[v. 809. *ΤΟ ΓΑΡ ΘΑΝΕΙΝ.* Euripides apud Stobaeum i), Serm. 119.

..... τὸ γὰρ θανεῖν
Κακῶν μέγιστον φάρμακον νομίζεται.

Huc etiam pertinent quae apud eundem in Oreste v. 1522.

Δοῦλος ὢν φοβῇ τὸν Ἅιδην, ὅς σ' ἀπαλλάξει κακῶν;

---

b) Eust. p. 1041, 60.

i) Tit. CXX, 6. (Eur. Heracl. 596. sq.)

Dionys. Longin. k) *περὶ ὕψους*, Sect. VII. *Ἀλλ' ἡμῖν μὲν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν, ὁ θάνατος.*]

[v. 810. *ΦΙΛΑΙΑΚΤΩΝ.* f. *φιλοικτῶν*, *lamentabilibus.*]

[v. 811. *ΕΛΘΕΤΩ ΜΟΡΟΣ.* Ovidius Metam. III. 391.

Ante, ait, emoriar quam sit tibi copia nostri.]

[Ibid. *ΤΥΧΩΝ.* f. *τυχεῖν.*]

[v. 819. *ΜΑΧΙΜΑ Δ' ΕΠΙΔΕ.* l. *μαχίμαν. Expugnatricem violentiam mihi factam.*]

[v. 824. *ΥΒΡΙΝ ΔΥΣΦΟΡΟΝ.* f. *ὕβρις δύσφορος. Contumeliosa superbia.*]

[v. 829. *ΖΥΓΟΝ ΤΑΛΑΝΤΟΥ.* Ad Homericum illud respicit Iliad. Θ'. 69.

.. *χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα.*

Vide quae supra ad v. 365. a Germano Guellio adduximus.]

[v. 831. *ΤΙ Δ' ΑΝΕΥ ΣΕΘΕΝ*; totidem fere verbis Agam. v. 1496.

Τί γὰρ βροτοῖς ἄνευ Διὸς τελεῖται;]

v. 833. *ΜΑΡΠΤΙΣ.* Hesychius: *Μάρπτης· ὑβριστὴς*, qui iniuriose manus iniiciat.

v. 834. *ΟΜ.* Lego *ὄφ.* Exclamatio est dolentis aut paventis. Eustathius ad Iliad. *Μ'*. p. 900. l. 27. *Ἀλλ' ἐκ τοῦ ὄφ ἐπιφωνήματος, ὃ κατὰ πνεύματος ἁθρόαν εἰσπνοὴν ἐγγίνεται τοῖς ἀλγοῦσιν ἢ φόβον παθοῦσι.*

v. 835. *ΚΑΚΚΑΣ.* Lego *καββάς.* Pindarus l) Nem. VI. v. 87.

—— *Ἀχιλ-*
λεὺς χαμαὶ καββὰς ἀφ' ἁρμάτων.

Huic lectioni favere videtur Scholiastes, qui per *καταβάσεως* explicat. [f. pro *νο* legendum *κο.* pro *δνΐαν* mallem *δηΐων.*]

v. 841. *ΛΙΣΣΑΣ. Glubra*, vel potius *abrupta.* Hesychius: *Λισσάς· ἄναντες, ἀπότομον, ὑψηλόν.*

V.

[v. 832. *ΕΠΙ ΒΑΡΙΝ.* Congrue. Sic enim Herod. II. 96. ait ab Aegyptiis appellari naves quasdam, quarum compages iunco innectuntur. *Τοῦτο γὰρ δὴ ὄνομά ἐστι τοῖσι πλοίοισι τούτοισι.* Et Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 358. de re Aegyptio-

---

k) Longin. *Π. Ὑ.* IX, 7.

l) v. 53. Bkh.

rum loquens, *βάριδι παπυρίνῃ* vehi dixit. Lucan. IV. 136. de iisdem,

Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.

Vide Pers. v. 553.]

[Ibid. *ΟΠΩΣ ΠΟΔΩΝ.* Subaud. *ἐστὶ τάχος.*]

v. 850. *ΕΙΤ'.* Malim *ἴτ'.*

v. 855. *ΗΣΥΔΟΥΠΙΑ ΤΑΠΤΑ.* Forte *ἧσσο δουπία τἄπεττα.* [Vir doctissimus *ἧσσο δ' οὐ βία τ' ἄπτα.* f. *ἤ σοι δουπία*, vel potius *ἤ σὺ δουπήσεις τἄπειτα. Vel tu cades mortua.*]

v. 861. *ΕΙΔΟΙ.* Forte *εἴδοι μ'*, vel *εἰδοιμ'* *nunquam videam.*

v. 862. *ΑΛΦΕΣΙΒΟΙΟΝ ΥΔΩΡ.* Parthenius [m]) Eroticis,

——— *οὐδὲ Μελίσσῳ*
Πειρήνης τοιόνδ' ἀλφεσίβοιον ὕδωρ
Θηλήσει μέγαν υἱὸν ——

v. 863. *ΔΕΞΟΜΕΝΟΝ.* Lego cum Stephano *ἀεξόμενον.*

[v. 869. *ΘΕΛΕΟΣ ΑΘΕΛΕΟΣ.* Accinit Homerico, (Il. *Δ'*. 43.)

... ἐχὼν ἀέκοντί γε θυμῷ.]

v. 871. *ΒΑΤΕΑΙ ΒΑΘΜΙ, ite in navem.* Recte Robortelli editio, *βᾶτ' ἐπ' ἀμίδα.* Ut mirer Stephanum et Canterum non observasse.

[v. 875. *ΑΛΙΡΡΥΤΟΝ ΑΛΣΟΣ.* Scholiastes, *mare:* recte quod in Persis v. 111. *πόντιον ἄλσος* dixerat.]

v. 876. *ΚΑΤΑ ΣΑΡΠΗΔΟΝΙΟΝ.* Sarpedon promontorium in Cilicia. Strabo XIV. p. 670. *Κάμψαντι ἠϊόνα ποιοῦσαν ἄκραν ἣ καλεῖται Σαρπηδών.* [Zenob. Proverb. V. 86. *Σαρπηδονία ἀκτή. Τόπος οὕτως Θρᾴκης, ἀεὶ κλυδῶνας ἔχων, καὶ κυματιζόμενος ἱερὸν Ποσειδῶνος. Sarpedonium litus. Locus Thraciae, fluctibus assiduis atque undis agitatus, ubi Neptuni fanum.* Est et aliud eiusdem nominis (inquit Paroemiographus) in Cilicia; rursum aliud iuxta Oceanum ubi Gorgonibus sedes esse ferunt. Transiit in proverbium de re turbulenta. Sive de vehementer clamosis atque obstreperis.]

[v. 878. *ΑΥΡΑΙΣ.* f. *αὔλαις. Anfractibus.*]

v. 881. *ΠΙΚΡΟΤΕΡ' ΑΧΕΩΝ.* Ita supra locutus est v. 14.

Κύδιστ' ἀχέων.

[Porro hic usurpatur comparativus pro superlativo, Catullus Carm. LXII. 25.

---

m) Parth. Erot. XIV. 5.

Hespere, qui coelo luces iucundior ignis.

Ita Q. Curtius IX. 11. *Duo maiora omnium navigia.*]

[v. 882. *ONOM'*. f. *ὀνόματ'*.]

Ibid. *OIZYOΣ ONOM' EXΩN.* Iubet non tantum *λύζειν*, sed si libet *οἰμώζειν* quoque: unde statim exclamat *οἴ, οἴ, οἴ.*

v. 884. *ΛΥΜΑΣΙΣ Η ΠΡΟ ΓΑΣ ΥΛΑΣΚΟΙ.* Locus corruptus, quem mire interpretatur Scholiastes. [f. *ὑλάσσω*. Videntur praeconis esse verba, quibus respondent virgines, *περιχριμπτὰ βρυάζεις*. f. *περίχρεμπτα φρυάζεις*, *fremis. Detestandum connubium*; Oppiano, Halieut. I. 255. *ἀπόπτυστος θάλαμος* dicitur.]

v. 885. *ΠΕΡΙΧΡΙΜΠΤΑ.* Lego *περίχρεμπτα*, ut apud Pindarum *ἀπόχρεμπτα.*

v. 886. *OΣ.* Lego *ὅσσ'*.

v. 891. *OYTOI.* Lego *οὕτω.* [Et mox pro *δαμάζεται*, *δαμάσσεται.*]

v. 893. *ΡΟΣΑΤΑΙ ΜΑΛΔΑΓΕΙ.* Robortelli editio *πρὸς ἄτον μαλδαύγει.* Unde recte Stephanus,

Πρὸς ἄταν μ' ἀλκὰ ἄγει.

Supra v. 839.

Βαῖνε φυγᾷ πρὸς ἀλκάν.

[Ibid. *ΒΡΕΤΙΕΣΣΑ ΡΟΣΑΤΑΙ ΜΑΛΔΑΓΕΙ.* Restituendum hoc ni fallor ex Eustathio, et legendum, *Βρότεος ἄρος, ἄτα.* Eustathii verba haec sunt, in Odyss. *A'*. p. 1422 l. 19. *Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀρῶ καὶ ἄρος, τὸ ὄφελος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Ἐπτά τισι, βρότειος ἄρος, ἄτα. ἤτοι τὸ εὖ τῶν βροτῶν καὶ τὸ ὄφελος ἀπὸ ἐστίν.* At rectius fortasse

Οἴ, οἴ, πάτερ, βρετίεσσ'
Ἀρωγά τοι μαλθάσσει
Ἄραχνος ὡς ῥαδινός.

Pro *βάδην* legimus *ῥαδινός*, quo verbo ut exilitatem exprimeret usus est Lucretius IV. 1160.

Ἰσχνὸς ἐρωμένον tum fit cum vivere non quit
Prae macie *ῥαδινή* vero est.]

[894. *ΑΡΑΧΝΟΣ ΩΣ.* Locus deploratissimus, cuius tamen sensus videtur hic. Simulachrorum quam speravi *ἀσυλία* me prodidit, est enim non *σάκος ἄῤῥηκτον* sicut nobis visum erat v. 198, quin potius araneae tela, somnium evanidum. De iure *ἀσυλίας*, quod nihil ipsis profuit, interpretati sumus. Paroemiographus: „Tela Aranea. *Ἱστὸς ἀράχνης*, id est, araneae tela, pro re frivola et parvi momenti, proverbialiter

accipitur apud Theodoretum n) de Providentia, VI. *Τὴν ὑπ' αὐτῶν πλεχομένην κατηγορίαν, ἱστὸν ἀράχνης ἀποδείξωμεν. Accusationem ab illis contextam, araneae telum esse ostendamus:* hoc est, nihilo fortiorem quam sit cassis araneae, invalidam nimirum, et inanibus argumentis consutam. Futiles ergo rationes, et infirmas, *ἱστοὺς ἀράχνης*, id est, *araneae casses*, vocabimus apposite, quod eos quicquid illabitur facile discindat. Proclus Constantinopolitanus Episcopus: *Πλέχοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενεστέρους. Texentes syllogismos araneorum telis fragiliores.* Et iterum, *ὄντως ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες. Qui ista dictitant, revera telum araneae contexunt.* Nazianzenus o) in Carminibus,

Ἴσον ἀραχναίοις νήμασιν αἰὲν ἔχειν.
Ducere arachnaeis staminibus similem.

Apollinarius illud Psalmistae, *Colliquasti animam eius ut araneam*, obscure dictum Psalm. XXXVIII. clarius ita reddidit,

Καὶ οἱ θυμὸν ἔτηξας ἀμήχανον ἶσον ἀράχνῃ
Fregisti huic animi robur, ceu stamen arachnes.

Thales quoque Soloni legumlatori dixisse memoratur, vanam operam ab illo insumi, *ὅτι τοῖς ἀραχνίοις νήμασίν εἰσιν ὅμοιοι οἱ νόμοι, κ. τ. λ. Quoniam araneae cassibus similes essent leges, quod a potentioribus solvantur.*" Haec ille.]

[v. 897. *ΜΑ*. h. e. Mater. sic *ΒΑ*. pater. f. pro *βασιλεῦ*. Habent haec verba Syriaci idiomatis nescio quod. *Ἐμμᾶ .. Ἄββᾶ*. Mox pro *βοᾶν φοβερὸν* l. *βοὰν φοβερόν*. Et sic postea v. 906.

[v. 902. *ΜΑΙΜΑι*. Hesych: *Μαμμᾷ· ἐνθουσιᾷ καὶ ὀξέως ὁρμᾷ. ἢ ὀρέγεται.* Ita locum mutilum restituendum censent Salmasius et Guietus.]

[v. 904. *ΤΙ ΠΟΤ'*. l. *τίς ποτ'*.]

[v. 910. *ΧΙΤΩΝΟΣ ΕΡΓΟΝ. Vestis texturam.* Est etiam Ebraeis ארג *texere*.]

v. 911. *ΠΡΟΜΝΟΙ*. Lego *πρόμοι*.

[v. 914. *ΔΙΩΛΟΜΕΣΘΑ, κ. τ. λ.* Hunc, et qui proxime sequitur, versiculum, in unum redige, ut sit iambus, et sic lege

Διωλόμεσθ' ἄελπτ' ἀνάξια πάσχομεν.]

[v. 916. *ΕΛΞΕΙΝ .. ΑΠΟΣΠΑΣΑΣ ΚΟΜΗΣ*. More captivarum. Sept. Theb. v. 332. *κεχειρωμένας ἄγεσθαι ... ἱππηδὸν πλοκάμων.* Hinc proverbialiter dicitur. *Τῶν τριχῶν ἕλκειν.* Paroemiographus: „*Τῶν τριχῶν ἕλκειν, capillis trahere*, dicun-

---

n) Theodoret. Vol. IV. p. 564. extr. ed. Schulz.
o) Gregor. Naz. Carm. 62. v. 28. (Vol. II. p. 146. d. ed. Col. a. 1690.)

tur qui vi perpellunt: quod et hodie dicitur *auribus trahere*. Plaut. in Menaechm. p) V. 2.

Sed quis hic est qui me capillo hinc de curru deripit?

Opinor allusum ad Palladem Homericam quae Achillem capillis revocavit a pugna. Idem in Mercatore q), IV. 4.

Me istam capillo pertracturum in viam, nisi hinc abducit."

Haec ille.]

v. 917. *ΤΩΝ ΕΜΩΝ.* Deest vocabulum. Lego τῶνδε τῶν ἐμῶν.

v. 920. *ΑΛΛ' Η ΓΥΝΑΙΚΩΝ.* Apud Sophoclem Oedip. Colon. Theseus, Creontem qui Oedipi filiis manus intulerat, pari modo increpat, v. 904.

Ἐπεὶ δέδραχας οὔτ' ἐμοῦ καταξίως
Οὔθ' ὧν πέφυκας αὐτὸς, οὔτε σῆς χθονός·
Ὅστις δίκαι' ἀσκοῦσαν εἰσελθὼν πόλιν,
Κἄνευ νόμου κραίνουσαν οὐδέν, εἶτ' ἀφεὶς
Τὰ τῇσδε τῆς γῆς κύρι', ᾗδ' ἐπεισπεσὼν,
Ἄγεις μὲ χρῄζεις, καὶ παρίστασαι βίᾳ·
Καί μοι πόλιν κένανδρον, ἢ δούλην τινὰ
Ἔδοξας εἶναι, καὶ μ' ἴσον τῷ μηδενί.]

[v. 921. *ΚΑΡΒΑΝΟΣ.* Agamemn. v. 1070.

Σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί.]

[v. 928. *ΘΕΟΙΣΙΝ ΕΠΙΩΝ.* f. *θεοῖσι πείθων.*]

[Ibid. *ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ ΟΥΔΕΝ ΣΕΒΗι.* Cum ab ara τῶν ἀγωνίων θεῶν, quorum erat et Mercurius, supplices avelleret; hoc enim erat deos ipsos ἀγωνίους contemnere. Euripid. Heracl. v. 79.

Ὅδ, ὦ ξένοι, με, σοὺς ἀτιμάζων θεούς,
Ἕλκει βιαίως Ζηνὸς ἐκ προβωμίων.

Et v. 102.

Εἰκὸς θεῶν ἐκτῆρας αἰδεῖσθαι ξένε,
Καὶ μὴ βιαίῳ χερὶ
Δαιμόνων ἀπολείπειν σ' ἕδη.]

v. 930. *ΟΙ Δ'.* Lego οἵ δ'.

[v. 932. *ΚΛΑΙΟΙΣ ΑΝ ΕΙ ΨΑΥΣΕΙΑΣ.* Imitatus est hunc locum Euripides in Heraclid. v. 271. simili occasione, ubi Eurysthei praeconem prohibet Demophon, ne supplices ab aris avellat,

Κλαίων ἄρ' ἄψῃ τῶνδε κοὐκ ἐς ἀμβολάς.

---

p) imo IV, 5, 116. q) v. 58.

Minantis vox est. Idem in Andromache v. 758.

Κλαίων ἄρα ψαύσει.]

[v. 934. *ΟΥ ΓΑΡ ΞΕΝΟΥΜΑΙ.* Vide annon potius personarum nomina praefigenda hoc modo

ΒΑ. Οὐ γὰρ ξενοῦμαι τοὺς θεῶν συλήτορας·
Λέγοις ἂν ἐλθὼν παισὶν Αἰγύπτου τάδε.
ΚΗ. Ἀβουκόλητον τοῦτ' ἐμῷ φρονήματι.
ΒΑ. Ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῇς ἐννέπω σαφέστερον·
Καὶ γὰρ πρέπει κήρυκ' ἀπαγγέλλειν τορῶς
Ἕκαστα. ΚΗ. Πῶς φῶ; πρὸς τίνος τ' ἀφαιρεθεὶς
Ἥκειν κ. τ. λ.]

[v. 936. *ΑΒΟΥΚΟΛΗΤΟΝ. Ἀηδές, ἄπειστον.* Quasi dicat, non placet, dedignor, non moror. Vide Agamemn. v. 678.

Ἐβουκολοῦμεν φροντίσιν νέον πάθος.

Et Eumen. v. 78.

Καὶ μὴ πρόκαμνε τόνδε βουκολούμενος
Πόνον.]

v. 939. *ΠΩΣ ΦΩ; ΠΡΟΣ ΤΙΝΟΣ Τ' ΑΦΑΙΡΕΘΕΙΣ ΗΚΕΙΝ ΓΥΝΑΙΚΩΝ ΑΥΤΑΝΕΨΙΟΝ ΣΤΟΛΟΝ.* Forte,

πῶς, φῶ, πρὸς τίνος τ' ἀφαιρεθεὶς
Ἥκει γυναικῶν αὐτανέψιος στόλος.

[v. 940. *ΗΚΕΙΝ.* f. *ἥκω.*]

v. 944. *ΚΑΙΠΟΛΑΚΤΙΣΜΟΙ ΒΙΟΥ.* Eo quod morientes terram pedibus calcent. Virgilius Aen. X. 731. de Acrone morituro,

—— et calcibus atram
Tundit humum expirans. ——

[Homer. Odyss. Σ'. 98. *Λακτίζων ποσὶ γαῖαν.*]

[v. 951. *ΕΦΗΛΩΤΑΙ.* Huc trahi potest quod leges et decreta clavis figebantur. Plaut. Trinumm.[r]) IV. 3.

Mores leges perduxerunt iam in potestatem suam,
Magis quis sunt obnoxiosi quam parentes liberis.
Eae miserae etiam ad parietem sunt fixae clavis ferreis,
Ubi malos mores affigi nimio fuerat aequius.]

[Ibid. *ΔΙΑΜΠΑΞ* Vide sis quae annotata sunt ad Prometh. v. 65. et supra v. 449.]

[v. 954. *ΕΝ ΠΤΥΧΑΙΣ ΒΙΒΛΩΝ.* Explicat hunc locum V. Cl. Ioannes Doughteius, in Analectis sacris, Excurs. 160. ad illud Isaiae XXXIV, 4. *Et complicabuntur sicut liber,*

---

r) IV, 4, 30.

coeli. „Notandum est," inquit, „primo, quod coeli, etiam secundum astronomos, habent suos orbes, et multiplices concamerationes, tanquam folia, ex quibus constant. *Πολυπτύχου Ὄλυμπου*, inde vocat Hesiodus in Theogonia v. 113. Deinde, quod non eodem modo veteres, quo nos, faciebant libros suos, ex multis scilicet foliis in unum quadriformiter consutos. Folia tantum, sive membranas oblongas, quibus in scribendo utebantur, circa cylindrum vel ligneum axem ligabant, ad instar lineae telae radio textorio circumvolutae. Et tales (rursus) reapse depingit Plato multiiugos illos coelorum ambitus, circa necessitatis (quod fingit) traiectum quasi fusum, ordine colligatos. De Republ.[s]) III. Ab ista itaque schedarum, et ad hunc modum in se convolutione, *πτυχὰς*, *διπτύχας*, ac si dicas, plicatiles libros, nuncupabant. Aeschyl. in Supplic.

Ταῦτ' οὐ πίναξίν ἐστιν ἐγγεγραμμένα,
Οὐδ' ἐν πτυχαῖς βίβλων κατεσφραγισμένα.

Eurip. Iphig. in Taur. v. 727.

Δέλτου μὲν αἵδε πολύθροοι διαπτυχαὶ
Ξένοις πάρεισιν.

Et deinde paulo post, v. 760.

Τἀνόντα κἀγγεγραμμέν' ἐν δέλτου πτυχαῖς
Λόγῳ φράσω σοι πάντα."

Hactenus Vir eruditus.]

[v. 955. *ΕΞ ΕΛΕΥΘΕΡΟΣΤΟΜΟΥ.* Hesych. et Suid. *Ἐλευθεροστομέω· παῤῥησιάζομαι.* Cuius contrarium est quod Sophocles Antig. v. 185.

Ἐκ φόβου τοῦ γλῶσσαν ἐγκλείσας ἔχει.

Sic de tyranno prohibente subditos a mutuo colloquio agens Aelianus Var. Hist. XIV. 22. *τῆς γλώσσης δουλείαν* dixit, et linguae *ἀποκλείειν ἐλευθερίαν.*]

v. 960. *ΟΥ ΠΙΝΟΝΤΑΣ ΕΚ ΚΡΙΘΩΝ ΜΕΘΥ.* Ut Aegyptii solebant: de quibus Herodotus II. 77. *Οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται, οὐ γάρ σφι εἶναι ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελος.* [Athen. Deipnos. X. p. 418. [E.] *Αἰγυπτίους Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι, κυλληστίας ἐσθίοντας, τὰς δὲ κριθὰς ἐς ποτὸν κατακεαίνοντας.*]

[v. 963. *ΚΕΚΛΕΙΜΕΝΗΝ.* f. *κεκλεισμένην.*]

[v. 965. *ΣΜΙΚΡΑι ΧΕΡΙ.* Suid: *Χείρ· ἡ βοήθεια, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ δύναμις.* Inde *Πολύχειρ*, Pers. v. 83.]

[v. 966. *ΕΥΘΥΜΟΝ.* f. *εἰ θυμός.* Vel *ἕτοιμον.*]

---

s) Plat. de Rep. X, p. 616. sq.

[v. 968. *ΜΟΝΟΡΡΥΘΜΟΥΣ ΔΟΜΟΥΣ.* *Magis frugales.* Lycophr. v. 960.

... καὶ μονοικήτους ἕδρας.]

[v. 969. *ΤΟΥΤΩΝ ΤΑ ΛΩΙΣΤΑ.* Callim. I. 70.

Εἵλεο δ' αἰζηῶν ὅ,τι φέρτατον.]

v. 970. *ΛΩΤΙΣΑΣΘΑΙ.* Lego, cum Cantero, *λωτίσασθε*, metri gratia, cuius observantissimus est Aeschylus.

v. 979. *ΕΠΕΙΠΕΙΝ ΨΟΓΟΝ ΑΛΛΟΘΡΟΟΙΣ.* Eandem sententiam profert Danaus paulo post v. 1001.

Πᾶς δ' ἐν μετοίκῳ γλῶσσαν εὔτυχον φέρει
Κακήν. ——

[v. 980. *ΑΛΛΟΘΡΟΟΙΣ.* *Ἀλλοθρόους ἀνθρώπους* dixit Homer. Odyss. *Α'*. 183. Noster, Sept. Theb. v. 176. *Ἑτεροφώνῳ στρατῷ.* Pindar. Isthm. t) VI. 85. *Παλίγλωσσος πόλις.* Urbs quae diversa lingua utitur ab aliarum gentium linguis. Act. Apost. II. 4. *Καὶ ἤρξαντο λαλεῖν ἑτέραις γλώσσαις*, peregrinis, quod Marc. XVI. 17. *Γλώσσαις καιναῖς.*]

[v. 982. *ΑΜΗΝΙΤΩι.* *Non infesto.* Agamemn. v. 1045.

Ἐπεί σ' ἔθηκε Ζεὺς ἀμηνίτως δόμοις.]

v. 988. *ΘΥΕΙΝ ΤΕ ΛΕΙΒΕΙΝ Θ'.* Hortatur Danaus filias divinis honoribus Argivos prosequi ob hospitium et tutelam promissam. Virgilius Ecl. I. 7. de Augusto,

Namque erit ille mihi semper deus: illius aram
Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.

[Plautus Pseudolo u), I. 8.

.... Pseudole, arcesse hostias,
Victimas, lanios, ut ego huic sacrificem summo Iovi:
Nam hic mihi nunc est multo potior Iupiter quam Iupiter.]

v. 991. *ΦΙΛΟΥΣ ΠΙΚΡΩΣ.* Lego *φίλ' οὐ πικρῶς.* *Φίλα* pro *φίλως.* Scholiastes Theocriti ad Idyl. II. 100. *Οἷον φίλα ἀντὶ τοῦ φίλως, καὶ ὅσια ἀντὶ τοῦ ὁσίως.*

[v. 992. *ΕΜΟΥ.* f. *ἐμοι.*]

v. 996. *ΤΥΓΧΑΝΟΝΤΑΣ.* Lego *τυγχάνοντος.* [Vel *τυγχάνοντες.*]

v. 1004. *ΕΠΙΣΤΡΕΠΤΟΝ ΒΡΟΤΟΙΣ.* Vocabulum a lexicographis praetermissum: quo tamen usus est Aeschylus in Choephoris quoque, v. 348.

Τέκνων τε κελεύθοις
Ἐπιστρεπτὸν αἰῶνα κτίσας.

---

t) V. v. 24. Bkh.
u) v. 97.

v. 1005. *ΤΕΡΗΝ ΟΠΩΡΑ Δ' ΕΥΦΥΛΑΚΤΟΣ ΟΥΔΑΜΩΣ.* Hunc Aeschyli locum in mente habuit incertus auctor poematii quod inscribitur, *Aerumnae Cereris*,

—— intactae dura est custodia pubis:
Nec patitur formosa moras ——

Pindarus Isthm. x) II. 8. pulchritudinem vocat *Ἀφροδίτας μνάστειραν ὀπώραν, illicem Veneris pellaciam.*

[v. 1006. *ΘΗΡΕΣ.* Iacob. *θεοὶ* malit legere, quia sequitur *τὸ βροτοὶ*, et mox *κνώδαλα πεδοστιβῆ.* Credibile autem est, poetam nolle in percensione accurata futiliter *ταυτολογεῖν.* Nisi *θῆρες* exponendi Satyri, Semidei, Sylvani: utcunque sit, plane huic loco affinis est ille Sophoclis de Venere apud Stobaeum Floril. Tit. LXIII, [6.] p. 239. y)

Ἔνεστι δ' ἐν χέρσου τετρασκελεῖ γονῇ
Νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι τοὐχείνης πτερὸν,
Ἐν θηρσὶν, ἐν βροτοῖσιν, ἐν θεοῖς ἄνω.]

[v. 1008. *ΚΑΡΠΩΜΑΤΑ ΣΤΑΖΟΝΤΑ.* f. *καρπώμασ' ἀχμάζοντα.*]

